IBACH

IAE TRE

12
) - C
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. KUBA

ENTURIAE

12
30 - C
30

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ONALE
12
0C
30
VITT. EMANUELE

M

Digitized by Google

Digitized by Google

IONALE VITT. EMANUELE
12
0 C
30
M
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

QVIRINI KUBACHS
Roslav. Thuring.

CENTURIÆ TRES
Quæſtionum Illuſtrium Politico-Juridicarum:

QVAS
in
ILLUSTRI SALANA
Approbante Ampliſſimo JCtorum Ordine ipſo Præſide
ad diſputandum propoſuerunt
Juvenes lectiſſimi, SS. LL. Studioſiſſ.
NNO M. DC. XIV.

Quæro Chriſto Rectore Triumphum.

JENÆ
Typis & impenſis Henrici Rauchmauls.
cIɔ Iɔ c XV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
75.
Digitized by Google

12 30 C 30

Illuſtriſsimis ac Celſiſsimis
Principibus ac Dominis,
DN. JOANNI PHILIPPO,
DN. FRIDERICO,
DN. JOHANNI WILHELMO,
&
DN. FRIDER: WILHELMO,
Fratribus Germanis,
Ducibus Saxoniæ, Juliæ,
Cliviæ & Bergæ, Landgraviis Thuringiæ, Marchionibus Miſniæ, Comitibus de Marca & Ravenſpurgo, Dynaſtis in Ravenſtein, &c.
Dominis meis clementiſſimis,
S. P. D.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

S*I noſtrorum Studiorum fines, Illuſtriſſimi ac Celſiſſimi Principes, Domini mei clementiſſimi, quos doctiores faciunt ſapientiam, eloquentiam*

Digitized by Google

& virtutem, maturè & fæliciter conſequi volumus, neceſſum, ut de mediis idoneis & convenientibus, quorum miniſterio facilimè ad eos deſcendere queamus, ſimus ſolliciti. Illa verò, ſi Plutarcho, qui multa nobis magna rerum copia & ſingulari, ac mira ſermonis elegantia ac ſuavitate reliquit, credimus, ſunt; natura; inſtitutio; exercitatio: & quidem ea neceſſitudine inter ſe juncta & copulata, ut ſi ſit abſq; uno illorum; in ſuperioribus finibus adipiſcendis omnes conatus noſtri ſint futuri irriti, labores vani, ſucceſſus nulli. Nec enim, quod inquit is apud Stobæum Serm. 59 natura ſine arte ſufficit cuiquam omninò in quocunq; ſtudiorum genere, nec ars per ſe ſine præſidio naturæ: ut nec ars ſine exercitatione, ut monebat Pythagoras apud Stobæum ſerm. de dilig. Et verò quanquam multùm præſtet natura; (ut qua deſtituti non magis apti ſunt ad literas, quàm aſinus ad lyram, ſus ad cytharam, & laborem ſuum, licet ſit maximus, non melius collocant, quàm ſi ventos reti

capiant,

capiant, & aquas cribro haurire conentur) multùm itidem doctrina & inſtitutio, ut qua ſæpius qui peſſimi, fiunt optimi, qui libidinoſi, continentes, qui mulieroſi, fortes, qui ſtupidi, faciles, qui inſulſi, prudentes; plus tamen confert uſus & exercitatio. Hac enim ſi ſit crebrior, etiam aqua guttatim decidens lapides pertundit & excavat; ac ferrum & æs, corpora duriſſima ſenſim manibus atteruntur, ut veriſſimè dixerit Cicero: Uſus Magiſter eſt optimus, *& alibi:* Uſus frequens omnium Magiſtrorum præcepta ſuperat. *Quæ cùm aliquot Præſtantiſſimi & Lectiſſimi Juvenes Viri veriſſima eſſe animadverterent, inſtructi natura fœliciori, & ad optima quævis fideliter inſtituti, ad ipſum uſum & exercitium devenire, & diſputando ſe mecum exercere voluerunt. Principio verò vel Nigérdinum, vel Förſterum, vel Niellium diſputare conſtitueram; at cum hoſce Autorés Optimos nec omnibus placere, nec me abſolvere poſſe intra tam breve temporis ſpatiolum*

(aliò ſiquidem me conferre fuit propoſitum) viderem; tandem Dn. Collegarum precibus motus, aliquot Quæſtiones illuſtres conſcribere, & ad diſputandum proponere volui. Et verò cum, ut monebat Dionyſius Halicarnaſſæus, poſteritati ingenii ſui monumentum relicturus, operam dare debeat, ut præclarum & lectoribus utile argumentum eligat, electumq́; ſumma cum diligentia & induſtria adornet: idem & mihi quale quale mei memoriam relicturo, faciendũ eſſe ſtatui. Quapropter nonnullas quæſtiones in Politicis, in Jure Civili & Feudali illuſtriores ac ſatis controverſas hac vice tractare & diſputare debui; quas an ſumma (ut volebat Dionyſius Halicarnaſſæus) cum diligentia & induſtria adornarim, hæreo? Certè & pro ingenio diſcentium in his me interdum aptare ſecundum canonem debui. Et ſi forſan in omnibus nervus non tactus, id nemo mihi vitio vertet, qui ætatem meam non omnia aſſequi poſſe, neq; me multum temporis ad harum confectionem habuiſſe anim-

capit. oportet. 8. q. 1.

animadverterit. Interim tamen quàm potui, diligentiſſimè electam materiam ornare volui. Nec enim hîc in nudis Legibus acquievi; ſed ſæpius & quidem copioſius pro & contra diſputavi, & quid contra veritatem opponi, contraq; oppoſitorum reſolutionem excipi poſſit, propoſui. In quibus ſi quandoq; quid nervosè dixi, eſt quod DEO OPT. MAX. ut & Præceptor: meis gratias agam immortales: quod ſi verò à viris doctis diſſenſi, aberravi, & quandoq; ſic nubem pro Junone arripui, unioni granum hordei prætuli, ac arma aurea cum æneis Glauci more permutavi, id mihi ignoſci, ac ætati, in quam non omnia cadere poſſunt, aſſcribi peto. Sanè omnia ſeriò non protuli, ſed nonnulla tantùm exercitii gratia propoſui. Et ut alias cogitationes poſteriores ſunt tutiores, ſic etiam hîc progreſſu temporis perfectior factus, in quibuſdam animum forſan ſum mutaturus. Dies quippe diem docet. Quaſdam etiam Quæſtiones explicatius proponere & nervoſius decidere

Digitized by Google

debui; at hoc & pagellarum anguſtia & nonnullorum Dn. Collegarum pecuniæ penuria non pati videbatur. Si enim ullibi verum, quod Julianus JCtus pecuniam ſervari non poſſe, ſcribit; certè hoc inter Studioſos non fallit, apud quos, quod ait Divus Auguſtus, pecuniæ fœnerandi uſus vix diuturnus, vix continuus & ſtabilis eſt: alibi ſi DEO meo ſit viſum & diſcentium ſaluti ſalutare plura pluribus.

l. 30. ff de hered. pet. l. 22. C. de adm. tut.

Verum enimvero à vobis, Illuſtriſſimi Celſiſſimiq; Principes, Domini mei Clementiſſimi innumera ac ampliſſima, quando vixi, accepi beneficia, quæ ſi non agnoſcerem, non prædicarem, homo extremè impius & ingratus eſſem. Veſtra enim in Thuringia primum lucem hanc videre cœpi: Veſtra beneficentia in Scholis veſtris particularibus, uti vocant, pietatis & eruditionis fundamenta locavi, ac quæ pueros ſcire oportet, addidici: Veſtra liberalitate poſtea quoq; ubi ita minima, quæ dicunt, manſa Scholarum trivialium deguſtaſſem, ut ſolidiores Academiarum ci-

bos

hos ferre poſſem veſtra in Salana aliquot per annos mea qualiter qualiter incœpta ſtudia pertexi, ac ſenſim ad altiora viam mihi munivi: Veſtrâ veniâ in inclutam Juliam me contuli, ibiq́; non minori veſtrâ operâ ſtudia mea continuo: Veſtra protectione & tutela paterna tandem in hunc uſq; diem ſalvus & inſauciatus vixi. Quæ & alia infinita beneficia

Mihi ſemper erunt imis infixa medullis;
Perpetuusq́; animæ debitor hujus ero.
Spiritus hic vacuas prius extenuandus in auras
Ibit, & in tepido deſeret oſſa rogo:
Quàm ſubeant animo meritorum oblivia noſtro;
Et longa pietas excitet iſta die.

Et verò non tantum horum cumulatiſſimorum meritorum eſſe memor, ſed & pro iis vobis humilimas gratias agere & factô quodam animum meum gratum declarare debeo.

Cæterum quia:
Grates perſolvere dignas
Non opis eſt noſtræ &c.

Faciam hoc quod poſſum, & haſce quales quales meas lucubrationes in ſubjectiſſimi animi teſtificationem, & grata mentis declarationem ac mei promotionem Vobis Illuſtriß. Princip. Domini mei clementiß: offero, dedico, & ſic quodammodo publicè gratias dico: & quidem cum Veſtris in ſcholis, Veſtris ſuppetiis haſce conſcribere didicerim; jure & merito: quas jam V. V. V. V. Celſitud. ſacras & dicatas, ut fronte benigna ſuſcipiatis, meq; ut hactenus, ſic etiam in poſterum clementia Veſtra proſequi pergatis, ac ſubjectiſſimum Veſtrum clientem eſſe & dici ſinatis, oblataq; occaſione honeſtè promoveatis, humilimè peto. DEVS Opt. Max. Vos tota cum domo Saxonica ab omni malo clementer protegat, ſatellitio ſanctorum Angelorum quotidie muniat, ac omni bonorum genere, quà animum, quà corpus, quàq; fortunas affatim cumulet: quem itidem ardentiſſimè veneramur & oramus, ut bellorum fumos, qui jam paſſim ſurgere, & noſtra alvearia turbaturi videntur, aura clemen-

Digitized by Google

clementia ſua diſſipet, & eorum omnium, qui Principes cum interitu religionis & libertatis Germanicæ committere geſtiunt, conſilia peſſima diſturbet, diſſipet, confringat ac in nihilum redigat. Dabam Helmeſtadii 26. Martii anno 1615. ex Muſæo meo.

V. V. V. V. Celſit:

Subject.mus

Quirinus Kubach/
Roslav. Alumnus.

Digitized by Google

EBERHARDI SPECKHANII JURIS-conſulti; & in Illuſtri Juliâ Academiâ Decretalium Profeſſoris Publici & Ordinarii, Epiſtolium Protrepticum, ad Doctiſſimum Juvenem, Dominum QVIRINUM KUBACHIUM Roslav: Thuring. Juris Candidatum, de Centuriis Quæſtionum illuſtrium Politico-Juridicarum continuandis.

QVamvis, Doctiſſime Domine Quirine, non deſint, qui Diſputationum Collegia & Exercitia publica & privata, damnent & rejiciant, & ex ſcholis prorſus exterminent & proſcribant, hiſce potiſſimùm moti fundamentis, quòd hiſce exercitiis nimis intenti, à Cameralibus & privatis ſtudiis, & meditationibus, longè utilioribus, avocentur: quòd Sophiſmatibus & Cavillationibus à primâ ſtatim ætate aſſueſiant: quòd litibus, altercationibus, contentionibus, rixis, diſſenſionibus, ad quas omnes na-

turâ

turâ faciles ſumus & proclives, occaſionem præbeant: quòd publicas lectiones, longè utiliſſimas & maximè neceſſarias, diſturbent & impediant: quòd novarum, abſurdarum, & ſingularium opinionum amatores, & communium ac receptarum in foro & praxi ſententiarum, contemptores efficiant: Ego tamen, Collegiorum hæc exercitia, & diſceptationes, in Scholis omninò retinendas, fovendas, excolendas, & promovendas exiſtimo, tùm, q̄ ad veri falſiq; inveſtigationem & dijudicationem plurimùm conducant: tùm, quòd jura per eas magis magisque ſtudioſis dulceſcant & innoteſcant: tùm, quòd forenſibus controverſiis, actionibus, diſceptationibus, & negotiis gravioribus & publicis, viam muniant atque præparent: tùm, quòd ingenium, quod mortalibus perexiguum eſt, multùm acuant, intendant, & perſpicatius reddant, & memoriam, quæ ſimiliter infirma nobis eſt & fragilis, mirum in modum juvent, excolant, & confirment; & linguæ promptitudinem extemporariam, ad proferenda animi ſenſa, expeditius, concilient: tùm deniq;, quòd audentiam & fiduciam, repulſo timore, formidine, ac verecundiâ nimiâ ac ſubruſticâ, quâ plerunque juve-

nes

nes perfunduntur, comparent & inducant. Et Herennium Modeſtinum, Juriſconſultum, notando & diſputando, multa in Jure, optimâ ratione decreviſſe ac conſtituiſſe, Arcadius Carcſius Jureconſultus alicubi ſcriptum reliquit: Et proditum eſt, Ulpianum noſtrum decem, Triphonium verò viginti Diſputationum libros edidiſſe, quorum fragmenta paſſim in Pandectis noſtris reperiuntur. Et veterum omnium penè Civitatum Galliæ, in quibus Jus civile docetur, conſuetudinem eſſe, eamque Pariſienſis Curiæ decretis ſæpè confirmatam, Franciſcus Duarenus alicubi ſcribit, ut ſcilicet Juris Doctores, quotannis Theſeis aliquas ex medio Jure depromptas, palamque propoſitas, defendant, easque oppugnantibus & contradicentibus reſpondeant. Quæ conſuetudo hâc in Almâ etiam Juliâ noſtrâ, ab initio & primo inaugurationis tempore, ſemper floruit, & indies magis magisque excolitur & effloreſcit.

Hortator igitur tibi ſum & inſtigator, ut hanc Centuriarum telam, ex utroque Jure, publico & privato, benè & feliciter cœptam, indefatigato ſtudio contines & pertexas. Quâ re, & tibi tuisque immor-

immortale nomen comparabis, & communia ſtudia, communemque, Reipublicæ literariæ utilitatem, non parum promovebis. Vale. Helmopoli, ex Muſæo meo, 3. Aprilis, Anno Salutis humanæ 1615.

QVI-

Digitized by Google

QVIRINO KUBACHIO
haſce Centurias Quæſtionum illuſtrium edenti gratulabantur Præceptores, Amici, Fautores.

NOſcere ſi quis avet ſacri myſteria juris,
Sollicitaq́; cui cura ſalutis ineſt,
Mente legat cupida verbis aſſerta diſertis,
Tradita quæ nunc hîc dogmata recta videt.
Laudabit teſtem fidei, doctiq́; laboris,
Juſtitiamq́; pius quæret amore D E I.
Juſta etenim quæ dicantur, quæ diſſona voce,
Divini verbi pagina monſtrat iter.
Humana quam ſi ſequitur contentio mentis,
Aſſequitur docta quod petit arte bonum.
Sic Cubach *ſtudiis vigilanter ad ardua ten-*
Expectat meritis digna brabea ſuis. (dens

Joan. Barterus D. Profeſſor
in Acad. Jul. æ. publ.

QVum quondam pertuſi homines, hominumq́; ſceleſta
Conſilia, & tinctam jam deteriore metallo
Ætatem, ſuperi multarent ſecula Divi
Æternâ meritaq́; fuga, ſeſe addidit illis
Ultima

Ultima, & humanos cœtus Aſtræa reliquit.
Vatum ea traditio eſt: nec fingunt omnia vates.
Te tamen ô præſtans animi ingeniiq́ʒ Quirine
Cum intueor, tunc pœne mihi diverſa proban-
Sacraq́ʒ magnorum nutant oracula Vatū. (*tur,*
Nam quæ illis dudum toto Diva exulat orbe,
Non alio potius credenda habitare ſacello,
Quam qua tu cunctos præcellis mente ſodales.
Hæc delubrum illi eſt, hæc auguſtiſſima ſedes.
Ipſe equidem fateor; viſa hæc veriſſima ſæpe
Atqʒ ipſos contra placuit ſententia Vates.
Nunc muto: non tota homines Aſtræa reliquit,
Parsq́ʒ ſui melior ſupereſt, gens poſthuma, nati.
Hos tu inter clarum tanto caput altius effers,
Quanto inter ſocias auguſta Aſtræa puellas.
Macte iſta: laude, atqʒ ut natū oracula fallant,
Hoc age, & Aſtrææ ſemen cœleſte propaga,
Poſt te victuros paulatim ordire nepotes.

Joannes Thomas Cludius J.U.D.
& in Acad. Jul. Profeſſor
Inſt. Ord.

Juridicam pridem conſuete ſubire palæſtram,
Aſtræaq́ʒ colens, docte Quirine, *decus;*
Dum promtè ac comptè diverſa adverſaq́ʒ juris
Gnaviter & graviter diſcutienda doces:
Propoſitiq́ʒ tenax vile & ſervile relinquis,
Ut quondam dicas conſona jura foro:

b O te

O te felicem! nam quos ſectaris, honores
Aſſiduo ſtudio ſic bene credis emi.
Exoritur multus ſine rege ac lege tumultus,
Turbaq́; fit turbo, ſancta ubi jura ſilent.
Lætior aſpirans ſemper fortuna labori
Eximet è vulgi non ſine laude grege.
Tum pietas, virtus, rerumq́; ſcientia, morum
Candida temperies præmia digna ferent.

M. Theodorus Berckelman, SS.
Theol. Prof. in illuſtri Julia,
benevolentiæ cauſa f.

INvidiam quæris, ſi divulgare laboras
Formatum Themidos fœtum; mox ſe tibi
ſiſtet.
Urticam probibere, roſæ ne proxima creſcat,
Non poteris; ſed nil refert, animoſior eſto.
Ut videant primo partu bona corda rubentem,
Ne dubites, aderit nutricis dextra fidelis,
Exceptum gremio, cujus te cura fovebit,
Ne nocuiſſe queant, in te quæ ſpicula torquet.
Invidiam potis es ſic quærere, ſpernere tutus.

Elias Schröder, J. U. D.
Calbenſis Saxo.

UT, chalybem ſi dura ſilex ferit, ocyus ignis
Proſilit, & rapto fomite flamma micat.
Haud

Haud aliter ratio crebrum rationis ad ictum;
Quæ ſunt vera ſuis elicit è latebris.
Hoc in utroq; facis dum jure, Quirine Cuba-
Incipis egregiæ carpere laudis iter. (chI;
Et properans ſummas contendis honoris ad arces,
I tua quò virtus, quò tua fata vocant.
Fallor, an his terris olim, populoq; volenti
Jura dabis Patriæ nomen honosq; tuæ.

Wolfgangus Heider
M.

MEO QVIRINO KUBACHIO, J. U. C.

Parodia Horatiana ex L. Ep. Od. VIII.

Rogare longo ſuevit ætas ſeculo
leges quid enervet bonas?
Cum ſint D E I *munus, feratq; publico*
tot Imperator numine,
radietq; clarus inter abditas opes
Codex; veluti ſidus poli.
Sed edocent nos pectus & dexræ putres
ABCURSII dicaculi,

 faucesq;

fauceſq; avaræ Solq; conſpirantibus
ſubtile Furiis additum.
Es ô beatior, CubachI, *imagines*
ducens triumphales, tuis
Aſtræa non eſt quæ rotundioribus
induta ſoccis ambulet,
non qui libellos juris inter ſericos
poſuere pulvillos, amas.
Non candidati ſæpè conatus tument,
magnoq; turgent faſcino,
quod ut ſuperbo provoces à ſpiritu
opere allaboras anxio.

M. Thomas Sagittarius,
Profeſſor publicus.

QVod manibus verſes nocturnis atque diurnis
Juriſconſultûm libros, nodoſq; reſolvas:
Hoc probat ingenium multis mihi cognitum ab annis,
Hoc probat hic fœtus, quē fers dis-ritè-putando,
Quoq; juventutis mentes moderat⁹ es aptè (do,
Ergò quid hinc ſperem? voveam quid? quidvé ſequetur?
Quod ſperare licet, licet hoc fors cernere nunq,
Quodq; vovere licet, licet hoc fors cernere nunquam;

XII

Aſt ſcio, q̀ maneant te laus & gloria multa.
Queis addo: magnus fias, ſectentur & ampla.

M. Michaël Wolfius, Phyſices
Profeſs. in Salanâ publ.

ECquid mentis habes? calor ecquis pectora nutrit?
Cubach I, *multùm ſemper amate mihi.*
Aoniis annos tot jam ſpatiaris in hortis,
Fonteq; Caſtalio labra diſerta rigas:
Nocte ſedes, quâ nemo ſedet, ſartorve faberve,
Atq; teris vigili lumine ſcripta Sophûm.
Quid probet alma Themis? quid deneget ipſe Sacerdos
Juris? quo vitam ſangvine Corpus *alat:*
Omnia rimaris, capitis ſub vertice condis
Omnia, quæ grato viſa ſapore frui.
Quin quæ mēte tenes vacuas emittis in auras,
Ac iter in Themidis pluribus arva paras.
Teſtis adeſt præſens fulvo precioſius auro,
Quo jam Doctorum lumina ſiſtis, opus.
Quid? puro ſaliat Sala fonte licet, tamen undis
Te juvat externis depoſuiſſe ſitim.
I pede felici quò te vocat inclyta virtus,
Conatum triſtis nulla moretur hyems.

Digitized by Google

Tandem mentis opum lætis ſucceſſibus auctum
Oris Te patriis reddat JOVA precor.

εὐνοίας καὶ φιλαδελφίας χάριν
JENÆ ἔγραψε.

M. Adamus Köchlerus, Paſtor
in Münchengoſſerſtedt.

EN *tua ſacra fides, tua fama, tua ardua virtus,*
Me faceret laudes amplificare tuas,
Clare Quirine, *Dites ſacræ illibata medulla,*
Cui pectus finxit Filius Iapeti.
Cujus in amplexus Themis ardua tranſit, & ornat
Nomen honos, famam gloria, fata decus.
En me totus amor rapit ad tua facta, trahitq́;
Laus tua, nomen, honos, gloria, candor, amor.
Sed qd promittat tibi garrula buccina lingvæ,
Cum te ornet propriis laudibus ipſa Dice,
Ipſe tuæ laudis teſtis, tua pagina teſtis,
Quæ toties doctis eſt iterata modis.
Teſtes Collegæ, ſacra corcula, Apolline onuſta,
Queîs ſatis optima te Præſide fama venit.
Ergò quid ulterius? tua fama, tua ardua virt⁹,
Sacra fides, nomen, gloria, Muſa, decus,
Exornet, decoret, juvet, augeat, aptet, abundet,
Laudibus, illecebris, ſorte, favore, bonis.

Sunt



Digitized by Google

Sunt Muſæ teſtes mihi, quod benè gratia facti
Semper apud memores grata quieſcat humo.
En tibi cor, tibi mens, tibi ſpes mea militat omnis,
Sit tua mens mentis rivulus uſq; mea.

deproperabat
M. Chriſtophorus Stöltzer,
Islebienſis.

*D*Um, Quirine, *ſacras Myſtem Te ſiſtis ad aras,*
Aſtreæ Themidi thura litando Deæ,
Hoc κειμήλιον *haud ſubitò fumeſcet in auras,*
Deſuper id diâ Diva rependet opes;
Poſt varios gemitus, curſus, ſuſpiria, caſus,
Poſt vigiles noctes, tot pia vota, preces,
Poſt exanthlatos cerebro ſudante labores,
Te recreet pompâ deliciisq; ſuis.
Jam modò quid præſtò: ſinuoſa volumina legum,
Juraq; dum pandens ſat ſpacioſa legis.
Exactè contorta diu theoremata planas,
Queis vires genii judiciiq; probas,
Quò facit eximiæ laudis Tibi fama paretur,
Quod facis adpropriat pro[illegible] ipſa ſibi:
Hoc niſi compenſet citius mercede ſat amplâ,
Si ſinat è memori corde fugare ſibi,

 Ipſa

Digitized by Google

Ipſa bibet vigilans ſuccos è gurgite Lethes,
Seq; ſoporiferis obruet ipſa fretis.

Valentinus Melaſius, Brandeburgenſis Marchicus, LL. Cand.

Sunt homines, juris qui commentaria multa
Excipiunt riſu, deteſtanturq; laborem,
Inſcitiæ gen' eſt; Nautas quos Æquora jactant
Exagitantq;, maris vitare pericla videmus
Dum nave inſtructi varia, pereunte carina
Conſcendunt aliam, vitæ certiſſimum Aſylum
Indiget auxilio belli dux militis aucti,
Multiplices iterati hoſtis qui ſuſtinet ictus,
In bello jurisq; Mari ſubmergitur omnis,
Inſtructus variis qui non Autoribus *inſtat.*
Effugies dubii Lector *mala multa* Quirini
Kubachii *aſſiduè dum Juris dogmata lectu*
Evolves, fructusq; tui capiendo laboris
Aurori *grates nunquam retuliſſe pigebit.*

Jacobus Gerſtenberk.

C Ubachi quem diva Themis *felicibus alis*
Extulit, & docuit ſubtiles ſolvere nodos,
Credo equidẽ, nec vana fides, te fortè, tuumve

Hoc

[illegible] by Google

Hoc opus *auguſtâ quod dignũ ſpero Cupreſſo,*
Aut nihil, aut certè non mulum agreſtis egere
Carminis, & noſtræ, ſi qua eſt ea gloria, laudis.
Hoc tamen, idq; unum, noſtrum me poſcere amorem
Arbitror; ut docto tibi de conamine paucis
Gratuler, & Divos felicibus adprecer orſis.
Hæc habeas: famam factum ſublime nepoti
Prodet, & æterno ſe commendabit honori.

Amico ac fratri ſuo ἰσαδέλφῳ
L. Mq;. appoſuit αὐτοσχεδιάζων
Helmſtadii,

Theodorus Altroggius,
Hannoverâ-Brunſvigius.

S*Ic eſt; quàm plures, animi queîs Dia Themiſta*
Largita eſt largâ dona ſtupenda manu:
Vel nulli invidiâ doctrinæ clauſtra recludunt,
Vel genio indulgent, pigritiævè ſtudent:
Verum his Pierii nunquam diadema Sorores
Imponunt: Illos gloria nulla manet.
His quantò es melior, Juvenum Clariſſime, cunctis,
Kubachl, *Charitũ gemma, decusq; Dices?*
Defraudas genium, teris alma volumina Juris,
Perdius & pernox invigilasq; libris:

Quò Tibi, quò Patriæ proſis, charæq́ʒ Juventæ,
Dignus Apollo cui nobile fundat epos.
Nam quantas meritus laudes, res ipſa fatetur,
Teſtantur Patres, quos Sala *culta colit,*
Teſtatur ſtudioſa cohors, teſtantur & illa,
Quæ nunc in lucem lemmata, Amice, *dabis.*
Macte animo, & virtute tua! Quirine *Quiritum,*
Et cote expolias jura verenda dein:
Ecce tuos tollat ſic carmine ad aſtra labores
Poſteritas; ornet tempus utrumq́ʒ Themis:
Nam dum ſic aliis, quæ ſunt tibi cognita narras
En! magnus magno nomine Doctor *eris!*

Chriſtophorus Hœflichius,
Norimbergenſis.

QVIRINUS CUBACHIUS,
ROSLAVIENSIS,
ἀναγραμματικῶς.
OH, SIC SANE VIR IN QVIBUSVIS CLARUS!

ἀκροστιχίς.

QVam benè! Centurias, *animoſe* Quirine CubachI,
V *ulgare attentas iterùm. Laudanda profectò*
I *ngenii Geniiq́ʒ tui vis enthea; Acumen*
Rebus



Google

R *ebus in* Eunomies *tua per* ζητήματα *ꝓdis.*
I *uridicâ ſub ſorte Remũ fratreq;* Quirinum,
N *e, crebris ſuperas paraſangis:* Jena *vigorẽ*
V *irtutemq; tuam multis reverenter ab annis*
S *uſpexit; quin Te nunc* Julias *incluta honorat,*

C *onflictûsq; tuos, Legum ſub agone celebrat*
V *ivaci Elogio*: Magnus Speckhanius *atq;*
B arterus (*noſtri, dii, ſidera quanta Lycéi!*)
A *tteſtabuntur; tua qui molimina punctis*
C *õſtabilire ſuis ſatagunt.* Oh, *clare* CubachI,
H *aud tibi Parcarum ſi livida jura nocebunt,*
I *n ſtudiis* ſanè ſic, *non ſine fruge,* quibusvis
V ir clar⁹ *fies; populiq; hunc (auguror) omnes*
S *plendorẽ extendẽt, qua Veſper obitur & Eos.*

Joh. Martini, Iſennac.

INDEX

INDEX QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM, CENTURIÆ PRIMÆ.

DECURIÆ I.

QVÆSTIO PRIMA.

AN ebrius obligetur, & delinquens, puta quem occidens ordinariè puniri poſſit?

2. *Enodatio l. 32. Depoſiti.*
3. *An depoſitum ſit etiam rei immobilis?*
4. *Quid ſi depoſita pecunia, ut ſi velit depoſitarius, ea utatur, an maneat depoſitum? conciliatio l. 24. l. 25. l. 26. §. 1. depoſ. & l. 9. §. fin. de R. C.*
5. *An Advocatus licitè ad decipiendum ſuum adverſarium poſſit uti fallaciis & deceptionibus?*
6. *An, ut homicida, puniendus eſt is, qui in certamine ita læſit quempiam, in ambobus teſticu-*

Digitized by Google

teſticulis, ut inutilis ſit omni generationi?
7. *An αὐτοχειρία licita?*
8. *An filius vaſallus Domino debet adeſſe in cauſa juſta, etiam contra patrem?*
9. *An αἱματόδειξις probat occciſorem?*
10. *An ſtatus noſtri Imperii Monarchicus?*

DECURIÆ II.

QUÆSTIO PRIMA.

AN *Jus noſtrum poſſit in artis formam redigi?*
2. *An in Jure Civili datur etiam ἀπόδειξις & certitudo?*
3. *An JCtus poſſit eſſe perfectus abſq; aliarum artium, & inprimis practicarum cognitione?*
4. *An Juriſprudentiæ fines tranſcendunt illi Dd. qui in jure oblata occaſione non paucula de articulis fidei apponunt?*
5. *An Juriſconſultus eſſe poſſit abſq; vera religione?*
6. *An Jus publicum collectum ex præceptis Juris naturalis gentium & civilis?*
7. *Quid communis opinio poteſt, an pro deciſione poteſt allegari?*
8. *An ſui defenſio Juris naturæ?*

9. *An*

9. *An ob defenſionem pudicitiæ ſuæ rectè puella interficit quempiam?*
10. *An etiam contra patrem, citra omnem pœnam, filius poteſt uti defenſione neceſſaria?*

DECURIÆ III.

QVÆSTIO PRIMA.

AN *Princeps ſolutus legibus?*
2. *An Princeps contractus cum ſubdito vel alio initos ſervare debeat?*
3. *An ſcriptura de Legis eſſentia?*
4. *An Leges humanæ juſtæ, ſive Politicæ obligant ſubditos in conſcientiam?*
5. *An Princeps ſubditis bona ſua poſſit auferre, vel Jus quæſitum tollere, non refuſo etiam precio?*
6. *An verò in caſu neceſſitatis & utilitatis publicæ ſuam rem poteſt aufferre?*
7. *An verò pro tali re ſubditis à Principe perſolvendum precium?*
8. *An rectè litigator appellat à citatione ad ſententiam audiendum?*
9. *An Politica præceptis includi poteſt?*
10. *An conſuetudines feudales ſint Jus, ſeu habent vim Juris?*

INDEX.

DECURIÆ IV.

QVÆSTIO PRIMA.

AN confeſſionem ſibi factam in pœnitentiali confeſſione Sacerdos vocatus Jus rectè revelet?
2. Quid probat Sacerdotis confeſſarii depoſitio?
3. An meretrici ſolvens pecuniam, ut ſui copiã faciat, illam poſſit repetere?
4. An verò datur actio meretriculæ ad conſequendam mercedem?
5. An verò meretrix lucro ſuo, quod comparavit ex actu meretricio, poteſt facere eleemoſynam?
6. An ludere etiam liceat?
7. An ludo amiſſa repeti poſſint?
8. Quid verò, ſi pecunia promiſſa, nec appoſita fuit?
9. An exercitium pilæ Jure Civili probatur?
10. An Legati licitè tractet etiã ultra mandatũ?

DECURIÆ V.

QVÆSTIO PRIMA.

AN Legati ſimpliciter ſancti & inviolabiles?
2. An mittens Legatum redemtionis precium debeat ſolvere?
3. An Legati dona accepta Principi mittenti reſtituere debeant?
4. An ſpurii, eò, quòd infames ſint, rectè à civitate arceantur?
5. An deficientib. conſuetudinibus Feudorum in decidendis controverſiis de Feudis Jus Canonicum, vel Civile, ſi inter ſe pugnant, præferendum?

6. An

6. *An in dubio Princeps præſumitur cuipiam præjudicare velle?*
7. *An contra jus ſtatuere præſumitur?*
8. *An Magiſtratus anniverſarius perpetuô præſtat?*
9. *An & imperium hominis ſuper hominem naturale?*
10. *An jus ſtatutarium Saxonicum iniquum, & abſq; ratione?*

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

AN judex, cui in confeſſione de facto, vel crimine patefacta veritas, in judicando, ſive decidendo, quando ex actis de veritate non conſtat, & nihil, vel aliud probatur, ſuam conſcientiam ſequi poſſit?

2. *An ad defenſionem ſui quem occidens in ſua conſcientia & foro poli eſt tutus?*
3. *Si homicidium in confinio duorum territoriorum factum, quæritur, ad quem ſpectet de illo cognoſcere.*
4. *Quid verò, ſi homicidium in via Regia commiſſum, an Principis erit de illo cognoſcere crimine, an Nobilis, qui habet ibi omnimodam jurisd.* Die Halsgericht oder peinlichen Gericht / *art. 1. Conſt. Crim. Car.*

5. An

Digitized by Google

5. *An impeditus appellationem proſequi de impedimento, termino durante, proteſtabitur?*
6. *An appellatione deſerta, judex ad quem temerè Appellantem poteſt in pœnas temerè litigantis condemnare?*
7. *An appellatione deſerta, Judex ad quem debet remittere Appellantem, ſeu cauſam ad Judicem à quo?*
8. *An fœmina quandoque poteſt fungi officiò Ducis in bello?*
9. *An libri feudorum, ut jam ſunt, merentur nomen artis?*
10. *An poſſint redigi ad formam artis?*

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid de Practicorum præjudiciis *ſentiendum, an illis ſtare poteſt Judex, ſi allegant,* Es ſey alſo offt in dieſer Sach geſprochen worden?
2. *An error communis faciat jus?*
3. *Quid de Opificum Statutis ſentiendum.*
4. *Cujus ſint res in mare lapſæ, vel navis allevianda cauſa ejectæ?*
5. *An eadem pœna Mandans cum Mandatario, qui delictum mandatum perfecit, feriendus, controvertiur?*

6. Quid

6. *Quid ſi ſtatutum pro homicidio, furto, &c. pœnam mortis imponat?*
7. *Gravius controvertitur, ubi fines mandati exceſſerit mandatarius, quid juris ſtatuendum, puta mandavit quem vulnerari mandatarius occidit.*
8. *An Nobiles, & alii Viri in Germania, rectè adſunt in bello Regibus & populis Imperio Romano non ſubjectis?*
9. *An etiam Clericos ligant conſuetudines Feudorum?*
10. *An moribus ut Clerici olim coram Secularibus conventi reſpondeant induci poteſt?*

DECURIÆ VIII.

QVÆSTIO PRIMA.

Cujusnam ſit juris patria poteſtas, an juris gentium, an juris civilis non admodum expeditum?
2. *An etiam mater tempore neceſſitatis & famis liberos ſuos poteſt diſtrahere.*
3. *An pater etiam ex alia juſta cauſa, præter nimiam paupertatem & egeſtatem poteſt vendere filium?*
4. *An puellula ex amore ſingulari cum quodam luxurioſè ſeu impudicè vivens ſit turpis & peccet?*

5. Quid

5. *Quid ſi quis dormiens delinquit qua pœna plectitur.*

Quid dicendum, ſi noctambulo alicui noceat.

7. *filius magiſtratus aut in honore eminenti poſitus, poteſt præferri patri privato, aut inferioris conditionis?*

8. *An homo natus ad ſocietatem?*

9. *An feudum emptum eſt proprium vel improprium?*

10. *An Feudum aliud proprium, aliud improprium?*

DECURIÆ IX.

QUÆSTIO PRIMA.

AN *Princeps poteſt regna & ditiones ſuas pro libitu & arbitrio oppignorare, alienare, permutare?*

2. *An Imp. Rom. rectè dicitur Dominus totius mundi?*

3. *An in Imp. Rom. omnia ſunt Imperatoris?*

4. *An citatio à Principe vel Pontifice poteſt omitti?*

5. *An abſq; citatione ſummus Princeps poteſt contra delinquentem procedere, ſi notorium factum eſt per omnia?*

6. *Quis citationem commiſſam exequi poteſt?*

7. *An fœmina poteſt eſſe in magiſtratu & Imperium tenere?*

8. *An forma & corporis dignitas, pulchritudo & pfectio in magiſtratu eligendo ſpectāda?*

9. *An ſervitiorum præſtatio eſt de ſubſtantia Feudi.*

10. *An eſt perfecta definitio feudi, quæ habetur in c. ûn. q. f. 1. c. b. a.*

DECURIÆ X.

QVÆSTIO PRIMA.

An emancipatio etiam hodiè jure noviſſimo eſt capitis diminutio?

2. *An hodie omnis reſtitutio ex edicto de capite minutis ſit ſublata.*

3. *An conſenſus parentum in nuptiis liberorum eſt neceſſarius de Jure Civ.*

4. *An etiam de Jure Can. eſt neceſſarius.*

5. *An ratihabitio parentum reddit matrimonium ab initio juſtum & legitimum.*

6. *An ob cauſam, non requiſiti parentum conſenſus, liberi poſſunt exheredari.*

7. *An ita rectè contrahimus matrimonium, ut non intercedat copula carnalis.*

8. *An Polygamia concedenda.*

9. *An Feudum novum jure antiqui concedi poteſt.*

10. *An datur Feudum Ligium.*

CEN-

XX.

CENTURIAE SECUNDAE.

DECURIAE I.

QUAESTIO PRIMA.

AN, ſi de facto matrimonium liberi invitis & nolentibus parentibus contraxerunt, id vi & jure patriæ poteſtatis reſolvi poteſt?

2. Quid ſi acceſſit copula, num adhuc reſcindi poteſt.

3. An etiam de jure divino ejuſmodi matrimonium, ſine parentum conſenſu initum, eſt nullum.

4. Puella quædam habens matrem & vitricum adoleſcenti promiſit matrimonium, ſi parentes conſentire vellent; qui videns parentes non conſenſuros, clam ſua in domo convenit cum puella, & datis aliquot aureis, conſenſum purum impetrare voluit; quæ accipiens illos aureos, & viciſſim aliquid adoleſcenti dans dixit, ſe velle eum habere in maritum, ſi modò parentes conſentire vellent, quæritur jam, ſi mater proteſtata

teſtata ſit coram Conſiſtorio, quod nolit conſentire, an id ſit matrimonium.
5. An Chriſtianus cum Judæa vel Ethnica puella: vel diſparis religionis homines matrimonium contrahere poſſunt.
6. An divortio ob adulterium facto parti innocenti permittendum aliam ducere vivente adultera?
7. An uxori relictæ ſeu deſertæ permittendum, ut alteri nubat, marito adhuc vivente?
8. An mulierculæ, quandoq; verberibus excipi poſſunt?
9. An Judæi in benè conſtitutis Rebuspublicis tolerandi?
10. An Pontifex ſummus poteſt Feuda condere?

DECURIÆ II.

QVÆSTIO PRIMA.

AN cadavera eorum, qui ob facinora ſua puniti ſunt, terræ concedenda & mandanda?
2. Quid ſentiendum de illa conſuetudine, quâ ſepultura defuncti debiti cauſa impediri & cadaver areſto detineri permittitur, an admittenda?
3. Quid emendi & vendendi verbum ſignificat?
4. An crimen læſæ Majeſtatis committitur in populum Romanum?

5. An

Digitized by Google



Digitized by Google

5. *An verò in Electores hoc crimen committitur?*
6. *An adoleſcentibus invitis dantur curatores?*
7. *An etiam illuſtres perſonæ invitæ curatores accipiunt?*
8. *An lupanaria in Rebuspublicis benè conſtitutis toleranda?*
9. *An fœminæ accipere poſſunt feudum?*
10. *Hermaproditus an & is feudum accipere poteſt?*

DECURIÆ III.

QVÆSTIO PRIMA.

An pœna l. fin ff. de rer. div. in murorum & portarum violatores & transcendentes conſtituta, tantùm ad muros & portas Rom. civitatis, an verò etiam aliorum municipiorum ſpectat?
2. *An venationum prohibitiones, quibus Principes & Nobiles ſubditis venationibus interdicunt, rationibus juris ſuffultæ ſunt?*
3. *An verò contra has prohibitiones ferulam capiens capitali afficiendus ſupplicio?*
4. *An furtum committitur, quando quis putat, ſe contrectare rem domino invito, cum tamen hoc faciebat ipſo volente?*
5. *Quid ſi fur dicat, ſe credidiſſe dominum conſentire, & dominus contradicat, an liberatur?*

Digitized by Google

6. *Quid ſi quis ſic abducit equum alicujus, non ſalutato ejus domino, & illo vult vehi Vinariam, in via cum equo deprehenditur, qui ſe vult excuſare, quaſi putaret, ſe non invito domino equum abducere, an audiendus & excuſandus?*

7. *Sed ſi Judex quem deprehenderit cum re ablata, & dominus rei coram Judice proteſtetur, quod illam rem ſua voluntate abſtulerit, quæritur an liberetur fur?*

8. *An vigiles, lictores, carbonarii, & alii miniſtri publici noctambulatores,* νυκτικόρακας, *impunè vulnerare vel etiam occidere poſſunt.*

9. *An liberi rectè aluntur à nutricibus?*

10. *An eſt ullum Feudum Francum?*

DECURIÆ IV.

QVÆSTIO PRIMA.

AN in jure noſtro duplex occurrit uſusfructus cauſalis & formalis?

2. *Si quis ad molendinum ſeu furnum alicujus ivit per longiſſimum tempus, quæritur an cogi poſſit, ut impoſterum & ſemper ad id eat, & ibi molat?*

3. *Quando mulier poteſt vel debet petere* Morgengab & Mußtheil?

4. *In ſocietatis materia illuſtris eſt quæſtio:*

An

Digitized by Google

An ſi unus ex ſociis pecuniam tantùm conferat, unus verò operas ſuas, amiſſæ illius pecuniæ damnum ſit commune & ad utrumq; æquè ſpectet?

5. *An pater debet etiam alere filios nefarios & inceſtuoſos?*

6. *Quomodo erigendæ ſunt furcæ, rotæ, patibula?*

7. *Quid Quæſtori vel Magiſtratui, ſi in ſuo oppido vel pago idoneum tutorem non inveniat agendum?*

8. *An juvenes etiam rectè Princeps in conſilium adhibeat?*

9. *An vaſallus poteſt dominum in jus vocare ſine venia?*

10. *An vaſallus Feudum etiam amittit, ſi in prælio malitioſè dominum deſeruit, ſed tamen dominus ſalvus evaſit?*

DECURIÆ V.

QUÆSTIO PRIMA.

AN tabula picturæ cedit, vel tabula picturæ?

2. *Si unus ſociorum operas contulit, unus pecuniam; quæritur an ſi finita ſocietas, & ſors ſalva, illa cum lucro ex æquo inter ſocios ſit dividenda?*

Digitized by Google

9. *An ſervitiorum præſtatio eſt de ſubſtantia Feudi.*
10. *An eſt perfecta definitio feudi, quæ habetur in c. An. q. f. 1. c. b. a.*

DECURIÆ X.
QUÆSTIO PRIMA.

An emancipatio etiam hodiè jure noviſſimo eſt capitis diminutio?
2. *An hodie omnis reſtitutio ex edicto de capite minutis ſit ſublata.*
3. *An conſenſus parentum in nuptiis liberorum eſt neceſſarius de Jure Civ.*
4. *An etiam de Jure Can. eſt neceſſarius.*
5. *An ratihabitio parentum reddit matrimonium ab initio juſtum & legitimum.*
6. *An ob cauſam, non requiſiti parentum conſenſus, liberi poſſunt exheredari.*
7. *An ita rectè contrahimus matrimonium, ut non intercedat copula carnalis.*
8. *An Polygamia concedenda.*
9. *An Feudum novum jure antiqui concedi poteſt.*
10. *An datur Feudum Ligium.*

CEN-

XX

INDEX.

CENTURIÆ SECUNDÆ.

DECURIÆ I.

QUÆSTIO PRIMA.

AN, ſi de facto matrimonium liberi invitis & nolentibus parentibus contraxerunt, id vi & jure patriæ poteſtatis reſolvi poteſt?

2. *Quid ſi acceſſit copula, num adhuc reſcindi poteſt.*

3. *An etiam de jure divino ejuſmodi matrimonium, ſine parentum conſenſu initum, eſt nullum.*

4. *Puella quædam habens matrem & vitricum adoleſcenti promiſit matrimonium, ſi parentes conſentire vellent; qui videns parentes non conſenſuros, clam ſua in domo convenit cum puella, & datis aliquot aureis, conſenſum purum impetrare voluit; quæ accipiens illos aureos, & viciſſim aliquid adoleſcenti dans dixit, ſe velle eum habere in maritum, ſi modò parentes conſentire vellent, quæritur jam, ſi mater proteſtata*

c 3 teſtata

Digitized by Google

teſtata ſit coram Conſiſtorio, quod nolit conſentire, an id ſit matrimonium.

5. An Chriſtianus cum Judæa vel Ethnica puella: vel diſparis religionis homines matrimonium contrahere poſſunt.

6. An divortio ob adulterium facto parti innocenti permittendum aliam ducere vivente adultera?

7. An uxori relictæ ſeu deſertæ permittendum, ut alteri nubat, marito adhuc vivente?

8. An mulierculæ, quandoq; verberibus excipi poſſunt?

9. An Judæi in benè conſtitutis Rebuspublicis tolerandi?

10. An Pontifex ſummus poteſt Feuda condere?

DECURIÆ II.

QVÆSTIO PRIMA.

AN cadavera eorum, qui ob facinora ſua puniti ſunt, terræ concedenda & mandanda?

2. Quid ſentiendum de illa conſuetudine, quâ ſepultura defuncti debiti cauſa impediri & cadaver areſto detineri permittitur, an admittenda?

3. Quid emendi & vendendi verbum ſignificat?

4. An crimen læſæ Majeſtatis committitur in populum Romanum?

5. An

Google

5. *An verò in Electores hoc crimen committitur?*
6. *An adoleſcentibus invitis dantur curatores?*
7. *An etiam illuſtres perſonæ invitæ curatores accipiunt?*
8. *An lupanaria in Rebuspublicis benè conſtitutis toleranda?*
9. *An fœminæ accipere poſſunt feudum?*
10. *Hermaproditus an & is feudum accipere poteſt?*

DECURIÆ III.

QVÆSTIO PRIMA.

AN pœna l. fin ff. de rer. div. in murorum & portarum violatores & transcendentes conſtituta, tantùm ad muros & portas Rom. civitatis, an verò etiam aliorum muncipiorum ſpectat?
2. *An venationum prohibitiones, quibus Principes & Nobiles ſubditis venationibus interdicunt, rationibus juris ſuffultæ ſunt?*
3. *An verò contra has prohibitiones ferulam capiens capitali afficiendus ſupplicio?*
4. *An furtum committitur, quando quis putat, ſe contrectare rem domino invito, cum tamen hoc faciebat ipſo volente?*
5. *Quid ſi fur dicat, ſe credidiſſe dominum conſentire, & dominus contradicat, an liberatur?*

6. *Quid ſi quis ſic abducit equum alicujus, non ſalutato ejus domino, & illo vult vehi Vinariam, in via cum equo deprehenditur, qui ſe vult excuſare, quaſi putaret, ſe non invito domino equum abducere, an audiendus & excuſandus?*

7. *Sed ſi Judex quem deprehenderit cum re ablata, & dominus rei coram Judice proteſtetur, quod illam rem ſua voluntate abſtulerit, quæritur an liberetur fur?*

8. *An vigiles, lictores, carbonarii, & alii miniſtri publici noctambulatores,* νυκλικόρακας*, impunè vulnerare vel etiam occidere poſſunt.*

9. *An liberi rectè aluntur à nutricibus?*

10. *An eſt ullum Feudum Francum?*

DECURIÆ IV.

QVÆSTIO PRIMA.

AN in jure noſtro duplex occurrit uſusfructus cauſalis & formalis?

2. *Si quis ad molendinum ſeu furnum alicujus ivit per longiſſimum tempus, quæritur an cogi poſſit, ut impoſterum & ſemper ad id eat, & ibi molat?*

3. *Quando mulier poteſt vel debet petere* Morgengab & Mußtheil?

4. *In ſocietatis materia illuſtris eſt quæſtio: An*



Digitized by Google

An ſi unus ex ſociis pecuniam tantùm conferat, unus verò operas ſuas, amiſſa illius pecuniæ damnum ſit commune & ad utrumque æquè ſpectet?

5. *An pater debet etiam alere filios nefarios & inceſtuoſos?*

6. *Quomodo erigendæ ſunt furcæ, rotæ, patibula?*

7. *Quid Quæſtori vel Magiſtratui, ſi in ſuo oppido vel pago idoneum tutorem non inveniat agendum?*

8. *An juvenes etiam rectè Princeps in conſilium adhibeat?*

9. *An vaſallus poteſt dominum in jus vocare ſine venia?*

10. *An vaſallus Feudum etiam amittit, ſi in prælio malitioſè dominum deſeruit, ſed tamen dominus ſalvus evaſit?*

DECURIÆ V.

QUÆSTIO PRIMA.

AN tabula picturæ cedit, vel tabula pictura?

2. *Si unus ſociorum operas contulit, unus pecuniam; quæritur an ſi finita ſocietas, & ſors ſalva, illa cum lucro ex æquo inter ſocios ſit dividenda?*

3. *Quid ſi operæ nontantùm pecuniæ collatæ uſui reſpondent, ſed etiam ipſi ſorti æquales ſunt?*

4. & 5. *Si quis in quadam corporis parte quem lædat aut mutilet, an ultra ſummam Wergeldi puniri poteſt:* Muß er ſolches beſſern vber ein halb Wehrgelt.

6. & 7. *Quærunt Dd ſi minor diverſorum Magiſtratuum juriſdictioni ſubſit, & alium judicem ratione domicilii, alium etiam ratione bonorum habeat, quinam ſit præferendus?*

8. *An focariæ mulieres in exercitu rectè tolerantur?*

9. *An choreæ concedendæ?*

10. *An hæres in feudo ſuccedens tenetur ſatisfacere defuncti creditoribus?*

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

AN præſcriptione perimitur etiam obligatio naturalis?

2. *Si commiſſum ſtuprum, & de fide matrimonii data non conſtat, an reo imponendum juramentum purgationis propter confeſſionem copulæ ceſſantibus aliis conjecturis?*

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX.

3. *An antichreſis eſt licita?*

4. *An verò creditores habentes antichreſin preſſam, debent de fructibus rationem reddere, eosq; computare in ſortem?*

5. *Incarceratio an meri an verò mixti imperii?*

6. *An judex quandoq; licitè ſecundum ſuam conſcientiam judicare poteſt?*

7. *An in cadavera eorum, qui conſcientia ſceleris ſeipſos ante executionem interficiunt, vel alias naturali fato in carceribus mortui reperiuntur, animadverti poteſt?*

8. *An Electores, Epiſcopi, Comites, Nobiles, &c. Pontificii, jure Auguſtanæ confeſſioni addictos ſuam ad ſuperſtitionem cogunt, aut ſi eam amplecti nolint, expellunt; aut contra proceres Auguſt. Confeſſion. ritè expellere poſſunt ſubditos ſuos amplectentes Pontificam religionem?*

9. *An Diebus Dominic. ſubditi orthodoxi in terris Pontificum, oppido, vel pago, ut alibi puram Evangelii audiant doctrinam, & utraq; ſub ſpecie communicent, exire poſſunt?*

10. *An Landſaſſii in terris Pontificiorum domi Miniſtros Eccleſiæ, ut ſe ſuosq; in verbo DEI puro erudiant, habere poſſunt?*

An

An Imp. ſummus ad Religionem Pontif. ſubjectos Imp. Rom. cogere vel proteſtantes expellere poteſt.
De beneficio emigrandi.
Beneficium emigrandi an neceſſitatis.

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO PRIMA.

FVrtum omni Jure prohibitum? remiſſ.
2. *An fur cadens de furca vel patibulo liberatur.*
3. *An pœna furti hodierna, quæ eſt ſtrangulatio, his in terris poteſt mutari in pecuniam.*
4. *An Princeps furem ſeu facinoroſum omninò impunitum dimittere poteſt.*
5. *An fœmina ſeu vidua non habens curatorem defuncto marito patrono Eccleſiæ præſentare poteſt?*
6. *An maritus eſt dominus dotis?*
7. *Pecuniæ creditæ valore mutato cujus temporis ratio habenda ſit, an contractus, an verò ſolutionis quæritur.*
8. *An undecimo menſe natus eſt partus illegitimus?*
9. *An etiam Clerici poſſunt accipere feudum?*
10. *Inquiritur an ratio deciſiva c. ſ. F. 2. & c. de mill. vaſ. qui arma ſibi conſtet.*

DECU-

Digitized by Google



Digitized by Google

XXIV

INDEX.

DECURIÆ VIII.

QVÆSTIO PRIMA.

PRoximus agnatus ex A. B. Caroli IV. tutor eſſe jubetur hæredis Electoralis impuberis, quæritur an hoc jus ei per patris teſtamentum non poſſit auferri?

2. An ob latam culpam remotus à tutela ſit infamis?

3. An ſtatim à tutoris datione appellandum; an v. demum à ſententia rejectæ excuſationis?

4. An Magiſtratus, puta Duces, Comites, Nobiles, Senatus, &c. habentes juriſdict. ſuperiorem, in cœmiteriis numellas erigere, vel muris Eccleſiæ ferrum, aut catenas adfigere poſſunt, abſq; Conſiſtorii conſenſu.

5. An Officiarii Principis, ut ſunt: Quæſtores, Pretores, Judices poſſunt punire carcere, vel mulcta, vel capitis pignoribus, ruſticos alicujus Nobilis juriſdict. omnem habentis (attamen à Principe) ſubjectos refractarios.

6. Quid ſi fœmina contrahat cum Sejo, & quidem abſq; curatore utiliter à ſua parte, an reſcindi poterit contractus ille, quod curator non adfuerit.

7. Si uxor cum marito in judicio præſens litigavit, & videns litem dubiam eſſe tranſegit, &

& in tranſactione læſa eſt; quæritur, an jure poſſit petere, reſcindi debere illam tranſactionem, quod curatorem non petierit ad litem, Dieweil ſie keinen Vormund gebeten.

8. *An etiam die Dominica cum hoſte dimicare poſſumus.*

9. *Quo tempore petenda inveſtitura.*

10. *An jura feudalia poſſunt allegari ad cauſarum non feudalium deciſionem?*

DECURIÆ IX.

QVÆSTIO PRIMA.

AN, *ſi quis alicui dicit; tu mentiris; etiam cum proteſtatione ſeu honoris præfatione injuriarum tenetur?*

2. *Quid ſi quis me vocet furē, nebulonem, mendacem, an mei defendendi gratia jure dicere poſſum, tu mentiris, tu es fur.*

3. *An Commiſſarii partes contumaces mulctare poſſunt?*

4. *An arioli & ſagæ &c. incantationibus utentes ad bonum finem & non, ut alios ſuis impoſturis decipiant & lædant, poſſunt puniri & quomodo?*

5. *Quid ſi quis ſciens meretriculam in uxorem duxit, & illa jam contracto matrimonio adhuc interdum laſcivè vivit; an maritus deprehenſam in libidine adulterii accuſare poteſt.*

6. Si

Digitized by Google



Digitized by Google

INDEX.

6. *Si quis ſuſpectus ſit de adulterio, & poſt factam interdictionem à magiſtratu tempore ſuſpecto in domo ſuſpectæ mulieris reperiatur, & vocatus in jus factum adulterium negat, an abſq; aliis indiciis tortura ei adjudicari poteſt.*
7. *An filius ſumptus ſtudiorum gratia ſuppeditatos conferre tenetur.*
8. *An naturale liberi habent jus retractus?*
9. *An omnes Vaſalli domino fidelitatem jurare debent, ſi plures?*
10. *An jus venandi inter regalia refertur?*

DECURIÆ X.
QVÆSTIO PRIMA.

AN donatio omnium bonorum tàm præſentium quàm futurorum valet?
2. *An donatio ob ſupervenientiam liberorum revocatur?*
3. *Cur donatio inter virum & uxorem prohibita?*
4. *An JCti vel advocati die feriato poſſunt clientulis conſulere vel patrocinari?*
5. *An privatis natalem celebrare licet?*
6. *An cognatio ſpiritualis impedit nuptias?*
7. *An fœmina præſertim gradus ulterioris cum maſculis ad ſucceſſionem admittitur?*
8. & 9. *De materia Feudorum ubi potiſſimæ quæſtiones de ea attinguntur?*
10. *An patria bono civi ſeipſo vel parentibus plus ſit diligenda?*

CEN-

Digitized by Google

CENTURIÆ TERTIÆ.

DECURIÆ I.

QVÆSTIO PRIMA.

AN matrimonium reſcindi poteſt; ſi quis corruptam pro virgine ducit?

2. An duorum fratrum liberi conjungi poſſunt?
3. Graduum prohibitiones ſunt juris naturæ?
4. Computatio graduum Jure Canonico introducta, an præferenda computationi Juris Civilis?
5. An ante 14. annum mares, & ante 12. fœminæ contrahunt nuptias?
6. An oſculum quid ad probationem adulterii faciat?
7. Quis eſt judex competens in cauſis matrimonialibus?
8. An melius ut in Rebuspublicis præſint divites, an verò pauperes?
9. An perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt rem in Feudum dari ſolitam, & ad Eccleſiam reverſam, in Feudum concedere conſanguineis & aliis conjunctis?

10. An

10. *An legitimati per ſubſequens matrimoniũ ſuccedant in Feudis?*

DECURIÆ II.

QUÆSTIO PRIMA.

AN repreſſaliæ poſſunt defendi jure?

2. *Qui concedere poteſt repreſſalias & jura Marchæ?*

3. *Contra quos poſſunt concedi repreſſaliæ?*

4. *Quæ ſunt cauſæ juſtæ repreſſaliarum?*

5. *An Imp. concedens jurisd. quo ad ſe privativè, an v. cumulativè concedit?*

6. *Reus ſi ad reſpondendum vocatus in termino non compareat, condemnari ſolet* in die Ehhafft / *actore ejus contumaciam accuſante, Müll. 4. ſem. 42. Quæritur E. ſi literas mittat ad judicem, & in iis legitimum impedimentum,* die ehehaffte Noht *alleget, an reus effugiat condemnationem* in die Ehehafft / oder biß an die Hülffe.

7. *An Sponſus Sponſam ſuam, in mammis lac habere animadvertens, vitiatam dicere poteſt, & ideò ad matrimonii receſſionẽ agere?*

8. *An concionatores ſeu Paſtores piè adſunt in bello, quod Reſpubl. contra ſuum agat hoſtem?*

9. *An etiam Plebei & Ruſtici ſua bona aliis in Feudum dare poſſunt?*

10. *An Imperator* Electoratus, *Ducatus, Comitatus,*

matus, & alia Feuda Regalia ad Imperium devoluta poteſt aliis concedere abſq; ſtatuũ conſenſu & voluntate?

DECURIÆ III.

QUÆSTIO PRIMA.

Jurisdictio quid ſit?
2. *An occurrit in jure noſtro jurisdictio generalis?*
3. *An etiam in criminalibus jus dicatur?*
4. *An ſint res una Juriſdictio ſimplex, & imperium mixtum?*
5. *An nihil proprium habeat, qui mandatam juriſdictionem ſuſcepit?*
6. *An apud Proconſulis legatum manumittere poſſimus?*
7. *An quis in cauſa ſuorum poteſt eſſe Judex?*
8. *An ordinarius Judex recuſari poteſt?*
9. *An cœcus dari poteſt Judex?*
10. *An Aſſeſſores Cameræ ſunt Judices Ordinarii?*

DECURIÆ IV.

QUÆSTIO PRIMA.

AN Profeſſor in Academia, ex publico ſalarium habens, per ſubſtitutum legere poteſt?

2. Ad

INDEX.

1. *Ad l. 3. de juriſdict.*

3. *An veræ meri & mixti Imperii definitiones ibidem habeantur?*

4. *An miſſio in bonorum poſſeſſionem, ſit mixti imperii; & Judicis dandi licentia juriſdictionis?*

5. *An Imperator, vel aula ejus,* des Reichs Hoffraht / *concurrat cum Camera in cauſis Imperii?*

6. *An in incidentibus circa Electoratus, Marchionatus, Principat. Comitat. controverſiis, ſolus Imperator cognoſcit?*

7. *Quid ſi de parte quadam feudi regalis controverſia, an & tum extra auſtregas Imp. de ea cognoſcet?*

8. *An in omni judicio, hoc eſt, tàm poſſeſſorio quàm petitorio, Imp. cognoſcet, ſi lis de ducatibus?*

9. *An hodie obtinet veniæ impetratio ſpecialis?*

10. *An fidejuſſor in criminalibus admittitur?*

DECURIÆ V.

QVÆSTIO PRIMA.

SI *In plures dati tutores, an ex iis unus etiam agere vel conveniri poſſit?*

2. *An appellante requirente Apoſtolos à Judice*

dice à quo, hic tacens cenſendus eos expreſſè denegâſſe?
3. *An tempus introducendæ appellationis prolongari vel abbreviari partium conſenſu poſſit?*
4. *Quis præſtat ſalvum conductum?*
5. *An & facultas redeundi ſeu abeundi à Judice ſub ſalvo conductu continetur?*
6. *An verò fidantiæ ſeu ſalvi conductus præſtatio ubivis, ac ſic etiam in locis intermediis obtinet?*
7. *An Princeps promittens ei, qui detegit facinus, impunitatem, eam ſervare debet?*
8. *An minor abſq; curatore ſuo contrahens obligatur?*
9. *An puella ob cicatrices illatas in facie contra lædentem ad æſtimationem poteſt agere?*
10. *An Imperator eſt Papæ vaſallus?*

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

AN *cedendo uſumfructum* **extraneo,** *nihil agitur?*
2. *Theſes de Jure accreſcendi?*

DECU-

INDEX.

DECURIÆ VII.

QUÆSTIO PRIMA.

AN obligationes ad jus rerum rectè referuntur?

2. An qui accepit beneficium obligatur naturaliter danti ad remunerationem?

3. An liberi à parentibus ob cauſas æquè graves, vel graviores etiam, quàm in N. 115. c. 3. continentur, exheredari juſtè poſſunt?

4. Si filius poſt injuriam, quæ juſtam exheredationis cauſam præbuit, parenti factam, ei reconciliatus fuerit, an exheredatio tenebit?

5. An poſthumus etiam jure noviſſimo poteſt exheredari?

6. An Doctores, qui ex reſcripto & bulla gradum acceperunt, privilegiis & inſigniis Doctorum ſolenniter promotorum, gaudere debeant?

7. An Doctor eſt Nobilis?

8. & 9. An Doctor, an verò Nobilis, in ſedendo, eundo, votando, obtinebit primas?

10. An filiusfam. Feudum accipere poteſt?

INDEX.

DECURIÆ VIII.

Quæſtiones circa auth. habita. ne filius pro patr.

QVÆSTIO PRIMA.

QVis hujus auth. habita. author.
2. An & triviales gaudent h. auth. privilegiis?
3. An & Clerici continentur ſub hac auth.
4. An etiam vagabundi?
5. Quid de pigris & Pſeudoſcholaſticis?
6. An etiam ad pugiles ſe extendit pietas Friderici?
7. Quid ſi qui ſtudeant in patria?
8. An & famuli & nuncii ſtudioſorum ſunt h. auth. incluſi?
9. An etiam Profeſſores?
10. Qui indigni noſtris privilegiis?

DECURIÆ IX.

QVÆSTIO PRIMA.

QVæ igitur ſunt Privilegia?
2. *Verba auth.* & in eis habitent ſecurè, *an privilegii ſint?*
3. An libri Studioſi pro penſione hypothecari poſſint?

INDEX.

4. *Quæ ſunt Privilegia Studioſorum quoad res?*
5. *De competentia fori Studioſorum?*
6. *An inſcriptio Studioſorum probanda?*
7. *Quis eſt Senatus Academici judex competens?*
8. *An Studioſus coram ſuo judice conventus, ſæpius variare poteſt?*
9. *Quo tempore hoſtra incluſa ſtudia?*
10. *An ex* n. conſtit. *Rectores Academiarum merum habent imperium?*

DECURIÆ X. & ULTIMÆ.

QUÆSTIO PRIMA.

AN Emphyteuſis eſt jurisgent: vel juriscivilis?
2. *An Judex, qui ad injuſtum Principis mandatum, aliquem ſuſpendit, vel plus debito caſtigat, excuſandus?*
3. *An vita hominis in dubio præſumitur 100. annorum?*
4. *An damnati ad mortem, puta gladium, laqueum, rotam, teſtari poſſint?*
5. *An pupillus obligatur naturaliter?*
6. *Ad l. diffamari. 5. C. de ingen. manumiſſ.*

7. & 8. Ad

INDEX.

7. & 8. *Ad conſtitut. religionis, Anno 1555.* zu Augſpurg auffgericht.

9. & 10. *An filiofam. dati feudi uſusfructus acquiritur patri?*

QVÆ-

by Google

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM JURIDICARUM

DECURIA PRIMA.

Reſpondente

BALTHASARO von der Heyda / *FAchenſe Catto.*

QVÆSTIO PRIMA.

An ebrius obligetur; & delinquens, puta quem occidens ordinariè puniri poſſit?

CUm ex ebrietate, crimine illo deteſtabili diſtin. 35. per totum, omnis generis peccata & facinora oriantur. (Nam *Quid non ebrietas deſignat? operta recludit, Spes jubet eſſe ratas*, Verg. l. 1. Epiſt. ad Torq.) & compluribus non tantùm damna corporalia, (hæc et-

enim judicium rationis offuſcat: contentiones & bella procurat: robur & naturalem virtutem enervat: infirmitatem generat: mortem naturalem adducit: *Hugo de Sancto Victore)* ſed tandem etiam æternum exitium hinc veniat, *1. Cor. 6. Jer. 25. Reformation* guter Policey zu Augſpurg / Anno 1530. auffgerichtet / *tt.* von Zutrincken / ac jam ſit vitium communiſſimum, non incommodè quæritur? An ebrius quoddam facinus perpetrans, vel etiam quid promittens, obligetur? Qua in quæſtione probo diſtinctionem, qua diſtinguunt inter enormem ebrietatem, & eam, quæ remiſſior: ita ut illa, qua ſenſus planè obnubilatur, & homines rationis uſu privantur, excuſet: Hæc verò quia non omnem rationem tollit, ſed adhuc ea non obſtante vir ſentit ac intelligit, quid agat, nec ſuſcipit quid illorum, quæ nunquam faceret, ſi non eſſet ebrius; *c. ſanè 15. q. 1. c. unusquisq; 22. q. 4. Gail. lib. 2. obſ. 110. n. 29. in fin. Weſ. de rit. nupt. in part. n. 8.* non item. Et quidem de poſteriori membro hujus diſtinctionis facilè conſtat inter Dd. tandem de priori dubitant alii, qui non volunt cõcedere, quod enormiter ebrius excuſetur à pœna ordinaria, ſi delictum quoddam, puta homici-

dium

dium commiſerit, in tantum, ut ſecundum illud Pittaci, quo de vide *Ariſt. 2. pol. 10.* duplicem pœnam illi dictent, unam propter ebrietatem, & alteram ob delictum perpetratum, *Dauth. in l. dictantibus ſub. n. 4. C. de teſtam. vide Gail. d. l. n. 26.* Quod alii non admiſerint: Et certè non admittendum, ſi E. inſigniter ebrius aliquem interfecerit, in eum ordinaria pœna ſtatui non poteſt. Quicunq; enim impetu & caſu quid facit, is idipſum non poteſt facere ex propoſito & dolo: hæc enim ſunt oppoſita, quæ non concurrunt, *l. duo de adminiſt. tut.* Atque ebrius dicitur delinquere impetu & caſu, *l. 11. §. 2. de pœn.* non ex propoſito & dolo, E. jam verò homicidium ex propoſito, deſtinata voluntate, & dolo malo commiſſum, tantùm punitur ex *L. Corn. de ſicar. l. 1. §. divus. l. lege. l. 1. qui cædem. ff. ad L. Corn. de ſicc. l. 1. C. d. t. Gail. d. l. 2. obſ. 110. n. 1. in pr.* cum pluribus ibi allegatis. At taliter ſe non habet, à noſtro ebrio commiſſum homicidium, ſed contrà, *d. l. 11. §. 2. Dambud. in pr. crim. c. 84. n. 29. Gail. d. l. n. 29. in f. E.* Nec eſt ſi dicas cum contrà ſentientibus, quaſi exinde pœna ordinaria plectendus ſit, quod homicidium culpa præceſſerit, & rei illicitæ is operam dederit,

 quo-

quoniam ſe enormiter & ad mentis alienationem uſq; ingurgitarit, *l. quoniam. C. ad L. Jul. de vi publ.* Eo ipſo enim firmatur ſentētia noſtra. Cùm enim ut obtineat pœna L. Corn. de ſic. ordinaria, præciſè requiratur dolus, *d. l. 1. C. d. l. 7. ff. d. t. Gail. d. n. 1. & Dd.* Ebrius autem enormiter tantùm in culpa ſit, (quo de tamen poſſet diſputari) ipſi eximunt eum à pœna ordinaria. Et hoc eſt, quod ait *Jul. Clar. lib. 5. §. fin. pr. crim. q. 60.* ebrietatem excuſare à dolo. ſed non à culpa, & ex hoc ipſo fundamento Dd. com. pœnam extraordinariam tali homicidæ ebrio adjudicant, *Jul. Clar. d. l. Gail. d. obſ. 110.* quomodo etiam didici Scabinos adjudicantes pœnam gladii homicidæ ebrio, ſolere illam clauſulā adjicere: *niſi adfuerit enormis ebrietas,* quæ homicidam rationis uſu privavit, *c. venter 35. diſtinct. & d. l. 11. §. 2. ac l. 6. l. 1. ſi menſor falſ. l. magna negligentia de V. S. l. 29. ff. mandati:* id enim regulariter veriſſimum: fallit verò in caſu L. Corn. & quando pœna corporalis infligenda, textus clarus *in d. l. 7. ff. ad L. Corn.: de ſic. Hyppolit: de Marſil: in lib. 1. c. ad L. Corn. de ſicc.* Nec etiam à recepta ſententia dimovebimur l. 32. depoſ: ubi lata culpa dicitur eſſe dolus. E. quemadmo-

Digitized by Google

admodum ex dolo naſcitur ordinaria pœnal.Corn: ſic etiam ex culpa. R. ibi etenim JCtus Nerva non de culpa lata, ſed latiori loquitur. Sunt ergò quatuor termini: & 2. de vero & genuino d. l. 32. dep. quæſtione ſeq. pluribus agam. Sed de hoc argumento pluribus egi, quàm volui: Et furioſus occidens quempiam ordinariè non punitur, textus clarus *in l. 12. ff. ad L. Corn. de ſiccar. l. 14. de officio Præſid: l. fin: in fin. ff. de adminiſtr. tut. ibiq; gloſſ:* At noſter ebrius ſimilis eſt furioſo, *dict. cap. venter diſtinct. 95. cap. ſanè 15. quæſtion. 1. Andreas Gail. dict. loc. Arnold: de Reyger in ſuo Theſauro.* E. Quin neſcio an quis erret, ſi ex *d. c. venter, & d. c. ſanè* colligat, quod in gradu ſummo ebrius non propriè & civiliter delinquat, ut ſc. jam factus ebrius quem occidat, & ideò civiliter etiam puniri non poſſit: Ubi enim non eſt propriè & civiliter transgreſſio, ibi nec civilis poteſt eſſe punitio. At hic non eſt propriè transgreſſio, hanc enim æſtimamus ex animo, *l. illud §. 1. ff. de injur. Vivius lib. 1. deciſ. 75. l. qui injuriæ ff. de furt. arg. l. ſi quis 52. §. 20. ff. d. t.* At nullus hic ſubeſt animus in tali ebrio: furioſi enim inſtar eſt, d. c. venter: Ebrietas enim mentis exilium induxit, *c. à crapula 14. extra de*

 vita

vitæ vel honeſtate. E. Nec eſt, ſi dicis, eum tamen homicidium commiſiſſe, & ideò deliquiſſe. R. Eſt quidem perpetratum homicidium, at non civiliter & juridicè. Tale enim non eſt abſque dolo, *d. l. 7. d. l. 1. Hyppol. de Marſil. in ſingulari ſuo 176.* incipit voluntas, *Gail: d. n. 1.* At noſter ebrius dolo caret, *d. l. 11. §. 2. d. l. 6. §. 7. d. c. venter d. c. ſanè d. c. à crapula Jul. Clar: d. l.* Quæ ergò ebrius enormiter facit contra ll. poſſunt dici malefacta naturaliter; at non vitia ſeu delicta civiliter & juridicè. Nec hiſce obſunt illa vulgaria: Quod damnum hic ſentiat ſua culpa, quod propriè damnum non eſt, *l. quod quis 203. de R. J.* nec iniquum ſit, ut quis ex ſuo delicto afficiatur incommodo, *l. nec is, ff. ſi quis omiſſa cauſ.* & allegans propriam turpitudinem non ſit audiẽdus. Hæc enim omnia & alia facilè tollere poteris, ſi cum Coraſ: diverſimodè ebrium conſideraveris. Si enim eum ſpectat, ut inebrietur, hactenus operam rei illicitæ dat, & eſt in culpa, & delinquit contra *legem Imperii latam in comitiis Auguſtanis, Anno 1500. Anno 1530. & Anno 1548. ſub t.* von Zutrincken/ & huc collimant argumenta omnia diſſentiem: quo de tamen non eſt quæſtio. Si autem ut jam inebriatum, jam illa

illa omnia fallunt, & de hoc quæritur in hac quæſt: An jam inebriatus quid contra ll. admittens, civiliter teneatur? id quod negatur: Illi enim abeſt uſus rationis, *d. c. à crapula, & d. c. venter.* E. & conſenſus & voluntas, ſine quibus non facile quis ad pœnam delicto à jure præſtitutam obligatur. Aliàs Dd. com: in hac quæſt: diſtinguunt inter ebrietatem & ebrioſitatem, ita ut illic ceſſet pœna ordinaria, non hic item, *Gail: d. obſ. 110. n. 27. cum ſeq.* in quam inquirere eſt forſan Leoni mortuo barbam vellicare. At ſi pace tantorum virorum liceret liberè philoſophari, dicerem etiam ebrioſum in ſummo gradu cædem perpetrantem non teneri pœna ordinaria Legis Cornel. de Siccar. nec enim d. l. 9. §. 2. diſtinguit: & cum hic inductum exilium mentis, *d. c. à crapula d. c. venter*, ceſſat quoque dolus, abſque quo non eſt locus pœnæ ordinariæ, *d. l. 1. C. d. l. 1. §. 3. ff. ad L. Cor. de ſicc.* interim libenter concedo, ebrioſum graviùs puniri poſſe ob ſæpius iteratam ebrietatem contra L. Imper: Scio enim iterantem ſæpiùs delicta cõtumaciter graviùs poſſe puniri, *l. 1. C. de ſuperexactoribus Fachin. 1. Con. 1. in fin.* quemadmodum non eo inficias, ſi quis ſciat, ſe eſſe nimis rixo-

ſum,& ſe ideò inebriet,quod velit prætextu ebrietatis aliquem interficere, quod ordinariè puniendus ſit, *Gail. d.obſerv. 110. n. 29. in medio*, ibi enim jam verus ſubeſt dolus: tantùm hoc volo etiam ebrioſum ob ſolam ebrioſitatem non etiam deliberato animo quem occidentem non ordinariè puniendum, ſi modò inductum ſit mentis exilium, *in d. c. à crapula & c. inebriaverunt Loth*, & inſtar furioſi nihil intelligat, quid agat: hîc enim, ut dixi, ceſſat dolus; ceſſat enim animus, *d. c. à crapula*, E. quo de forſan dies meliora docebit.

QVÆSTIO II.

Enodatio l. 32. Depoſiti.

HÆc *l. 32. Depoſiti*, cum graviter præcedenti quæſtioni obſtare videatur, & aliàs ad plurium earumq; intricatarum qq. diſcuſſionem nonnullam utilitatem conferre; paucula de ea liceat in medium proferre. Et certè illa lex eſt difficilis; unde non pauci eam corrigere voluerunt. At cum interpretis non ſit ll. corrigere, etiam ex majoritate rationis, *gl. in Auth. quas actiones C. de SS. Eccleſ. Curt. Junior. conſ. 6. n. 13.* illos non poſſum probare, hâc enim licentia interpretãdi admiſſa quidlibet ex quolibet

libet effingi poterit, *Weſ. ad §. fin. Inſt. de vulg. ſubſt.* Unde hanc licentiam *Anton. Contius in Epiſt. ad Lectorem in Cod.* rectè temerariam audaciam appellat. Rectius D. Auguſtinus: Poſtquam ll. latæ ſunt, non de illis judicare, ſed ſecundum illas oportet, *Moll. 1. ſemeſt. 37.* Retinebimus igitur verba *d. l. 32.* quæ ſunt, quod Nerva *(ut inquit Celſus d. l. 32.)* diceret latiorem culpam dolum eſſe, Proculo diſplicebat: mihi veriſſimum videtur: ζήτημα E. fuit an latior culpa dolus ſit, & ita dixit Nerva, quem ſequitur Celſus hic diſſentiente Proculo, *d. l. 32.* Hic reperiuntur quidam Dd. qui manum textui admovent. & voci (latiorem) leviorem ſubſtituunt: At peſſimè. Nec enim levis culpa dolus eſt, vel ei comparatur, ut de culpa lata legimus *in l. 1. §. 1. ſi menſor falſum l. 1. §. 2. ſi is qui teſtam.* quod tamen eſſet dicendum illa admiſſa correctione. Sic nec Celſi ratio in *d. l. 32.* annexa idem admittit: nam ſi quis non ad eum modum, quem hominum natura deſiderat, diligens ſit, ei tamen ad ſuum modum in depoſito curam præſtet, fraude non caret, ut legit communis lectio: Et ſic certè neceſſum legere, ſi contra Proculum, Reſponſum Nervæ, quod ſcilicet latior culpa

dolus ſit, cum Celſo diſceptando ſalvare velimus. Quomodo illi, qui & hîc textui manum inſerunt, & voculam non expungunt, ſic legentes, nam etſi quis non ad ſuum modum in depoſito curam præſtet, fraude caret, Celſo non ſatisfaciunt. Intentio enim Celſi in *d. l. 32.* eſt, quod Nerva JCt. rectè reſponderit latiorem culpam eſſe dolum. At quomodo illam probavit ſubjecta ratione, ſi legendum fraude caret. Negativè E. *d. l. 32.* legenda. Et ultima verba etiam illam correctionem diſſuadent. Nec enim ſalva fide minorem is, quàm ſuis rebus, diligentiam præſtabit, inquit in *f. d. l. Celſus.* quomodo rectè concludit Celſus, fraude non carere illum, qui in ſuis rebus admodum negligens, magis tamen negligens eſt in alienis. *Hactenus de lectione d. l. 32.* Paucis etiam attingamus mentem Celſi: Accurſius & cum eo bona pars Dd. reſponſum id de lata culpa interpretantur, & quod Celſus cum Nerva latam culpam dolum eſſe velit, intrepidè docent: latiorem quippe culpam & latam in re ipſa unum & idem eſſe profitentur, tantùm ea in ſono differre agnoſcentes. Neſcio tamen an Accurſius audiendus ſit? Et putem inter JCtos ſatis conſtitiſſe latam culpam do-

lam non eſſe, ut hîc nihil cauſæ fuerit JCtos ſummos de hac re dubitare. Et textus aliis id ſatis oſtendunt. Sic enim *in l. 9. ff. ad L. Corn. de ſicar.* lata culpa pro dolo accipitur *in l. 29. ff. mandati*, diſſoluta negligentia prope dolus eſt, & in *l. 1. §. 1. ſi menſor falſ. mod.* lata culpa dolo comparatur, ex quibus omnibus & aliis compluribus patet, ſatis abundè culpam latam non eſſe ipſum dolum. Equidem ut ſubindicem, quæ ſit intentio *Ulpian. in d. l. 29.* dicentis diſſolutam diligentiam prope dolum eſſe, & ejuſdem *in d. l. 1. §. 1.* eam dolo comparari ſic colligo. Nihil comparatur ſibi ipſi, ſed quicquid comparatur, comparatur aliquo modo à ſe diverſo: Metaph. & Log. communiter. Eſt enim omnis comparatio ſimilitudo: at nulla ſimilitudo infert identitatem, *Scalig. exercit. 37. ſect. 26.* quia ſimile non eſſet ſimile, niſi etiam eſſet diſſimile in aliis. Inde illa. Omne ſimile claudicat: omne ſimile diſſimile: omne ſimile currit quatuor pedibus, benè *Scalig. de Plant.* Metaph. vox non oſtendit rem ſimpliciter ſine concinnis. Quicquid ergò alicui comparatur id non eſt illud ipſum, cui comparatur, *Heſſelbein in ſua Theoria logica:* at jam in d. l. 1. §. 1. lata culpa dolo compa-

ratur

ratur, & in d. l. 29. eſt prope dolus, E. non eſt dolus ipſe, quod tamen intendit Celſus in d. l. 32. Ergò d. l. 32. de lata culpa exaudire non poſſumus, maximè cum lex hîc deficiat, quæ eam dolum eſſe dicat, abſque qua tamen nihil dicendum, *Nov. 18. c. 5.* hoc tamen Dd. cum Accurſio libenter concedo, quod lata culpa effectum doli habeat, (niſi forſan agatur de pœna corporis inflictiva, *d. l. 9. ff. de ſiccar: Hyppol. de Marſ. in d. l. 1. C. de ſicc. Lexicographi in vocabulo culpa & dolus)* & ob id etiam dolo comparetur, prope dolus ſit dd. ll. & eo ipſo evincitur, hanc l. 32. eos non rectè de lata culpa accipere, ut quæ non eſt ipſe dolus, ut hîc dicitur de culpa latiori, ſed prope dolus, d. l. 29. vel etiam illi comparatur, d. l. 1. §. 1. Non moveor, ſi cum Dd. excipias, non quidem in ll. noſtris reperiri, latam culpam dolum eſſe, interim tamen juris interpretatione ac ſententia legis benè etiam eam dolum dici poſſe. Hoc equidem poſſet dari, at interim non aſſequimur mentem Celſi JCt, ei enim lis eſt cum Proculo de reſponſo Nervæ, an hic JC. rectè docuerit, latiorem culpam dolum eſſe? Negabat id Proculus, non quaſi nec jurisfictione, vel legis interpretatione lata culpa dolus ſit,

deeo

de eo enim per *d. l. 1. §. 1. & d. l. 29.* conſtitit, ſed quod reipſa non ſit latior culpa dolus; id quod aſſerit Celſus ex eo, quod ſalva fide non minorem diligentiam iis rebus, quàm propriis adhibere poſſit, & quod exinde fraude non careat. Celſus E. videtur differentiam facere inter culpam latam & latiorem; hanc dolum ipſum eſſe aſſerens; illam verò non item. Et forte hæc duo differunt, ſi non maximè ſpecie, attamen qualitate: quomodo levem à leviſſima diſtare videmus. Et hic in nos non eris injurioſus, ſi ipſum Celſum hanc differentiam in d. l. 32. ſubindicare audiveris. Lata enim culpa, cum ſit non eſſe ad communem hominum naturam diligentem, Als wenn einer handelt wider das/ ſo allen Menſchen gemeiniglich bekant vnnd bekant ſeyn ſoll / oder wider ſein eigen Gewiſſenſchafft / *Arnold: de Reyger in ſuo Repertorio nomine culpa pag. 34. n. 634.* ei latior culpa erit, ſi in propriis rebus non ſit ad communem hominum naturã diligens, & nihilominus majori negligentia præſit rei depoſitæ. Et de tali non dubitem cum Celſo affirmare, quod fraude non careat, quod ſalva fide minorem diligentiam alienis rebus non adhibeat. Ex quib, facile intelligis, quid reſpondendum. Ob-

ject:

ratur, & in d. l. 29. eſt prope dolus, E. non eſt dolus ipſe, quod tamen intendit Celſus in d. l. 32. Ergò d. l. 32. de lata culpa exaudire non poſſumus, maximè cum lex hîc deficiat, quæ eam dolum eſſe dicat, abſque qua tamen nihil dicendum, *Nov. 18. c. 5.* hoc tamen Dd. cum Accurſio libenter concedo, quod lata culpa effectum doli habeat, (niſi forſan agatur de pœna corporis inflictiva, *d. l. 9. ff. de ſiccar: Hyppol. de Marſ. in d. l. 1. C. de ſicc. Lexicographi in vocabulo culpa & dolus)* & ob id etiam dolo comparetur, prope dolus ſit dd. ll. & eo ipſo evincitur, hanc l. 32. eos non rectè de lata culpa accipere, ut quæ non eſt ipſe dolus, ut hîc dicitur de culpa latiori, ſed prope dolus, d. l. 29. vel etiam illi comparatur, d. l. 1. §. 1. Non moveor, ſi cum Dd. excipias, non quidem in ll. noſtris reperiri, latam culpam dolum eſſe, interim tamen juris interpretatione ac ſententia legis benè etiam eam dolum dici poſſe. Hoc equidem poſſet dari, at interim non aſſequimur mentem Celſi JCt. ei enim lis eſt cum Proculo de reſponſo Nervæ, an hic JC. rectè docuerit, latiorem culpam dolum eſſe? Negabat id Proculus, non quaſi nec jurisfictione, vel legis interpretatione lata culpa dolus ſit,

de eo

de eo enim per *d. l. 1. §. 1. & d. l. 29.* conſtitit, ſed quod reipſa non ſit latior culpa dolus; id quod aſſerit Celſus ex eo, quod ſalva fide non minorem diligentiam iis rebus, quàm propriis adhibere poſſit, & quod exinde fraude non careat. Celſus E. videtur differentiam facere inter culpam latam & latiorem; hanc dolum ipſum eſſe aſſerens; illam verò non item. Et forte hæc duo differunt, ſi non maximè ſpecie, attamen qualitate: quomodo levem à leviſſima diſtare videmus. Et hic in nos non eris injurioſus, ſi ipſum Celſum hanc differentiam in d. l. 32. ſubindicare audiveris. Lata enim culpa, cum ſit non eſſe ad communem hominum naturam diligentem, Als wenn einer handelt wider das/ ſo allen Menſchen gemeiniglich bekant vnnd bekant ſeyn ſoll / oder wider ſein eigen Gewiſſenſchafft / *Arnold: de Reyger in ſuo Repertorio nomine culpa pag. 34. n. 634.* ei latior culpa erit, ſi in propriis rebus non ſit ad communem hominum naturâ diligens, & nihilominus majori negligentia præſit rei depoſitæ. Et de tali non dubitem cum Celſo affirmare, quòd fraude non careat, quod ſalva fide minorem diligentiam alienis rebus non adhibeat. Ex quib. facile intelligis, quid reſpondendum. Object:

ject. deſumpta ex *hac l. noſtra 32. in q. 1. mota:* & fallaciam committi interpretationis: hanc l. enim 32. exaudiunt de culpa lata manifeſtè, contra *l. 9. & d. l. 29. & d. l. 1. §. 1.* Cum tamen loquatur de latiori, & pro ſecundo exoriantur 4. termini, cum major prop. quæ in d. l. 32. loquatur de latiori culpa. minor v. de lata.

QVÆSTIO III.

An depoſitum ſit etiam rei immobilis?

NIhil minus Dd. com. admiſerint, quàm rei immobilis, id eſt, ſoli etiam depoſitum eſſe, at neſcio an non præ illis aliquid viderit *Dn. Gœdd.* etiam rei immobilis depoſitum eſſe docens ad *l. 110. n. 3. de V. S. & ad Rub. ext. de ſequeſt. n. 20. cum ſeq.* Equidem ſequeſtrum eſt rei immobilis, etiam *c. 1. c. 7. ext. de ſeq. poſſ. c. 2. ex. t. de dol. & contumac.* Atq; & ſequeſtrum eſt depoſitum, *l. 110. de V. S. l. 17. depoſ. Gœd. in Rub. de ſeq. poſſ.* E. etiam depoſitum quoddam erit rei immobilis, quemadmodum enim rectè colligo. Homo eſt rationalis. Homo eſt animal. E. quoddam animal eſt rationale, ita etiam rectè mea procedit collectio.

ctio. Nec eſt, ſi cum *Az. in ſum. Cod. depoſ. n.5. & Dd. com.* in hoc differre ſequeſtrum à depoſito aſſeras, quaſi ſcilicet ſequeſtrum ſit rei immobilis, *d. c.1. & 2.* non item etiam depoſitum hæc enim opinio, licet inveterata, *Gœd. de rub.* fallit tamen, quemadmodum eruditè deducit *Gœd. d. l.* & ego puto prius, fundamentum ſatis urgere, & diſſentientium exceptioné eſſe merã principii petitionem, id quod ad oculum ex ipſorum ſententia colligo. In genere enim eſt depoſitum contractus jurisgent. *l. 7. §. 1. de pact.* Bonæ fidei, *l. 1. §. 23. depoſ.* quo res gratis cuſtodienda alicui datur, *l. 1. depoſ.* Quicquid E. ad cuſtodiendum dari poteſt, ejus erit depoſitum, *d. l. 1. in pr. depoſ.* At etiam res immobiles poſſunt ad cuſtodiendum tradi, hoc eſt, dari, tex. *in l. 11. ff. de peric. & comm. re. vent.* E. & ubi eſt formale depoſiti, ibi ipſum depoſitum, at hac in re immobili habet locum formale depoſiti, quod eſt cuſtodia, *d. l. 1. Gœd. d. Rub. n. 19.* E. non urget ſi infers ex d. l. 1. quod à quo removeatur definitio, ab illo & definitum. Et v. jam depoſiti definitio in *d. l. 1. depoſ.* removeatur de rebus immob. Equidem hæ non poſſunt dari vel tradi. *Az. d. l.* cum inquit Accurſ. dare ſit rem de manu

in ma-

in manum transferre. At neſcio an hic verus Accur. Omnis quippe generis res corporales tradi poſſunt, §. *per traditionem de R. D. etiam prædia d.* §. *per trad.* quomodo cum rei immob. ſit cuſtodia, d.l.11.& etiam tradi poſſint, patebit illarum etiam depoſitum eſſe. Cui n. omnes partes definitionis competunt, ei etiam ipſa tota definitio. *Gœd. d. l.* Et ſi verbum datur, ſeu traditur naturaliter, ut vult *Acc. Az. Motz.* & alii accipiendum, ego concludam, nec etiam omnium rerum mobil. depoſitum eſſe poſſe: nec enim equum vel vaccam, vel portionem metalli immenſam mihi de manu in manum dederis, contra quam ipſi admiſerint, Generaliter E. illa vocabula ponere, dare, tradere, ſunt accipienda ita, ut idem ſignificent, quod cuſtodiæ alicujus committere, alicujus fidei cedere, & inde eſt, quod JCt. in *l. 24. depoſ:* ait deponere, quid aliud quam commendare. At verò & res immobilis poteſt alicujus fidei committi, latè *Gœd. de Rubr. n. 12.* E. ſic E. paucis. Cujuscunque rei eſt vel eſſe poteſt cuſtodia, ejus etiam eſt depoſitum, *l. 1. in pr. l. 24. depoſiti.* At & rei immobilis eſt cuſtodia, *d. l. 11. Gœd. d. l.* E. ſic etiam toto die videmus bonos patresfamiliàs aliquãtulùm diſce-

diſcedentes, ſuis vicinis & amicis ædes ſuas commendare ſolere, his verbis, Sie ſollen/ weil er abweſend iſt/ zu ſeinem Hauſe ſehen. Nec obeſt, ſi dicas, illam cuſtodiam parùm proficere contra vim, qua noceri poteſt rei immobili. Hoc enim, ſi eſt concludens argumentum, ego eodem modo nec rei mobilis depoſitum eſſe poſſe concludam, cum & contra vim illis illa tâ nihil prodeſſe poſſit cuſtodia, quód ipſi tamen non concesſerint: & deinde, ut maximè non proſit contra vim, tamen ne aliis modis deteriorentur, prodeſt, *Gædd. d. n. 12. p. (mihi) 18.* illud argumentum jejunum, cum dicunt, nullam legem eſſe, quæ dicat, etiam rei immobilis depoſitum eſſe, & ejus etiam in Jure noſtro non dari exemplum: Diſcant enim ſe hactenus argumentari ab authoritate negativè, quod ludicrum in humanis, & *l. 2. §. 16. C. de vet. jur. enucl.* hanc conſequentiam in conſequentem facile eſſe oſtendit. 2. Sufficiat nullam eſſe etiam, quæ prohibeat, quomodo ſumus pares. Tertiò nec rei commodatæ immobilis exemplum dederis, quæ tamen poteſt commodari, *l. 1. commodati.* 4. ſequeſtrum depoſitum eſt rei immobilis, *d. c. 1. & c. 2. &* pro 5. ſufficiat ipſum formale de-

le depoſiti, quod cuſtodia, *Gædd. d. n. 14.* etiam in rem immobilem cadere.

QVÆSTIO IV.

Quid ſi depoſita pecunia, ut ſi volet depoſitarius, ea utatur, an maneat depoſitum? conciliatio l. 24. l. 25. l. 26. §. 1. de poſi. & l. 9. §. f. de R. C.

HIc certè non exigua difficultas propter diverſas leges, & planè pugnantes. Et in hac materia non tantùm JCti diverſi diverſimodè loquuntur, ſed unus etiam ſibi non ſemper conſtat, ut ſic hîc etiam ſuus Rex Reginæ placeat, & ſua cuiq; ſponſa ſponſo, *Plautus in Sticho.* Depoſiti natura eſt, ut res depoſita, eadem, quotiescunque deponens repoſcat, reſtituatur, *l. 1. §. 4. §. 22. & l. pen. ff. depoſ. l. 24. d. t. l. 3. §. 1. ff. Naut. caup. ſtab. Pac. ad Rubricam C. de poſſ.* qua non obſtante, contrahentes agere poſſunt, ut non idem, ſed tantundem reddatur, adeò, ut depoſitarius pacto de præſtandis uſuris pro uſu pecuniæ depoſitæ cavere

vere debeat etiam, *l. 25. §. 1. 26. §. 11. ff. d. t.* ſemper ſiquidem videndum, quid actum eſt, *l. ſemper 34. de R. J.* & parum quoq; intereſt, an ſuos nummos in ſpecie an verò in genere, & tantundem accipiat, cum ſemper idem præſtetur: Et ſic ſibi *Paulus in d. l. 26. §. 1. & Papin. d. l. 25. depoſiti.* benè conſtant. Tantum in l. 24. Papinianus videtur dubitare de hujus rei veritate: At ſi penitius inſpiciamus, eam, nec ſibi, nec Paulo contradicit. Et quidem facilis eſt Papin. in d. l. 24 eum actum uſuras præſtari pro uſu depoſiti, ſi modò idem reddatur: difficilior eſt, quando non tantùm hoc actum ut uſuræ pro depoſiti uſu dentur, ſed etiam, ut non idem, ſed tantundem reddatur, nam inquit Papinianus, ſi ut tantundem ſolveretur, convenit, egreditur ea res notiſſimos depoſiti terminos Et non immeritò. Natura enim depoſiti eſt, ut idem præſtetur, & in hoc diſtiſtinguitur etiam ab aliis contractibus; quomodo ſi convenit, ut tantundem, & ſic aliud reddatur, egredimur certè naturam depoſiti: At ut ut ſit, non diſſentit tamen Papinianus à ſeipſo, *in l. ſubſequent. vel Paulo in dict. l. 25. §. 1.* ſed re in utramque partem attentè conſiderata tandem con-

cludit legem contractus ſervandam; ſubindicans manere dopoſitum, ita tamen, ut aliquo modo à natura ejus, recedatur. Et non, ut Papinianus dicit, tale depoſitum egredi notiſſimos terminos depoſiti, hoc eſt, quodammodo quid contra naturam depoſiti fieri, ſtatuit hîc aliud negotium fieri, & à depoſito recedi: Sic n. & *Paul. in d. l. 26. §. 1.* dicit, modum depoſiti excedi, & nihilominus tamen uſuras actione depoſiti peti poſſe: quomodo neceſſariò Paulus docet ibi eſſe depoſitum, ut maximè uſuræ præſtentur pro pecuniæ uſu, cum nullibi depoſiti actio, niſi ubi depoſitum: Eſt tamẽ ejuſmodi depoſitum, cujus natura eſt quodammodo ex intentione contrahentium refracta & caſtigata. Nec eſt, ut urgeas *Papin. in d. 24. §. 1.* negare depoſiti actione uſuras peti poſſe, & ſic etiam depoſitum ibi manere; tantùm ex hypotheſi enim ſecum diſputat, quod ſc. ſi doceatur in tali depoſito non ſubeſſe depoſiti actionẽ, nec etiam uſuræ peti poſſint; negatâ enim depoſiti actione, ac ita bonæ fidei actione non uſuræ peti poſſunt, quod fiet, aliud ſi negotiũ ſc. mutuum contractum eſſe dicamus, nec n. tantundẽ ibi præſtat officium arbitrii quãtum ſtipulatio, *arg. d. l. 24.* Cum E. tandem

con-

concludat Pap.uſuras præſtandas,& legem contractus ſervandam manifeſtè & ſecum, *in d.l.25.& cum Paul.in d.l. 26.§.1.* Conſentit ſc. in noſtro caſu depoſitum eſſe ex intentione contrahentium, ut maximè modus depoſiti excedatur, *d. l. 26. §. 1.* vel notiſſimos ejus terminos egrediamur. Sic hæc omnia facilè intelliges, ſi attenderis in mutuo idem fieri: nam & ejus natura eſt, ut quantitas,non in ſpecie,ſed genere tantùm; h.e. non idem, ſed tantundem reddatur, *in pr.quib.mod.re cont. obl. l.2.ff.de reb.cr.* & tamen eſt mutuum, ſi cōtra communem naturam mutui non tantundem, ſed idē reddatur, *Vig. ad l. 22. in pr. d. t.Don. ad d.l.n.5.* magis obſtare videtur *l. 9. §. f. ff.de reb.cr.* ubi manifeſtè negatur eſſe depoſitū, datur enim ibi non actio depoſiti, ſed condictio. Hot.alibi ait JC. ſibi non conſtitiſſe; & ſic videtur admittere Antinomiam: at id non forſan admittendum. Et certè hîc nulla pugna. Eſt n. *in d.l.9.§.f.*mutuum quia partes in initio contractus manifeſtè convenerant,ut pecunia illa, ut mutua uteretur: quomodo rectè is contractus eſt,quem cōventio contrahentium voluit.In ſuperioribus a. ll. non voluerunt recedere à depoſito,ſed id permanere,ut maximè ejus termini,vel modus excedatur, *d.l.24.& d.l.26.§.1.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

depoſ. Res E. hic omnis componenda & æſtimanda ex intentione contrahentium, *l. ſemper 30. de R. J.* Et hæc quidem ita veriſſima ubi nobis conſtat de mente & voluntate contrahentium. Quid v. ſi non conſtat, an mutuum vel depoſitum contrahere voluerint, & tamen uſus pecuniæ ſit conceſſus? Et poſt Accurſ.cum Pac.*in l.3.n.9.C.depoſ.*pro mutuo concluderem ex eo, quod in dubio præſumamus pro naturalibus rei: At verò hic naturalia mutui ſc. uſus. E. Et ſecundo actus dubii, quorum natura videtur eadem, ex ſignis dignoſcuntur, ſic teſtamenta & codicilli per ſigna diſcernuntur, *l. Illud.§.tractari de j.codic.l.nõ codic.C.de teſt.* At hic ſignum mutui ſc. uſus rei, & quia nõ idem, ſed tantundẽ reſtituitur. E. aliud volunt *Pet. & Cyn. ad l. incendium*, docentes depoſitum eſſe contractum, at forſan malè.

QVÆSTIO V.

An Advocatus licitè ad decipiendum ſuum adverſarium poßit uti fallaciis & deceptionibus?

ET in hac quæſtione varii ſunt Dd. quẽadmodum apud diverſos autores videre eſt,

re eſt, ita ut hic tot ferè videantur eſſe ſententiæ, quot capita. Alii indiſtinctè concedunt procuratorem uti poſſe fallaciis & cavillationibus: Alii indiſtinctè negant. Alii diſtinguunt inter cavillationes, an in omittendo, an in committendo conſiſtant. Alii an hic lis abbrevietur, an verò protrahatur, q. ſemper liti abbreviandæ debeamus ſtudere, *l.5.§. quod ante, C. de poſtul.* De facto videris certè Advocatos nonnullos indiſtinctè uti deceptionibus, nihil curantes, an cauſam bonam, an malam foveant, an lites abbrevientur, an verò protrahantur, qui cũ ll. & eruditione ſe non poſſe fieri victores credant, fallaciis & calliditate tales eſſe conantur; at hoc nos non conſideramus: de jure E. videbimus. Dicimus E. Advocatum in cauſa bona benè poſſe uti fallaciis & calliditate; pro qua ſententia eſt textus clarus in *c. Dominus noſter 23.q.2.l.1.§.3 ff. de dolo mal.* Et ita tradunt vulgò Dd. *per d. c. Dom. noſt. Mynſ. 3. obſ. 6. Can. de pact. c. 23.* Quod tamẽ rectè reſtringunt *Pac.1.d.prob. Cagn. in l.66. n.12. de R. J.* & alii complures, ſi ſcilicet utantur abſq; mendacio & perjurio. Illas ergò cavillationes & deceptiones admittunt Dd. in bona cauſa, quæ ſunt abſq; præjudicio tertii, & morſu propriæ

 con-

conſcientiæ. Quomodo ſi adverſarius me conveniat, quod ex emto ei debeam 1000. pro fundo Corneliano, quæ tamẽ ei ſolverim, non poſſum abſq; morſu conſcientiæ ei reſpondere, imò me non emiſſe fundum. Cum n. emtio verè interceſſerit (quem caſum jam præſuppono) eum ſi negem, conſcientiæ meæ contradico, ut maximè ſolverim. Hactenus E. deceptio illa illicita. Quod ſi autem intendet me illi 100. ex emto debere, quæ tamen jam ſolverim diu, puta ita poſuiſſe eum: War das Gegener mir 100. Floren ſchuldig wegen des verkaufften Guts zu N. Ibi ſi ſimpliciter reſpondeo, me ei nihil debere, rectè facio, abſq; omni cõſcientiæ meæ morſu. Equidem cum ſolverim, ceſſat debitum, ceſſat quoq; contractus, *l. 54. ff. de ſol. Vult. in pr. Inſt. quib. mod. toll. obl. n. 4. & Dd. com. d. pr.* quomodo abſq; omni mendatio dico, me ei nihil debere ex emto. Quomodo per reſtrictionem *Pac. & Cagn. d. l.* excludimus omnem falſitatem: nec enim abſque inſigni mendacio & conſcientiæ læſiõne vehementi aliquis pro veris falſiſſima in actis proferre poteſt. Et juramentum calumniæ, quod & Dd. alii ab aliis præſtari volunt, *per l. 2. C. de juri. propter calum. Gothofr. ad l. 13. §. 13. de damn. infect.*

ac ve-

ac veriſſimum agnoſcunt, ſi mandatum habeant ſpeciale, *c. ult. de Jur. calum. Gail. 10. obſer. 83. n. 2. Vaſq. illuſtr. qq. con. 25. n. 19*, advocatis ſuadet. Eadem etiam excludimus, ſi lis protelatur, vel etiam majores ſumptus ſunt faciendi, ut cautum etiam *p. 1. ord. Cam. c. 23. §.* Es ſoll *2. §.* Vnd dieweil *5. & 6. §. item* Als *& §. ult. d. p. 1. c. 23.* ubi omnes protelationes & frivolæ exceptiones rejiciuntur: quomodo etiam maledicta, quibus his maximè noſtris temporibus lites creſcunt, ubi ob unicum duriuſculum verbulum ſolet inſtitui actio injuriarum, in maximum partium præjudicium excludimus, idq; ſerio conſtitutum, *d. c. 23. p. 1. ord. Cam. §. 1.* Vnd ſollen ſonſt Erbarkeit vor Gericht / vermög ihrer Pflicht / ſich gebrauchen / vnd ſich vnzüchtiger Geberden / Wort vnd Handlung enthalten / *ut & §. 2.* vom Schimpfieren *d. c. 23. p. 1.* In mala cauſa Dd. non admittunt Advocatum uti fallaciis. Et quidem cum cognita cauſæ qualitate mala, in ea non debeat advocare, l. 14. §. 1. C. de judiciis & ab ea etiam abſtinere certamine procedente, ſi tale quid ei cognitum, *dict. l. 14. §. 1. ver. ſed etſi*, ſententia illa non videtur eſſe ſine colore. Quomodo videmus, qua conſcientia & re-

ligione præditi ſint illi Advocati, qui cauſam, quam ſciunt improbam, vel penitus deſperatam,& ex mendacibus allegationibus compoſitam, ſuſcipiunt, non quidem, ut vincant, ſed ut ſuis frivolis exceptionibus ac in inutilibus expenſis adverſarium ad tranſactionem adigant, contra quam illi jurarunt, *d. l. 14. §. 1. d. l. 2. Gail. d. l.* Si ullibi verum illud Hoſtienſis, quod pergens contra conſcientiam ad gehennam ædificet, certè in his non fallet.

QVÆSTIO VI.

An, ut homicida, puniendus eſt is, qui in certamine ita læſit quempiam, in ambobus teſticulis, ut inutilis ſit omni generationi?

IN pugnando ſcio quosdam adeò eſſe agiles, & bene informatos, ut quamcunq; partem corporis adverſarii pungere velint, illam poſſint: quæritur ergò, ſi alicujus teſticuli ambo gladio transfigantur, ut homo deſperet de futura poſteritate, quid juris? Hîc verò non quæro, an hic, ut homicida,

cida,

Digitized by Google

cida, ſit puniendus, geminos teſticulos alicujus lædens, cum extinguitur ſic vulneratus, id quod ſæpiſſimè contingere ſolet, ita ut ex multis vix pauci evadant incolumes, *N.142. in pr.* id enim ſatis expeditum, *ex tr. ff. & C. ad Leg. Corn. de ſiccar. Ord. crim. Car. V. art. 137. Landr. lib. 2. art. 13. Geneſ. 9. Levit. 24.* ſed hoc volo; an quando ex vulnere illo ſalvus evadit, amittit tamen virilitatem & ſpem ſuſcipiendæ prolis, lædens ſit homicida: Et hoc negatur: Tantum enim, qui hominem doſo malo occidit, ex L. Corn. de ſiccar. punitur, *l. 1. C. & l. 1. ff. ad L. Corn. de ſicc.* At hic nullus occiſus homo: ſperabatur enim proles. E. nec obeſt, ſi dicis, illum adimendo virilitatem homicidium quaſi futuræ prolis committere. Nam, ut dictum, cum ibi nulla proles ſit, quomodo poteſt occidi. 2. neg. conſequẽs. *propter l. 38. §. qui abortionis ff. de pœn.* ibi enim occidens fœtum inanimatum non punitur ordinariè. E. nec tollens ſpem fœtus: cum illud longè majus ſit, quàm hoc: Argumento horum commode hic inſuper quæri poteſt: An is partus adulterinus ſit, qui naſcitur juſto tempore poſt inflictum vulnus in genitalibus? ut melius h. q. intelligi poſſit, pono caſum: Titius nobilis conferit

ſerit manus cum Cajo, ac in teſticulis læditur, ac poſtquam ex illo vulnere convaluit, poſt aliquot menſes, illo mortuo uxor tempore jacentis hæreditatis filium enixa eſt. Quæritur an pro legitimo ſit habẽdus? Hic v. ante omnia notandum, an teſtes habeant vim σπερματοποιητικὴν? Et quidem Ariſtoteli cum Medicis non convenit. Is *Lib. 3. de hiſtor. animal. c. 1. & lib. 1. de gener. animal. c. 4.* eis illam denegat. At rectius Medici, quos cum aliàs in qq. medicis ſequantur JCti, *l. 12. de ſtatu hom. l. 3. §. fin. ff. de ſuis & legit. l. Gallus ff. de lib. & poſth.* & rectè nos illos jam ſequimur. Tradunt verò, quod habeant illam vim: exinde quod exempti vel refrigerati ſterilitas ſubſequatur, & ad ἀυλοψίαν etiam provocant. Quo præ ſuppoſito, puto referre, an gemini teſticuli ſint transfixi, & hos generare non poſſe dixerim ob inductam frigiditatem: ut maximè enim ἀγγεῖα σπερματικὰ καὶ παρασκευαστικὰ, venæ ſc. & arteriæ ſeminales præparantes ſemen ſint illæſæ, læſis tameu teſtibus, ut partibus ſemen excoquentibus & conficientibus, ſemen ullum vel ſaltem fœcundum fieri per naturam non poteſt, quomodo partus ex hujus uxore natus 17. vel 18. menſe poſt acceptum vulnus non

erit

erit legitimus: Si autem unus tantùm eſt transfixus, ibi natum ab ejus uxore pro legitimo haberem, unusquiſque enim teſticulus in ſe eſt perfectus, & habet illam vim σπερματοποιητικὴν, quomodo læſo uno, alter nihilominus erit in officio, quemadmodum in omnibus membris geminis fieri tradunt Anatomici, ob majorem enim ſecuritatem quædam facta gemina. Et ſic hoc poſteriore caſu pro nato ex patre vulnerato in uno teſticulo agnatis, non volentibus eum admittere ad ſucceſſionem feudi, & eum ſpurium eſſe dicentibus, hic deciſum fuiſſe, à meis Præceptoribus didici.

QVÆSTIO VII.

An αὐτοχειρία licita?

ITa cuidam video placere: at neſcio an fundamento ſatis ſolido: Conferendum ergò: Quicquid pugnat cum natura, cum ſui ipſius charitate, cum pietate, jure divino, bonis moribus, ſalute Reipublicæ, id non poteſt dici licitum. At verò αὐτοχειρία pugnat cum natura: Omne quippe Ens cupit perfici, appetit ſui eſſe: cum ſui ipſius charitate, ut quæ incipit à ſeipſa, cum pietate & jure divino, quod vult, ut ſimus in adver-

adverſis patientes, & non occidamus: Salute Reipublicæ, cujus intereſt, multos eosq; bonos habere cives, &c. E. Contra quæ excipit ſe hæc omnia larga largiri manu,& tantum velle, quod jure civili ſit permiſſa. At etiam de hoc videbimus illis miſſis. Sic ergò. Quicquid ſit jure civili permittente non punitur, *l. 4. C. ad l. Jul. de adult.* Atque αὐτόχειρ jure civili punitur. E. nam ſi metu criminis quis ſe interimat, ejus bona publicantur, *l. 3. §. 3. §. 5. §. 6. de bon. eorum, qui ante ſent. l. 6. §. 7. de re milit. l. 45. §. ejus 3. de jure fiſci.* Si verò tædio vitæ vel dolore, privatur ſepultura, *Decian. 6. pract. crim. 40. n. 49. Heig. 2. q. 36. n. 64.* fiunt infames. *l. liberorum §. 3. de his, quæ not. infam. d. l. 6. §. 7.* Hic alia tacens *add. l. 6. §. 7. de re milit.* id in ea ſpeciale eſſe replicabat, quaſi in militibus multa ſint ſingularia, at 1. rationem ſpecialitatis non audivi, 2. dico cum Accurſ. in verbo filium, *in l. filium 24. C. fam. erc.* miſerorum eſſe refugium, ſi ll. conciliaturi reſpondeamus hoc eſſe in *h. l. ſpeciale*, 3. ſi id non permittitur militibus in multis privilegiatis, quibus aliàs permiſſum, iura ignorare, *l. 9. de j. & f. ignor.* multò minus paganis, qui non privilegiati, & 4. adjungat *d. l. 3. §. 3. & præcedent.* ubi vera ratio

ratio habetur edicti D. Hadriani d. l. 6. §. 7. Tandem refugium eſt in *l. 9. §. 7. ff. de pecul.* quæ lex tota videtur illam ſententiam fovere. At non eſt, ut ea moveamur, nam d. l. 9. §. 7. eſt incerta & diſputabilis, quomodo certi quid ex ea decidi non poteſt, Dd. com. Ne excipias d. l. 9. tibi eſſe certam: pro 2. dico, in d. l. 9. §. 7. haberi factum, quod ſc. naturaliter 1. de facto liceat ſævire in ſuum corpus ſervis, de modo verò quomodo liceat, an jure, an injuria, ibi nihil haberi, eum tamen eſſe *in d. l. 6. §. 7. de re mil. & l. 3. §. 3. & 6. de bon. eorum, qui ante ſent. & 3. d. l. 9.* agit de ſervis, à quibus ad liberos homines non benè procedes. Argumentum à contrario ſenſu ex præcepto ſecundo juris noſtri ſumptum, cum ſit invalidum, ſciens ſilentio prætereo: Inſuper dicit, quemadmodum licet ſuum donare, perdere, quemadmodum licitus concubitus, incandatio, quæ tamen Canones rejiciunt, ſic etiam αὐλοχειρία de jure civili erit licita, licet ll. divinis & naturalibus prohibeatur. At non ſequitur concubitus licitus. Ergò etiam αὐλοχειρία, ſunt n. diverſa. Et deinde permiſſus concubitus, ut evitaretur majus malum, quæ ratio ceſſat in αὐλοχειρία. 3. de jure civili concubitus pœnam non meretur,

cum

obſervanda, *l. 27. §. 4. l. 38. l. 7. §. 17. ff. de pact. d. l. 2. de juſt. & jur.* Nam nihil promiſit filius contra pietatem & bonos mores, quando ſecundum tenorem *dict. c. unic. de nov. for. fidel.* juravit dominum juvare contra omnem hominem, etiam contra patrem, *d. c. unic. §. fin. hic finitur lex.* Etenim in bona & juſta cauſa eum juvare juravit, *c. un. de for. fidel. 2. feud. 6. d. c. un. 2. feud. 7.* voce honeſtum & voce jurare: nec enim juramentum contra bonos mores eſt obligatorium, *c. non eſt de R. J. l. 5. C. de LL.* qua in ſi pater temerè dominum vaſalli filii oppugnet, jure domino contra patrem vigore juramenti & fidelitatis adeſt, *d. c. unic. 2. feud. 6. & 7. & cap. unic. hic finitur lex.* Nec audiri poteſt pater excipiens, quaſi filius ſe oppugnando, ſuſq; deq; habeat pietatem & obedientiam ſibi jure debitam, *l. 2. de juſt. & jur. d. l. 4. de curat. fur.* Cum n. iniquè oppugnando dominum peccet contra jus gentium, *arg. l. 3. de juſt. & jur. tt. de vi & vi arm.* patet illum fruſtra implorare illius juris auxilium, *l. auxilium in f. ff. de min. l. fin. §. ſi verò C. de Jur. delib.*

QUÆ-

QVÆSTIO IX.

An Αἱμαλόδειξις *probat occiſorem?*

HIc plura quæruntur, ſc. an ob erumpentem ſanguinem ex vulnere occiſi occiſore præſente, judex ad condemnationem procedere poſſit? & deinde ſi non ad condemnationem an non ad torturam? Et in cauſis criminalibus cum probationes luce meridiana clariores requirantur, *l.fin. C. de probat. l. qui ſententiam C. de pœn. l. ſinguli C. de Accuſ. Gail. de pac. publ. c. 15. n. 7. & ſeq.* ob ſolam αἱμαλόδειξιν numquam veniendum ad condemnationem. Sed an non ad torturam? Ita viſum eſt *Boerio deciſ. 166. n. 6. König in proceſſ. cap. 2. in addit. n. 12.* & ita Venetiis practicatum fuiſſe, refert *Boer. d. l.* at aliud *Maſcard. de prob. volum. 1. conc. 867. Gomez. Tom. 3. var. reſol. c. 13. n. 16.* quod etiã verius. Et certe ipſi chirurgi, periti hac in re artifices, quib. aliàs in arte ſua creditur, *Br. in l. 1. §. 1. de vent inſpic. Soc. reg. 294.* ubi habet limitat: αἱμαλόδειξιν pro nulla vel admodum frivola & jejuna habent homicidæ probatione, & recte. Cum enim cruoris curſus ex occiſſo contingere

conſcientiæ. Quomodo ſi adverſarius me conveniat, quod ex emto ei debeam 1000. pro fundo Corneliano, quæ tamē ei ſolverim, non poſſum abſq; morſu conſcientiæ ei reſpondere, imò me non emiſſe fundum. Cum n. emtio verè intercesſerit (quem caſum jam præſuppono) eum ſi negem, conſcientiæ meæ contradico, ut maximè ſolverim. Hactenꝰ E. deceptio illa illicita. Quod ſi autem intendet me illi 100. ex emto debere, quæ tamen jam ſolverim diu, puta ita poſuiſſe eum: War das Gegener mir 100. Floren ſchuldig wegen des verkaufften Guts zu N. Ibi ſi ſimpliciter reſpondeo, me ei nihil debere, rectè facio, abſq; omni cōſcientiæ meæ morſu. Equidem cum ſolverim, ceſſat debitum, ceſſat quoq; contractus, *l. 54. ff. de ſol. Vult. in pr. Inſt. quib. mod. toll. obl. n. 4. & Dd. com. d. pr.* quomodo abſq; omni mendatio dico, me ei nihil debere ex emto. Quomodo per reſtrictionem *Pac. & Cagn. d. l.* excludimus omnem falſitatem: nec enim abſque inſigni mendacio & conſcientiæ læſione vehementi aliquis pro veris falſiſſima in actis proferre poteſt. Et juramentum calumniæ, quod & Dd. alii ab aliis pręſtari volunt, ***per l. 2. C. de juri. propter calum. Gothofr. ad l. 13. §. 13. de damn. infect.***

ac ve-

ac veriſſimum agnoſcunt, ſi mandatum habeant ſpeciale, *c. ult. de Jur. calum. Gail. 10. obſer. 83. n. 2. Vaſq. illuſtr. qq. con. 25. n. 19*, advocatis ſuadet. Eadem etiam excludimus, ſi lis protelatur, vel eti[illegible] majores ſumptus ſunt faciendi, ut cautum etiam *p. 1. ord. Cam. c. 23.* §. Es ſoll *2.* §. Vnd dieweil *5. & 6.* §. *item* Als *&* §. *ult. d. p. 1. c. 23.* ubi omnes protelationes & frivolæ exceptiones rejiciuntur: quomodo etiam maledicta, quibus his maximè noſtris temporibus lites creſcunt, ubi ob unicum duriuſculum verbulum ſolet inſtitui actio injuriarum, in maximum partium præjudicium excludimus, idq; ſerio conſtitutum, *d. c. 23. p. 1. ord. Cam.* §. *1.* Vnd ſollen ſonſt Erbarkeit vor Gericht / vermög ihrer Pflicht / ſich gebrauchen / vnd ſich vnzüchtiger Geberden / Wort vnd Handlung enthalten / *ut &* §. *2.* vom Schimpfieren *d. c. 23. p. 1.* In mala cauſa Dd. non admittunt Advocatum uti fallaciis. Et quidem cum cognita cauſæ qualitate mala, in ea non debeat advocare, l. 14. §. 1. C. de judiciis & ab ea etiam abſtinere certamine procedente, ſi tale quid ei cognitum, *dict. l. 14.* §. *1. ver. ſed etſi*, ſententia illa non videtur eſſe ſine colore. Quomodo videmus, qua conſcientia & re-

ligione præditi ſint illi Advocati, qui cauſam, quam ſciunt improbam, vel penitus deſperatam,& ex mendacibus allegationibus compoſitam, ſuſcipiunt, non quidem, ut vincant, ſed ut ſuis frivolis exceptionibus ac in inutilibus expenſis adverſarium ad tranſactionem adigant, contra quam illi jurarunt, *d. l. 14. §. 1. d. l. 2. Gail. d. l.* Si ullibi verum illud Hoſtienſis, quod pergens contra conſcientiam ad gehennam ædificet, certè in his non fallet.

QVÆSTIO VI.

An, ut homicida, puniendus eſt is, qui in certamine ita læſit quempiam, in ambobus teſticulis, ut inutilis ſit omni generationi?

IN pugnando ſcio quoſdam adeò eſſe agiles, & bene informatos, ut quamcunq; partem corporis adverſarii pungere velint, illam poſſint: quæritur ergò, ſi alicujus teſticuli ambo gladio transfigantur, ut homo deſperet de futura poſteritate, quid juris? Hîc verò non quæro, an hic, ut homi-

cida,

cida, ſit puniendus, geminos teſticulos alicujus lædens, cum extinguitur ſic vulneratus, id quod ſæpiſſimè contingere ſolet, ita ut ex multis vix pauci evadant incolumes, *N.142. in pr.* id enim ſatis expeditum, *ex tr. ff. & C. ad Leg. Corn. de ſiccar. Ord. crim. Car. V. art. 137. Landr. lib. 2. art. 13. Geneſ. 9. Levit. 24.* ſed hoc volo; an quando ex vulnere illo ſalvus evadit, amittit tamen virilitatem & ſpem ſuſcipiendæ prolis, lædens ſit homicida: Et hoc negatur: Tantum enim, qui hominem doſo malo occidit, ex L. Corn. de ſiccar. punitur, *l. 1. C. & l. 1. ff. ad L. Corn. de ſicc.* At hic nullus occiſus homo: ſperabatur enim proles. E. nec obeſt, ſi dicis, illum adimendo virilitatem homicidium quaſi futuræ prolis committere. Nam, ut dictum, cum ibi nulla proles ſit, quomodo poteſt occidi. 2. neg. conſequẽs. *propter l. 38. §. qui abortionis ff. de pœn.* ibi enim occidens fœtum inanimatum non punitur ordinariè. E. nec tollens ſpem fœtus: cum illud longè majus ſit, quàm hoc: Argumento horum commode hic inſuper quæri poteſt: An is partus adulterinus ſit, qui naſcitur juſto tempore poſt inflictum vulnus in genitalibus? ut melius h. q. intelligi poſſit, pono caſum: Titius nobilis con-

ſerit

ſerit manus cum Cajo, ac in teſticulis læditur, ac poſtquam ex illo vulnere convaluit, poſt aliquot menſes, illo mortuo uxor tempore jacentis hæreditatis filium enixa eſt. Quæritur an pro legitimo ſit habẽdus? Hic v. ante omnia notandum, an teſtes habeant vim σπερματοποιητικήν? Et quidem Ariſtoteli cum Medicis non convenit. Is *Lib. 3. de hiſtor. animal. c. 1. & lib. 1. de gener. animal. c. 4.* eis illam denegat. At rectius Medici, quos cum aliàs in qq. medicis ſequantur JCti, *l. 12. de ſtatu hom. l. 3. §. fin. ff. de ſuis & legit. l. Gallus ff. de lib. & poſth.* & rectè nos illos jam ſequimur. Tradunt verò, quod habeant illam vim: exinde quod exempti vel refrigerati ſterilitas ſubſequatur, & ad ἀνδροφίαν etiam provocant. Quo præſuppoſito, puto referre, an gemini teſticuli ſint transfixi, & hos generare non poſſe dixerim ob inductam frigiditatem: ut maximè enim ἀγγεῖα σπερματικὰ καὶ παρασκευαστικὰ, venæ ſc. & arteriæ ſeminales præparantes ſemen ſint illæſæ, læſis tameu teſtibus, ut partibus ſemen excoquentibus & conficientibus, ſemen ullum vel ſaltem fœcundum fieri per naturam non poteſt, quomodo partus ex hujus uxore natus 17. vel 18. menſe poſt acceptum vulnus non

erit

erit legitimus; Si autem unus tantùm eſt transfixus, ibi natum ab ejus uxore pro legitimo haberem, unusquisque enim teſticulus in ſe eſt perfectus, & habet illam vim σπερματοποιητικὴν, quomodo læſo uno, alter nihilominus erit in officio, quemadmodum in omnibus membris geminis fieri tradunt Anatomici, ob majorem enim ſecuritatem quædam facta gemina. Et ſic hoc poſteriore caſu pro nato ex patre vulnerato in uno teſticulo agnatis, non volentibus eum admittere ad ſucceſſionem feudi, & eum ſpurium eſſe dicentibus, hîc deciſum fuiſſe, à meis Præceptoribus didici.

QVÆSTIO VII.

An αὐτοχειρία licita?

ITa cuidam video placere: at neſcio an fundamento ſatis ſolido: Conferendum ergò: Quicquid pugnat cum natura, cum ſui ipſius charitate, cum pietate, jure divino, bonis moribus, ſalute Reipublicæ, id non poteſt dici licitum. At verò αὐτοχειρία pugnat cum natura: Omne quippe Ens cupit perfici, appetit ſui eſſe: cum ſui ipſius charitate, ut quæ incipit à ſeipſa, cum pietate & jure divino, quod vult, ut ſimus in adver-

adverſis patientes, & non occidamus: Salute Reipublicæ, cujus intereſt, multos eosq; bonos habere cives, &c. E. Contra quæ excipit ſe hæc omnia larga largiri manu,& tantum velle, quod jure civili ſit permiſſa. At etiam de hoc videbimus illis miſſis.Sic ergò.Quicquid fit jure civili permittente non punitur, *l. 4.C. ad l. Jul. de adult.* Atque αὐτόχειρ jure civili punitur. E. nam ſi metu criminis quis ſe interimat, ejus bona publicantur, *l. 3. §. 3. §. 5. §. 6. de bon. eorum, qui ante ſent. l. 6. §. 7. de re milit. l. 45. §. ejus 3. de jure fiſci.* Si verò tædio vitæ vel dolore, privatur ſepultura, *Decian. 6. pract. crim. 40. n. 49. Heig. 2. q. 36. n. 64.* fiunt infames.*l. liberorum §. 3. de his, quæ not. infam. d. l. 6. §. 7.* Hic alia tacens *add. l. 6. §. 7. de re milit.* id in ea ſpeciale eſſe replicabat, quaſi in militibus multa ſint ſingularia, at 1. rationem ſpecialitatis non audivi, 2. dico cum Accurſ. in verbo filium, *in l. filium 24. C. fam. erc.* miſerorum eſſe refugium, ſi ll. conciliaturi reſpondeamus hoc eſſe in *h. l. ſpeciale*, 3. ſi id non permittitur militibus in multis privilegiatis, quibus aliàs permiſſum, iura ignorare, *l. 9. de j. & f. ignor.* multò minus paganis, qui non privilegiati, & 4. adjungat *d. l. 3. §. 3. & præcedent.* ubi vera

ratio

ratio habetur edicti D. Hadriani d. l. 6. §. 7. Tandem refugium eſt in *l. 9. §. 7. ff. de pecul.* quæ lex tota videtur illam ſententiam fovere. At non eſt, ut ea moveamur, nam d. l. 9. §. 7. eſt incerta & diſputabilis, quomodo certi quid ex ea decidi non poteſt, Dd. com. Ne excipias d. l. 9. tibi eſſe certam: pro 2. dico, in d. l. 9. §. 7. haberi factum, quod ſc. naturaliter 1. de facto liceat ſævire in ſuum corpus ſervis, de modo verò quomodo liceat, an jure, an injuria, ibi nihil haberi, cum tamen eſſe *in d. l. 6. §. 7. de re mil. & l. 3. §. 3. & 6. de bon. eorum, qui ante ſent. & 3. d. l. 9.* agit de ſervis, à quibus ad liberos homines non benè procedes. Argumentum à contrario ſenſu ex præcepto ſecundo juris noſtri ſumptum, cum ſit invalidum, ſciens ſilentio prætereo: Inſuper dicit, quemadmodum licet ſuum donare, perdere, quemadmodum licitus concubitus, incandatio, quæ tamen Canones rejiciunt, ſic etiam αὐτοχειρία de jure civili erit licita, licet ll. divinis & naturalibus prohibeatur. At non ſequitur concubitus licitus. Ergò etiam αὐτοχειρία, ſunt n. diverſa. Et deinde permiſſus concubitus, ut evitaretur majus malum, quæ ratio ceſſat in αὐτοχειρία. 3. de jure civili concubitus pœnam non meretur,

cum

cum eo ſit licitus, *arg. d. l. 4. C. ad L. Jul. de adulter.* At eam meretur αὐτοχειρία, dd. ll. Excipis puniri quidem αὐτοχειρίαν non propter ſe, ſed propter aliud ſc. crimen perpetratum: Replico verum eſſe, quod puniatur ſe occidens ob cauſam, vel criminis metum, *d. l. 6. §. 7. d. l. 3. §. 3. 5. 6.* At non à pœna exemtus, qui ſe occidit, ubi nullum ſubeſt crimen, d. l. 3. §. 6. Inquis, id tamen tantùm fieri, ut alii deterreantur; dico ſufficere αὐτοχειρίαν puniri de jure civili mihi largiri, quomodo ex d. l. 4. neceſſariò concludo illam non eſſe licitam: Si enim licita eſſet, non puniretur, at punitur ex tua conceſſione. E. ac pro ſecundo veram cauſam habet *Marcianus Juriſconſultus in dict. leg. 3.* §. *6.* inquiens: Meritò puniendus, qui ſibi ſine cauſa manus intulit. Qui enim ſibi non pepercit, multò minus alii parcit, cui adjunge *leg. 4. §. f. de Siccar. l. 13. ff. ad Legem Aquil.* His alibi alius ſatisfacere conatus fuit, ad quam feliciter oſtendam inferius.

QVÆSTIO VIII.

An filius vaſallus Domino debet adeſſe in cauſa juſta, etiam contra Patrem?

Id

ID dixerim domino juſtam fovente cauſam. Equidem regulæ ſtandum, donec conſtet de exceptione, atq; regula eſt, quod contra omnem hominem domino adeſſe debeat, *c. unic. de nov. form. fidelitatis 2. feud. 7.* E. & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, *l. 1. de R. J.* At ſolus Imperator vel Rex excipitur in juramento, *d. c. unic.* E. Et ne forſan excipias *d. c. unic. 2. feud. 7.* generalitatem eſſe reſtringendam propter naturalem pietatem & reverentiam, qua filius patri ſuo obſtrictus eſt, *l. 2. ff. de juſt. & jur. l. 4. de curator. furioſ.* ita ut pater illo non includatur, *c. unic. §. final. hic finitur lex 2. feud. 28.* nominatim etiam filium domino contra patrem adeſſe debere, definit. Nec eſt ſi cum *Cujac. d. §. fin.* corrigere velis, & vocem (patrem) delere, illo nixus forſan colore, quod vox (patrem) ſemicirculo ſit incluſa. Nam interpretis eſt legem interpretari, non corrigere, & quod inquit Auguſt: ſecundum leges latas judicare debemus, non etiam de illis, *Moll. in Semeſt. d. l.* Et inſuper priores duæ rationes *ex 2. feud. 7.* ductæ, illam correctionem facilè enervant, quam non juvat, ſi dicas, promiſſa vel pacta, quæ turpem cauſam continent, non eſſe

C obſer-

obſervanda, *l. 27. §. 4. l. 38. l. 7. §. 17. ff. de pact. d. l. 2. de juſt. & jur.* Nam nihil promiſit filius contra pietatem & bonos mores, quando ſecundum tenorem *dict. c. unic. de nov. for. fidel.* juravit dominum juvare contra omnem hominem, etiam contra patrem, *d. c. unic. §. fin. hic finitur lex.* Etenim in bona & juſta cauſa eum juvare juravit, *c. un. de for. fidel. 2. feud. 6. d. c. un. 2. feud. 7.* voce honeſtum & voce jurare: nec enim juramentum contra bonos mores eſt obligatorium, *c. non eſt de R. J. l. 5. C. de LL.* qua in ſi pater temerè dominum vaſalli filii oppugnet, jure domino contra patrem vigore juramenti & fidelitatis adeſt, *d. c. unic. 2. feud. 6. & 7. & cap. unic. hic finitur lex.* Nec audiri poteſt pater excipiens, quaſi filius ſe oppugnando, ſusq; deq; habeat pietatem & obedientiam ſibi jure debitam, *l. 2. de juſt. & jur. d. l. 4. de curat. fur.* Cum n. iniquè oppugnando dominum peccet contra jus gentium, *arg. l. 3. de juſt. & jur. tt. de vi & vi arm.* patet illum fruſtra implorare illius juris auxilium, *l. auxilium in f. ff. de min. l. fin. §. ſi verò C. de Jur. delib.*

QUÆ-

QVÆSTIO IX.

An Αἱμαδόδειξις *probat occiſorem?*

HIc plura quæruntur, ſc. an ob erumpentem ſanguinem ex vulnere occiſi occiſore præſente, judex ad condemnationem procedere poſſit? & deinde ſi non ad condemnationem an non ad torturam? Et in cauſis criminalibus cum probationes luce meridiana clariores requirantur, *l. fin. C. de probat. l. qui ſententiam C. de pœn. l. ſinguli C. de Actuſ. Gail. de pac. publ. c. 15. n. 7. & ſeq.* ob ſolam αἱμαδόδειξιν numquam veniendum ad condemnationem. Sed an non ad torturam? Ita viſum eſt *Boerio deciſ. 166. n. 6. König in proceſſ. cap. 2. in addit. n. 12.* & ita Venetiis practicatum fuiſſe, refert *Boer. d. l.* at aliud *Maſcard. de prob. volum. 1. conc. 867. Gomez. Tom. 3. var. reſol. c. 13. n. 16.* quod etiã verius. Et certe ipſi chirurgi, periti hac in re artifices, quib. aliàs in arte ſua creditur, *Br. in l. 1. §. 1. de vent inſpic. Soc. reg. 294.* ubi habet limitat: αἱμαδόδειξιν pro nulla vel admodum frivola & jejuna habent homicidæ probatione, & recte. Cum enim cruoris curſus ex occiſſo contingere

 poſſit,

poſſit, Dei ſcelerum vindicis acerrimi judicio, dæmonis homicidæ & mẽdacis præſtigiis, ſagerum & malevolorum hominum illuſionibus, ſingulari affectione, humorũ in cadavere multitudine, aëris inſpiratione, cadaveris commotione, ſanguinis reſidui copia, *Lev. Lem. 2. de occult. natur. mirac. 7. Ariſtot. in problem. p. 33. Libav. in tr. de cruentat. cadav.* ridiculi & irrationales ſumus, ſi præſentiam homicidæ, cauſam adæquatam illius, cruoris effluxus dicimus. Sic Ergò quicquid à diverſiſſimis dubiis, occultis pendet cauſis, id homicidæ non poteſt aſſcribi: At effluxus cruoris ex cadavere pendet à diverſiſſimis cauſis. E. præſentiæ homicidæ non poteſt aſſcribi, & per conſequens indicium certum non erit iſte effluxus cruoris commiſſi homicidii ab adducto ad occiſum. Quin ſi ſæpiſſimè filiis, parentibus, amicis, neceſſariis præſentibus innocentiſſimis etiã cruor iſte effluit, non verò homicidis præſentibus nocentiſſimis, ſequitur effluxum iſtum non eſſe certum homicidæ indicium. Atq; prius, ut teſtatur experientia. E. quomodo ergo lac in mammis non eſt certum indicium corruptæ virginis, *Ariſt. lib. 1. de hiſtor. animal. c. 12. Albert. Magn. & Avic. Andr. Laur. l. 9.*

hiſt.

hiſt. anatom. c. 2. q. 2. qui teſtatur in orbe novo omnes pene viros magnam lactis habere copiam: ſic nec homicidæ effluxus cruoris. Quapropter cum ad torturam inditia certa & clara; ac ad ipſum delictum commiſſum directa,requirantur, *l. 1. §. 1.ff. de quæſt. Hyppol. de Marſil. conſil. 63. n. 13. Menoch. 1. præſum. 59. & 2. arb. qq. 270. n. 23.* liquet inconſideratos & temerarios eſſe judices,qui & ſuſpectum indagandæ veritatis cauſa ad occiſum deducunt, ob ſolum effluxum cruoris in præſentia ſuſpecti indicium fallaciſſimum, eum torturæ ſubjiciunt, contra quam deciſum *ordin. crim. Caroli V. art. 18. & 20. ubi* redtliche gnugſame Anzeichen *requiruntur.*

QVÆSTIO X.

An ſtatus noſtri Imperii Monarchicus?

ITa SS. Imp. Rom. ſubjecti pro dignitate Imperii ſtatuunt non ſine colore. Et id etiam infideles Monarchæ, Reges, populi, tacitè videntur fateri: Sic enim ſalutat Imperatorem Ferdinandum Solimannus Imperator Turcicus, ſcribens: Magno & po-

& potenti Chriſtianorum Domino, uni electo Romanorum Imperatori, *Reuſ. l. 10. Ep. Turc.* Et Legatum Cæſaris Rom. aliorum Regnum omnium Legatis præferri etiam apud Turc: Imp: notat *Joh. Leoncl. in ſuppl. annal.* Quorum occaſione ſic poſſum pro ſtatu Monarchico argumentari: Quicunq; ab omnibus Regibus & populis etiam infidelibus ſalutatur & habetur Monarcha, is talis vere etiam eſt, res enim ita eſſe præſumitur,ut omnes opinantur, *l. Labeo ff. de ſuppel. Leg.* At v. Imp. Rom. ſic ſalutatur, *Reuſ. d. l. Joh. Leonc. d. l.* E. & inſuper, qui nullum ſuperiorem inter homines agnoſcit, is eſt Monarcha, *Bod. l. 2. c. 2. & 3. de Rep.* At Imp. Rom. nullum ſuperiorem agnoſcit, niſi Deum qui coronam Imperii ei impoſuit, *Nov. 28. cap. 4. in fin. Aventin. l. 8.* E. Ita noſtrates firmiſſimè ſuo judicio. Aliud videtur *Bod. in meth. hiſt. c. 7.* Sic enim ille d. c. 7. Germani non ſatis Monarchiam Rom. uſurpant,cùm vix centeſimam partem orbis terrarum ſua ditione teneant, & Hiſpaniarum Princeps Imperium habet Germanico majus, tùm populorum multitudine, cùm amplitudine regnorum. Neſcio tamen an hòc argumentum ſit ſatis concludens: imò ipſe

Bod.

Bod. alibi dicit, non hominum multitudinem aut latitudinem, ſed vim ac robur potius ſpectandum; & noſtrates ipſi agnoſcunt ſecundum vaticinium Danielis, Imperium hoc ultimum fore luteum & diviſum, ac Turcam prævaliturum. Sit hoc argumentum infirmum, interim aliis jam exercitii gratia oſtendam. Bodinum non eſſe omnimodo ineptum, attamen paucis. Sic Ergò. A quocunque removetur definitio, ab illo etiam definitum. Atqui ab Imp. Rom. removetur definitio Monarchiæ, E. Hoc verò ut oſtendam, non utar Bodini, is enim ſuſpectus, ſed *Tholoſ.* definitione, *qui 5. de Rep. c. 1. ſ. 2. ex. 13. Pol. Ariſt. c. 5.* eam definit, in qua unus imperat ſolus, per ſe, ſuoq; nomine, cum propria ſupremáq; poteſtate, quæ ex alterius, quàm ex ejus ſolius arbitrio non pendet, nec à ſuperiore alio, aut populo, nec à ſocio. Ita *Tholo. d. l.* Atq; jam Imp. Rom. in SS. Imp. Rom. non ſolus imperat; Electoribus etenim licet, cum opus, inter ſe convenire, deque Rep. deliberare, ut nullum ipſis, quò minus id faciant, Imper. impedimentum inferat, *capitul. Cæſarea Schleud. l. 1. circ. f.* nec etiam per ſe, ſuoq; nomine: de reb. enim Imp. nullum fœdus aut pactum faciat cum exteris, ſine

Septemvirorum conſenſu, facultates Imp. non diſtrahat, nec oppignoret, nec alienet, nec deteriores faciat, &c. *d. c. Cæſ. Schleud. d.l.* nec etiam cum propria ſupremaq; poteſtate, *d.c. Cæſ.* & in ſeq. neq; pro reb⁹ Imp. niſi de ordinum omniū, præcipuè Septemvirorum, voluntate bellum ſuſcipiat, *d. c. Cæſ.* nullum militem adducat, niſi conſentiant Electores, *d. c. Cæſ.* Sic E ſi Imp. noſter ſolus pro propria ſupremaq; poteſtate, abſq; ordin. & Septemvir. aſſenſu & voluntate, non poteſt facere, quæ ſunt Monarchæ & ſummæ majeſtatis jura, ſequitur eum non eſſe Monarcham. At prius *d. c. Cæſ.* E. & poſterius. A quocunq; enim removentur propria ſubjecti, ab eo etiam ipſum ſubjectum, *Heſſelb. in Theor. log. c.5. q.3.* At propria Monarchiæ ſc. jura Majeſtatis, ut eſt ll. condere, bellum indicere, *Bod. 1. de Rep. c. 10.* pacta cum exteris facere, inſtituere vectigalia, removentur ab Imperatore noſtro Rom. *d. c. Cæſ.* E. Nec movet, ſi dicis, plenitudini poteſtatis nihil derogari, ſi Electores & ſtatus in partem ſollicitudinis eorum, quæ gravioris momenti ſunt, vocentur: Cum id fiat tantum conſilii & majoris ſecuritatis ergò: & ad exemplum veterum Imperatorum, qui

licet

licet ſummi & potentiſſimi Monarchæ eſſent, *l. digna vox C. de ll. l. princeps ff. d. t.* In majoribus tamen cauſis Senatum adhibeant, *l. humanum C. de ll. l. 9. d. t.* Idem fecit Alexander Severus: *Lamp. in vit. Alex.* ut & Trajanus, *Plin. in paneg.* cum enim negotiorum multitudo caliginem mentis obducat, *Schleu. l. 1. de Rep. Gall.* fieri non poteſt, ut unus tantam negotii molem ſuſtineat; quapropter prudenter alii in conſilium adhibentur. Hæc ut veriſſima de Alexandris, Trojano, Juſtiniano & aliis, hi enim alios in conſilium pro libero arbitrio adhibuerunt, quod pro libitu vel ſequi vel negligere potuerunt: ita falſiſſima de noſtro Imp. convocante Imper. ordines: Ipſi enim Electores & ordines cum ordinent, ſtatuant, definiant, nec ſummus Imp. abſque illorum aſſenſu & voluntate quicquam poſſit, *cap. Cæſ.* Reichs Abſchied. certè Conſiliarii propriè dici non poterunt: ſi eſſent ordines Imp. & maxime Septemviri Imp. Conſiliarii, liberum eſſet ei illorum ſententiam & conſilium ſequi vel reprobare, *tex. in l. 2. ff. depoſ.* nemo nam conſilium alterius ſequi tenetur, *d. l. 2. Bart. in l. in bonor. ff. de admin. tut. l. Titium in pr. ff. d. t.* Atque tenetur ſequi illorum ſenten-

tiam, non poteſt quicquam abſq; conſenſu illorum, *d. c. Cæſ.* E. Quin ſi quod citra horum aſſenſum & voluntatem egit, in Jur. Maj. majorib. id irritum habetur, *in f. d. c. Cæſ.* Quin conſiliarii non poſſunt quicquã jure citra aſſenſum & (quod magis) contra voluntatem Principis in cauſis Imp. majoribus agere. At poſſunt de Rep. Electores ſtatuere etiam contra voluntatem Principis, *d. c. Cæſ. in pr.* E. non Conſiliarii ſunt tantum. Certè Princeps in ſua ditione citra Conſiliariorum ſcientiam & aſſenſum in cauſis Imp. ſui poteſt quid ſtatuere. E. At nihil Imp. citra aſſenſum ordinum poteſt, ſed omnia ſunt irrita, *d. c. Cæſ.* E. Inde in Comitiis Imp. non conveniũt ordines, ut Imp. conſulant, quod in rem ejus ſit, quod poſtmodum ſequatur vel non; Sed ipſi, ſi quæ Reip. vident nocitura, ut maxime Imp. velit ita fieri, tollunt; cum verò profutura, communicato conſilio, communi voto & decreto conſtituunt. Id quod ſatis ſuperq; ex receſſibus Imp. liquet, quib. in omnibus illas formulas reperire licet. Darauff wir vns mit des H. Reichs Ständen/vnd ſie mit vns nachfolgende Articfel/als ein Chriſtlich *Corpus* gegen vnd mit einander vereiniget/ verpflicht vnd vertragen/ *in f. pr.* des Reichs Abſcheid

Abſcheid zu Cölln / Anno 1512. *Item*: Wir Churf. Fürſten / etc. thun kund / etc. daß die obgeſchriebenen Puncten mit unſerm Rath / guten Wiſſen und Willen (oder Annehmen / *ut in aliis receſſibus habetur*) durch Keyſ. Maj. geordnet / geſetzt / etc. Item / Unnd daß wir uns der aller und jeder mit ſeiner Keyſ. M. Und ſeine K. M. wiederumb mit uns vereiniget / *inf.* Reichs Abſcheid zu Cölln / Anno 1512. *Quæ clauſulæ etiam in receſſ. Auguſtæ, A. 1517. & A. ſeq. 1518. Item, receſſu Worm. A. 1527.* & aliis omnibus leguntur, in quibus verba illa, Mit Rath / gutem Wiſſen oder Annehmen / non tantùm conſilium, ſed etiam poteſtatem, adminiſtrationem, decretum ordinum ſignificant. Nec urget, ſi dicis, quaſi lubens & proprio motu Imperatores in ll. Imperii, & *capitul. Cæſ.* conſenſerint, quod illorum Majeſtatem non infringat. Reſpon. Certè verba *ll. Imperii, & capitul. Cæſ.* non conſilii vel liberi arbitrii ſunt, ſed præcepti & neceſſitatis. Paci conſulat, inquit *cap. Cæſ.* Nullum pactum faciat, conventum Imperii nullum edicat, & neceſſitas ſatis ex juramento, quo legati *capit.* confirmarunt, ac literis, quas ejus rei obſignatas

Electo-

Electoribus dederunt, apparet. Secundò nihil intereſt, an ultro vel inutili conſenſerint *in ll. Imperii.* Sufficit mihi abſq; Electorum aſſenſu & voto nō poſſe quicquam in cauſis majoribus Imperii Imperatorem, propria & ſuprema poteſtate, pro arbitrio ſuo, facere, *d. capit. Cæſ.* Omnes receſſus Imperii. Sic ergò. Quicunque non ſolus per ſe, & ſuo nomine, ex propria & ſuprema poteſtate, quæ ex aliorum arbitrio non pendet, neceſſariò in cauſis Imperii Romani agere, facere, moliri, decernere, ſtatuere quid poteſt: Is non eſt imperio Romano verè & propriè Monarcha. Atqui Imperator noſter non ſolus per ſe, ſuoq; nomine, ex propria ſuprema poteſtate, quæ ex aliorum arbitrio non pendet, in cauſis Imperii majoribus agere, decernere, ſtatuere poteſt. E. Hæc jam de hac quæſtione diſſeruiſſe obiter quaſi ſufficiat: alibi pluribus.

Noniti meliora ſequemur.

QUÆ-

Digitized by Google

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM JURIDICARUM

DECURIA SECUNDA ET TERTIA.

Reſpondente

JOHANNE WOLFIO WINSHEMIO-Franco.

DECURIA II.

QVÆSTIO PRIMA.

An Jus noſtrum poßit in artis formam redigi?

ITa *Vult. L. 1. Juriſpr. Rom. c. 1. Althuſ. Treutl. volum. 1. diſp. 1. th. 1. lit. a. Coraſius de jure civili in artem redig. c. 2. p. 6. & c. 14. p. 52. 53. 54. 55. & Dd. communiter* docent. Et certè non ſine fundamento ſolido. Nam ubicunque poſſunt haberi præcepta vera & ordine diſpoſita, ibi & ars haberi & dari poteſt, *Philoſoph. commu-*

communiter. Eſt quippe ars nihil aliud, quàm σύςημα, ſeu ordo certarum præceptionum, exercitatione cognitarum ad finem utilem in vita, *Lucianus in para. Quintilian. lib. 2. c. 18.* Atqui in jure noſtro poſſunt haberi, & dantur talia præcepta vera, juſtè diſpoſita & utilia in vita, *Vult: in ſua jurispr. Roman. Coraſius de arte jurispr. Joachim. Hopper. de juris arte lib. 1. lib. 10. §. 1. ff. de juſt. & jur. §. 4. proœm. 1. & 4. Inſt. de juſt. & jur.* ars inprimis eſt, inquit *Coraſ. de tract. cap. 14. pag. (mihi) 53.* cum ex collectis quibuſdam præceptionibus ad communem vitæ utilitatem conſtet. E. 2. Ubicunque ab univerſalib. ad ſingularia per notationes, definitiones, diſtinctiones, cauſas, &c. poteſt fieri progreſſus, ibi etiam poteſt haberi ars, vel forma artis, *Quintil. dict. libr. Coraſ: dict. cap. 2. Zabarel: lib. 1. de nat. log. cap. 1. Piccolom. in introduct. ad civil. philoſoph. cap. 7.* Atqui talis progreſſus in jure noſtro poteſt haberi, *l. 1. ff. de O. lib. 1. ff. ſi cert. peta. §. his igitur Inſt. de juſt. & jur. Coraſius dict. cap. 2.* facit *jurispr. Rom. Dn. Vult. jurispr. Althuſ: Metaod. Vigel. juris civilis.* Inde pulchrè *Cicero 1. de Oratore.* Si, inquit, mihi facere licuerit,

quod

quod jam diu cogito, aut alius quiſpiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne jus civile in genera digerat, quæ pauca ſunt, deinde eorum generum quædam membra diſpertiat, tum propriam cujusq; vim definitione declaret, perfectam artem juris civilis habebitis magis magnam & uberem, quàm difficilem & obſcuram. *Cicero dict. L. 1. pag. 158.* Ne forſan dicas vocabulum artis in prædictis in generaliſſima & impropria quaſi ſignificatione attribui juri civili, in qua omnes diſciplinæ dicuntur artes, quæ tamen aliàs ἀκριβῶς tales non ſint, etiam *ſenſu Ariſtotelico*, & magis ſpeciali jus civile mereri nomē artis, ſic evincam: ubicunque poteſt haberi diſpoſitio præceptorum congruens ad obtinendum habitum cum recta ratione effectivum, ibi poteſt haberi ars, *Ariſtot. 6. ad Nicom. c. 4. Cicero de natura Deorum. Coraſ. de jure civili in artem capit. 14. pagin. 52.* Atqui in jure noſtro poteſt haberi congruens præceptorum diſpoſitio, *Cicero lib. 1. de Oratore pag. 157. & 158. & ſeqq. Coraſ. de tractat. cap. 2. & 14. Weſenbec. in parat. de juſtic. & jur. num. 2. Hopp. capit. de juris definit. L. 1. de jur. arte, Althuſ. in ſua jurispru.* ad obtinendum

nendum habitum cum recta ratione effectivum, *Cicero d. lib. 1. de Oratore pag. 158.* ubi inquit, ſit igitur in jure civili finis & legitimæ atq; uſitatæ in rebus cauſisque civium æqualitatis conſervatio, *Coraſ: de jure civili in artem redigi cap. 14. Joachim: Hopp: d. tract. l. 1. §. 1. de juſt. & jur. Weſenbec: in parat. d. n. 2.* E. Nec eſt, ſi dicas, hunc laborem eſſe magnum & difficilem, *Cicero d. lib. 1.* ac ſi id poſſibile eſſet, ſine dubio id homines ingenioſiſſimos jam antè effeciſſet. Equidem utriq; inſtantiæ reſpondet *Cicero lib. 1.* ſit cognitio juris magna, inquit, tamen utilitatis magnitudo deberet homines ad ſuſcipiendum laborem impellere, & in ſeqq. Quia veteres illi, qui huic ſcientiæ præfuerunt, obtinendæ ac augendæ potentiæ ſuæ cauſa, pervulgari artem ſuam noluerunt, *Cic. d. l. de Oratore.* Acriùs paulò *Bodinus in ſua juriſpr.* contra hanc receptam Dd. ſententiam inſurgit, cujus ut & omnia diſſentientium argumenta penè ad duo videntur poſſe referri capita, ſc. 1. quod in jure noſtro omnia ſint incerta, dubia, mutabilia, ut quæ non ſint ex certis principiis, ſed ex opinione hominum ac cœco, varioque rerum caſu: & 2. quod jus noſtrum potiſſimum occupatum ſit circa actio-

ctiones hominum, quæ ſingulares, incertæ, infinitæ, *Bod. d. lib. Hopper. d. lib. de juris arte.* Ex quibus duobus capitibus complurima producunt argumenta. Ego unum vel alterum attingo Sic colligunt. Omnis ars & ſcientia debet poſſe deduci ex certis & indubitatis cauſis ac principiis, *Ariſtot. paſſim lib. 1 Phyſico. 1 & 2. & lib 6. ad Nicom. cap. 4 & noſter.* Atqui jus noſtrum ex illis non poteſt deduci & demonſtrari, *Bodinus d. lib. l. non omnium ff. de LL. l. proſpexit. ff. qui & à quibus man. l. 1 ff. de conſtit. princip. Plato teſte Coraſ. de jure civili in artem redig. cap. 2. & latè cap. 3. Horat. lib. ſer. ſat 3.*

Nec natura poteſt juſto ſe cernere iniquum.

Euripides τὸ δὲ αἰσχρόν. *Ariſt. in poſt. analyt. cap. ult. lib. 3. de anima cap. 14.* E. 2 ſingularium, ut quæ infinita & incerta, *Coraſ. d. cap. 2. Ariſtot. paſſim.* non eſt ars vel ſcientia, *Ariſtot. in poſt analyt. cap. 24.* At verò omnia circa quæ jus noſtrum civile eſt, ſunt ſingularia. E

Aſt, (ut paucis reſpondeam,) Minor ſecundi argumenti non eſt vera, ut oſtendit

Coraſ. d. cap. 2. *Cicero d. libr.* 1. *de Oratore pag.* 15. & 2. actiones non ſunt juris noſtri objectum potiſſimum, ſed æquum & bonum ſecundum quod actiones inſtituendæ. Quo de æquo & bono ſanè habentur præcepta non ſingularia, ſed univerſalia. Primi argumenti *Bodini* propoſitionem falſiſſimam eſſe, ad oculum demonſtrant *Coraſius d. tractat. cap.* 13. *per totum*, *Don.* 1. *comm. cap.* 8. *Connan.* 1. *comm.* 1. *Ariſtot. lib.* 5. *Ethic. cap.* 6. & 7. *Eth.* 13. *textus clarus ad Romanos capit.* 2. quibus inſuper addo hoc. Si leges noſtræ tantùm conſtarent opinione & arbitrio hominum, non etiam natura & principiis nobiſcum natis & certiſſimis; parùm quoad conſcientiam intereſſet, an quis illis obtemperare velit, vel non. At hoc falſiſſimum: ſemper enim obmurmurantem & objurgantem habent conſcientiam ob delictum perpetratum, ſecundum illud *Juvenalis.*

> —— *Prima eſt hæc ultio quod ſe*
> *Judice nemo nocens abſolvitur.*

E. & appoſite cuidam Athenis recitanti verſiculum *Euripidis in Theatro:*

τί δὲ αἰσχρὸν ἂν μὴ τοῖσι χρωμένοις δοκεῖ.

obji-

objicit *Antiſthenes illum:* αἰσχρὸν τό γε αἰσχρὸν κἂν δοκῇ, κἂν μὴ δοκῇ. Turpe eſt, turpe ſive tale videatur, ſive non, vide *Coraſium d. c. 3.* qui pluribus oſtendit ex certis & indubitatis principiis jus noſtrum pendere. Sic E. finaliter decido pro hac quæſtione argumenta eorum, quæ jam dicta, & quæ habet *Coraſ. d. c. 3.* Quicquid ex certis & infallibilibus principiis poteſt deduci, id poteſt eſſe etiam ars. Atqui ex illis jus noſtrum poteſt deduci, *Don. d. cap. 8. Coraſ. d. capit. 3. Conn. dict. loc. E.*

QVÆSTIO II.

An in Jure Civili datur etiam Ἀπόδειξις *&* *certitudo?*

CUm in præcedenti quæſtione Bodini & aliorum contra diſputantium fundamentum non poſtremum ſit, in jure civili omnia penè eſſe incerta, nec ullo firmo & tuto niti principio, rectè videor jam quærere, An in jure noſtro detur certitudo & ἀπόδειξις vel demonſtratio. Quod ut oſtendam ſic colligo: ubicunq; dantur propoſitiones neceſſariæ, indubitatæ, immediatæ, ibi dari poteſt ἀπόδειξις. At tales

dantur etiam in jure noſtro. E. ut neceſſariæ & indubitatę ſunt propoſitiones: Quicquid lege permittēte & jubente fit, pœnam non meretur, *l. 4. C. ad l. Jul. de adult.* Hominem homini inſidiari nefas, *l. 3. de juſt. & jur.* Omnis quem occidens dolo malo eſt afficiendus pœna Legis Cornelia. Ex quibus nullo negotio poſſunt confici neceſſariæ concluſiones. V. G. Quicquid lege permittente & jubente fit; pœnam non meretur, *d. l. 4.* Atqui invaſorem ob tutelam corporis mei cum occido, facio id lege permittente & jubente. E. Item omnis quem occidens dolo malo tenetur pœna L. Cornel. de ſicariis. Atqui Titius illum occidit dolo malo. E. & ſi quæ alia complura, quæ ſane innumera. Quin ſic ulterius? Omne præceptum in arte eſt ferendum, cui reſpondet res in natura & reipſa. Atqui noſtro præcepto, quod eſt dari ἀπόδειξιν in civilibus reſpondet res. E. ſic apodicticè & ſcientificè colligo. Omnis fur contrectat rem alienam fraudulosè lucri faciendi gratia, *§ 1. de Oblig. quæ ex delicto.* Atqui omnis raptor eſt fur. E. raptor contrectat rem alienam lucri faciendi gratia fraudulosè. Et cum in jure noſtro etiam dentur definitiones, genera & ſpecies, ſub-

jecta

jecta & propria, cauſæ & effecta, quomodo in aliis apodictice & firmiter concludo à definitione ad definitum, à forma ad formatum, à proprio in quarto modo ad ſubjectum, ſic etiam hic fiet idem, ſic in Ethicis, firmiſſimè colligo. Quicquid à recta ratione ad benè vivendum directa oritur, eſt virtus. Atqui fortitudo, pietas eſt à tali ratione. E. fortitudo eſt virtus. Non deeſt, ſi dicis, quaſi demonſtratio non ſit contingentium, *Ariſtot. 1. poſt. analyt. cap. 4. & 7.* At verò civilis diſciplina, ut & activæ ſint contingentium, *Ariſtot. 7. Ethic. cap. 3. & 6. Ethic. cap. 5.* Ex dictis enim conſtat in his committi petitionem principii, id quippe quæritur, an in diſciplinis practicis, quæ verſantur circa τὰ ἐνδεχόμενα, non detur firma & neceſſaria concluſio, quod in prædictis ita eſſe, ſatis fuit oſtenſum. 2. putem contrariis omnibus benè obviam iri poſſe, ſi diſtinguamus inter actiones & facta abſolutè conſiderata, quæ benè ſunt contigentia: & actiones & facta civilia, ut in iis debet refulgere virtus & honeſtas, Quo ſenſu ſi illa ſpectes ut fienda, ibi omninò contingentia, ſi ut facta & ratione

 infor-

informationis omninò neceſſaria. Sic fortis, quando ſe fortiter in bello gerit, poteſt dici contingenter agere ratione principii: at ſi informationem illius actionis fortis, & quatenus in ea debet refulgere fortitudo, ſpectas ita neceſſariò & exacte debet obſervare medium in timiditatem & audaciam, ut ſi in minimo ad alterutrum extremorum deficiat, non poſſe dici fortiter ſe geſſiſſe fortiter, ſic homicidium perpetrare, eſt contingens ut fiendum: ut ſi jam civiliter debet eſſe factum neceſſariò, ex dolo debet eſſe factum, *l. 1. C. ad l. Corn. de ſicar. l. 7. ff. de L. l. 3. §. 3. de L.* Et ut maximè in civili diſciplina non omnia ita ſint ἐκ πρώτων καὶ ἀμέσων γνωριμωτέρων προτέρων, ut ſunt quæ habent ferè in Theoreticis ſcientiis, ob id tamen negandum, in hac dari ἀπόδειξιν, maximè cum ipſi Logici fateantur demonſtrationem habere certos gradus, ut alteram altera neceſſitate vincere, adeò, ut una magis altera, minus propoſitiones neceſſarias habeat, *Keckerm. l. ſyſt. logic. ſect. 2. cap. 14. p. 532.*

QUÆ-

QVÆSTIO III.

An JCtus poſsit eſſe perfectus absq; aliarum artium, & inprimis præceptarũ cognitione?

HIc putem diſtinguendum eſſe inter Philoſophiam principalem & minus principalem, ſeu ut vulgò vocant, inter realem & inſtrumentalem. Hæc omninò neceſſaria, ſive quæras de ſermocinatrice: i.e. Grammatica, vel Rhetoric: ſive ratiocinatricè: Dialectica vel Hiſtorica. Etenim cum LL. noſtræ ſumma elegantia latinè ſint conſcriptæ, *Coraſ. capit. 3. d. tract.* & verba ſint ἐν ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, *Ariſtoteles libro primo* περὶ ἑρμενείν, *capit. 1.* & JCto ſæpiùs de rebus graviter & ornatè diſſerendum, absque Grammatica & Rhetorica JCtus hoc nomen jure tueri non poterit. Quomodo enim ipſe Leges intelliget, vel alios illas docentes, ſi illarum ſenſum non teneat? at quomodo hunc abſque Grammatica, & quomodo ornatè abſq; Rhetorica, & diſtinctè abſq; Logica? ſic E. ſi abſq; inſtrumentalibus diſciplinis

Studioſus juris operam & oleum perdit, Leges non intelligit, nec ex aliis illarum ſenſum aſſequi poteſt, illæ ei omnino erunt neceſſariæ. At prius ex dictis. Ergò ſic etiam hiſtorica omninò neceſſaria. *Coraſ. d. cap. 5. pag. 18. in princip.* Ad principalem quod attinet, diſtinguo inter theoreticam & practicam Philoſophiam. In theoreticæ cognitione adipiſcenda attendat ad illud vulgatum: Philoſophandum ſed paucis: interim tempus & ætas ſi ſic ferat, nòn avocamus eum ab hujus ſtudio, hoc tantùm intendimus, eum non tàm ſcholæ, quàm vitæ diſcere debere, *Coraſius in fine d. c. 5.* Ad practicam quod attinet, hujus cognitio in tantum JCto neceſſaria, ut ſine hac Jurisprudentia reliquarum omnium diſciplinarum regina, princeps & architectonica, *Ariſtot: lib. 1. Ethic. cap. 12. Gocl: in quæſtionibus Ethico. Polit. 1.* nullo modo diſci, neque rectè doceri, neque rectè cognoſci poſſit, *Coraſ. dict. cap. 5.* Veluti Medicina ex Phyſicis ſumit innumera, *Fernel: in præfat. phyſiolog.* imò in Medico non eſt perfectio ſine illo Philoſophiæ ambitu & circulo, qui aliàs homini viam munit ad felicitatem, ut pulchrè *Scaliger lib. 3. poët. cap. 16.* ita juris

juriſprudentia noſtra infinita ex Ethicis & Politicis depromit, ita ut ſine Ethices & Politices cognitione non magis proficere poſſit, quàm ſi laterem lavet, & cribro aquas hauriat: Inde illud: Ubi deſinit Ethicus, ibi incipit JCtus, quomodo ubi Phyſicus, ibi Medicus. Unde non ſine ratione JCtus Ulpianus *in l. 1. §. 1. ff. de juſt. & jur.* JCtus non ſimulatam Philoſophiam affectare ait. Sic ergo paucis concludo hanc quæſtionem. Sine quibus aditus vel nullus vel admodum infelix & difficilis datur, illa ſunt cognoſcenda prius, *arg. l. 2. de jurisd. Fortun: Crell. in iſagog. logic. comm. parte 1. cap. 2. Goclen. part. 5. problem. logic. pag. 39.* Atqui ſine Ethicis & Politicis ad juriſprudentiam aditus vel nullus vel admodum infelix datur, ex dictis. Ergò Sunt enim illa principia, ut in quibus agitur de juſtitia, jure, æquitate, actionum & delictorum cauſis, affectionibus, differentiis, & aliis innumeris. At principiis ignoratis res non poſſunt bene cognoſci, cum ex illorum cognitione harum ſcientia pendeat, *Ariſtot: 1. Phyſ. 1. Ergò.*

QVÆSTIO IV.

An Jurisprudentiæ fines tra-ſcendunt illi Dd. qui in jure oblatâ occaſione non paucula de articulis fidei apponunt?

ITa video nonnullos titulos, præſertim in *L. 1. Cod.* explicare, ut totum articulum vel tamen potiſſima *de ſacroſanctâ Trinitate, de unione hypoſtatica, communione idiomat: de Eccleſia* inſerant. At neſcio an benè: ſic Ergò Quicquid unius ſcientiæ proprium alteri non poteſt aut debet immiſceri: quod enim communicatur, non eſt proprium, *Heſſelb. in theoric. logic. cap. 5. quæſt. 3. pag. 250.* At de illis articulis fidei tractare eſt ſolius *Theologiæ* proprium. E. Non faciunt in contrarium tituli aliquot, *L. 1. Cod.* ut nec *l. 1. §. 2. & leg. 10. §. 2. ff. de juſtitia & jur.* ubi jurisprudentia definitur rerum divinarum ſcientia. Nam ut aliàs in omni artis & diſciplinæ ſubjecto duo ſunt attendenda, ſcilicet materiale, quod plerunque commune aliis ſcientiis, & forma-

formale, quod diſtinguit diſciplinam, *Zabar. de conſtitut. phyſic. cap. 2. Goclen. lib. 1. phyſic. cap. 1.* ita etiam res divinæ ſunt materiale in jure noſtro, & ibi traduntur non ut articulos fidei integrè ex jure noſtro addiſcere poſſimus, ſed quod jura de iis tantum propoſita debeamus, *tot. tit. & ff. de rerum diviſ. l. 1. Cod. de vetere jure enucl. Donell. 1. commentat. 16. Borcholt ad §. 1. de juſt. jur. & ibi Cujac. Vult. n. 1. & Dd. communiter.* Nec eſt, ut dicas, res divinas tradi in jure, ut etiam fundamentum fidei noſtræ poſſimus habere: nam 1. id alii non admiſerint, & certe non eo fine illas hîc tradi docet, *Donell. d. cap. 16. Borcholt. Vult. d. l. 2.* non niſi imperfectè: & 3. cum erroribus. ibi traduntur quidam fidei articuli: at perfectiſſime & orthodoxe in Bibliis. Quomodo videmus falſos eſſe illos, imò ſtultos & audaculos, qui viam ſalutis ex corpore quærunt. *Stultus certè, qui cum hordeum & triticum ad manus habet, lolium & inanes ſtipulas ſectatur.* His ſimul uno verbo attingam illam quæſtionem.

QUÆ-

QVÆSTIO V.

An Juriſconſultus eſſe poſſit abſque vera religione?

QVa de vide latè *Coraſium d. tractat. cap. 14. per totum.* Ego diſtinguo inter JCtum ut talem, & JCtum pium & beandum. Priori modo pietas ei admodum ad omnia erit utilis, *Coraſ. d. c. 4.* interim non neceſſaria ita, ut abſque ea perfectus eſſe non poſſit. Si enim multi extiterunt præclariſſimi JCti abſque vera religione, cum quibus noſtri vix comparandi, ea JCtis non erit neceſſaria. At prius, ut videre eſt ex *tot. tit. ff. Cicero 1. de Oratore.* Ergò Poſteriori modo non poteſt abeſſe, vide *Coraſ. d. l.*

QVÆSTIO VI.

An jus publicum collectum ex præceptis juris naturalis & gentium & civilis?

ITa *Gœdd. ad l. 6. n. 11. de verb. ſing. Vult. Giphan. Hopper. & Dd. communiter ad §. final. 1. de juſt. & jur. Lopetz. 1. animad. 7. n. 2.* Ego ſiç: Si ea, quæ ſunt juris publici natura & ratione duce faciunt animalia bruta &

ta & gentes omnes, ſequitur & illa eſſe collecta ex præceptis *Juris naturalis, gentium & civilis.* At prius, ergo & poſterius. Nam jus publicum conſtat in ſacris Sacerdotibus; *l. 1. §. 2. ff. de juſtit. & jur.* At & bruta habent quaſi ſacra, invocant enim Deum ut & Magiſtratum, *c. in apibus 7. quæſt. 1.* ut & gentes omnes, *l. 2. ff. de juſtit. & jur. Roman. 1. Actor. 14.* Pulchrè *Cicero:* Nulla gens tam fera, nemo omnium tam immanis, cujus mentem non imbuerit Dei opinio. Et *1. de natura Deorum ad Marcum Brutum:* Neceſſe eſt, eſſe Deos, quoniam inſitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus. At quæ, ſi regeras, tè libenter fateri animalia, bruta & gentes omnes ſuum habere magiſtratum, *d. c. apibus,* & religionem, *d. l. 2. Cicero d. l.* Attamen per jus hîc publicum in *d. l. 1. §. 2.* non intelligi magiſtratum & religionem ſimpliciter, ſed ut ſacrorum & ſacerdotum diverſos ritus & ceremonias ac ordines ad ſacra pertinentes, ita & magiſtratuum varias inaugurationes, electiones, ordines, quæ omnia nec habent gentes, nec animalia bruta. *Cujac. ad l. 1. §. 2. ff. de juſtit. & jur. Weſenbec. in parat. ff. d. t. n. 14.* Dicimus 1. cum ſacra Magiſtratus ſint juris publici, *d. l. 1. §. 2. &*

hæc

hæc habet gentes & bruta, liquet etiam jus publicum ex præceptis *juris naturalis, & gentium collectum.* Non poteris urgere ritus & ordinum diverſitatem. Equidem hoc evincit tantum jus publicum non eſſe *juris naturalis vel gentium* tantum, ſed etiam *civilis*, non verò quaſi ex illis non etiam ſit collectum. ●. ſi procederet, ego concludam, imò omnia, quæ ſunt juris privati, non eſſe collecta ex illis præceptis, ſiquidem ſemper diverſimode ſe habent, contra quam ipſi admiſerint. Sic patria poteſtas eſt juris privati, *d. §. f. d. l.* & nullæ gentes talem habuerunt, *§. 1. inſtit. de patr. poteſt. l. 3. ff. de his, qui ſui vel alien.* E: non erit collecta ex præceptis juris g. *d. §. f. §. fam. ff. de V. S.* 3. & *Cuj. ad pr. de J. N. & gent.* ait, quod ſimplici ratione dictante ab hominibus pro jure 1. recipitur, id ſi in brutis inclinatione animadvertitur, recte jus naturale dicitur. At ſacra & magiſtratus in iis inclinatione animadvertuntur. Paucis ſic concludo. Bellum eſt juris publici, *Capitul. Cæſar. l. 5. ff. de pactis.* Atqui bellum eſt ex Jure naturali & gentium, *l. 5. ff. de juſt. jur. §. 1. de jur. nat. gent. E.*

QUÆ-

QVÆSTIO VII.

Quid communis opinio poteſt, an pro deciſione poteſt allegari?

CUm unus vir, ut dicitur, ſit nullus vir, & oculi plus videant, quàm oculus, non dubito, quin cŏmmunis opinionis maxima ſit authoritas *l. unic. verſ. crebrior ff. de officio quæſt. l. in ſubſtitutione 31. §. 1. ff. de vulgari & pupill. ſubſtitut. l. ult. C. de fideicomm. l. 17. §. 1. ſi ſervit. vindic.* attamen non tanta, ut ab ea per evidentem rationem, vel L. non liceat recedere: quippe unius & deterioris etiam ſententia ſæpius melior eſt, *l. 1. §. ſi id neque 6. C. de vet. jur. enucl.* Quomodo enim opinio non efficit rem apud Philoſophos, *Scaliger Exercit. 10.* ita nec apud JCtos communis Dd. æquitatem *d. l. 1. §. 6.* maximè cum unum rectum, obliqua multa, *Scaliger comm. in L. Hipp. f. 14.* Hic igitur puto referre, an communis Dd. opinio nitatur textu expreſſo, aut ratione aliqua probabili, vel his deſtituatur: illo caſu ſequerer illam propter textus vel rationes, quib. ipſa fulcitur, *argu.*

d. l.

d. l. unic. verſ. ſanè crebrior & dict. l. ultim. C. de fideicomm. Si deſtituitur vicissim, putz referre, an ei textus vel ratio refragetur an v. non refragetur. Priori caſu eam non magnifacerem. Etenim cum veritas ſit ſimplex. *Gœd. de contrah. ſtip. in proleg. n. 23.* & rectum unum, obliqua verò multa, *Scaliger dict. loc.* facile fieri poteſt, ut multi errent, & præ illis unus verum, quod unum & ſimplex, *Gœddeus & Scaliger d. loc.* videat *argum. d. l. 1. §. 6. & §. 6. de concept. ff. rorum.* nec enim veritas errore deletur, *argum. l. 2. l. 6. l. 7. & tot. tit. C. de ingen. manum.* Unde cõmunem Dd. opinionem indiſtinctè imitantes rectè *Corasius alibi Ovillos Dd.* nuncupat, quod ſcilicet hi ſequantur Dd. communiter, ſive errantes, ſive non, ut oviculæ ducem gregis quocunque tandem tendat: poſteriori caſu non negligenda. Etenim cum natura quotidie novas properet edere formas, *c. un. quæ fuit prima cauſa benef. amitt.* multaq; ſemper occurrant, quæ in legibus non comprehenſa, *l. 1. §. ſed quia C. d. tit. argum. l. 10. l. 11. l. 12. ff. de LL.* & verò illa ſurſum & deorſum viri doctiſſimi & peritiſſimi volutarint, cónſultum ſanè erit ad id attendere, quod plurimi conſuevérunt, idque ad exemplum veterum

JCto-

JCtorum, *arg. d. l. ſi quando 17. §. 1. ff. ſi ſervitus vindic̄t. d. l. unic. de offic. quæſt. d. l. final. C. de fideicomm.* Minimè enim ſunt mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt, *l. 23. ff. de LL.* In dubio ergò ſtandum communi Dd. opinioni, *d. l. unic.* quæ ſi oſtendatur, falſa manifeſte non ſequenda, *Coraſ. ad l. 22. ff. de LL.* Benè *Zaſius l. 2. ſingular. reſponſ. n. 1. in fine,* nil valet communium opinionum autoritas, niſi juris ſcripti eam ornet veritas, *Zaſius d. l.*

QVÆSTIO VIV.

An ſui defenſio juris naturæ?

SIc omninò adſerendum. Sic enim omnia jura permittunt vim vi repellere, *l. 45. §. 4. ad L. Aquil.* E. etiam naturalia, quicunque enim omne dicit, nihil excludit. Et genere univerſaliter poſito, omnes ponuntur ſpecies, *Ariſtot. in Top.* At hanc omnia jura permittunt. E. quicquid homines ſimplici dictante ratione faciunt, id ſi in animalibus inclinatione deprehenditur, *juris Nat. eſt, Cujac. ad princip. l. de jure Natur. largum. dict. princip.* Sed jus naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, *princip. Inſtit. de jure Natur. ibiq; Dd.* Aſt & natura cætera animalia ſui defenſio-

E nem

nem docuit, *Cicero lib. 1. de offic. Benè Propertius lib. 2. elegi 5. ad Cyntiam.*

Non ſolùm taurus ferit uncis cornibus hoſtẽ,
Verùm etiam inſtanti læſa repugnat ovis.

Quæ quæſtio ſatis expedita, & ob dicta, & ob *l. 3. de juſtit. & jur. l. 4. l. 5. ad L. Aquil. Weſenbec. paral. ad tit. de Carol. V. art. 139. & ſeqq. Harp. ad §. item Lex Cornelia de ſic. n. 113. l. de pub. judic.* ubi plures allegat *Stephan. 5. q. 10. Don. l. 1. comm. c. 4. & alij.*

QVÆSTIO IX.

An ob defenſionem pudicitiæ ſuæ rectè puella interficit quẽpiam?

ITa benè *Vaſq. illuſtr. controverſ. L. 1. c. 11. n. 10.* & poſt eum *Dn. Arumæus præceptor honorandus diſputat. pandectar. 1. th. 4.* Si enim metus pudicitiæ viris bonis & imprimis puellæ major eſſe debet, *l. 8. §. 2. quod met. cauſ. l. 2. §. 24. ff. de O. I.* quàm mortis *d. l. 2. §. 24. & verò ob vitæ defenſionem alterum licet interficere, d. l. 3. de juſtit. & jur. leg. 4. leg. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.* Ergò etiam

etiam ob pudicitiæ: Si enim id ineſt, quod minus ineſſe videtur: ergò multò magis, quod magis ineſſe videtur. Et textus ſatis clarus in *l. 1. §. 5. ff. ad l. Cornel. de ſicariis.* Unde ejusmodi expugnator violentus pudicitiæ *einem Reuber gleich, ſoll mit dem Schwert vom Leben zum Todt gerichtet werden, Carol. V. P. H. Ord. arte 110.* & hunc caſum putem *in ord. crimin. Caroli V.* manifeſte includi, *Vnter der rechten Nohtwehr, art. 140. Was eine rechte Nohtwehr,* in verbis: *Ohne Verletzung, Ehr, vnd guten Leumuth*, id eſt, pudicitiæ, *argum. de art. 119.* ubi Carolo *vnverleumd Jungfraw*, eſt cujus pudicitia illæſa. Nec enim illa *Ehr vnd guten Leumuhts*, in *d. art. 140.* accipere poſſumus de honoris ſimplicis defenſione, niſi complures. ll. *& tot. tit.* abrogare velimus, *l. 45. §. 5. ad L. Aquil. tot. titul. ne quis in ſua cauſa tot. titul. quando liceat unicuique l. non eſt ſingulis de regul. jur. paſſim Vaſq: in Inſtit. de injuriis*, nec etiam Dd. de ea accipiunt, *Vaſq. d. l. 1. cap. 12. n. 2. & ſequentib. Obrecht. in Inſtit. de defenſ. neceſſar. cap. 7. & Dd. communit.* Ergò ne ſint ſuperflua de pudicitiæ læſione accipio.

QVÆSTIO X.

An etiam contra patrem, citra omnem pœnam, filius poteſt uti defenſione neceſſaria?

ET certè hæc quæſtio dubia eſt: nec enim facilè hoc adfirmare poſſum, ne forſan videar impius, & pietatis contemtor, quâ filius patri obſtrictus, *l. 2. de juſtit. & jur. l. 3. C. de patr. poteſt.* Non temerè negare queo, ne forſan αὐτοχειρίαν omni jure prohibitam approbare dicam. Et ſane utraque ſententia ſuos habet patronos, & non tantum Græcis, ſed etiam Trojanis ſui ſunt Dii, *Hyppolit. de Marſil. in tract. crim. §. agredior n. 79. Bodinus l. 1. de Republ.* hoc videntur negare. Urgent illi pietatem, reverentiam, quæ natura illis debetur, *d. l. 2. d. l. 3.* & ſic vita filio ſemper potius ſupplicium, quàm ſolatium eſſet. Malo cum *gloſſ. ad ff. l. minimè 35. ff. de relig. & ſumt. fun. Alb. de Roſate*, filio neceſſariam defenſionem, citra pœnam, decernere. Quod enim quisque ob tutelam corporis ſui fecerit, id jure feciſſe exiſtimatur, *l. 3. ff. de juſtit. & jur. l. 4. l. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aquil.*

E. &

E. & filius necans patrem ob ſui defenſionem rectè faciet. Hæc enim defenſio non tantum eſt juris civilis, *d.l. 4. ff. ad L. Aquil. l. 45. §. 4 ff. d. tit. Gail. de pace publ. l. 2. c. 10. Menoch. de arbitr. jud. qq. l. 2. caſu. 277. ſed* etiam gentium & naturalis, *l. 1. §. vim vi ff. de vi & vi. l. 1. §. 11. ff. ſi quadr. pauper, Menoch. d. caſu, Propert: d. loc.* At quod juris naturæ eſt, nulli poteſt auferri, §. *pen. I. de jur. nat. gent.* & quoad jus naturæ omnes ſunt homines æquales, *l. quod attinet 32. ff. de R. J.* Et latroni licet omninò reſiſtere, *d. l. 4. ff. ad L. Aquil.* At pater ſine cauſa attentans filium occidere dicitur, id facere jure latronis potius, quàm patris, *Marcianus in l. 5. ad leg. Pomp. de parricid. Nec conſtitutio Caroli crimin. tit. 140.* diſtinguit: ſed generalis eſt: *Und ſo er alſo den Benöhtigter entleibt, ſo iſt er darumb nichts ſchuldig.* Non obeſt, ſi dicis: quod patri ſit jus caſtigandi: Hoc enim damus, at non Jus occidendi. Poteſt cohercere filium verberibus etiam, *l. 3. C. de patr. poteſt. l. unic. C. de emend. propinq.* attamen moderatè, *Pinellus ad Rubr. C. de bon mat. p. 5. n 17* Etſi atrocius in filium pro admiſſo animadvertendum, id ad Magiſtratum pater deferat, *d. l. 3. C. de patr. poteſt. l. 2. ad L. Cor-*

nel. de ſicar. Cujac. 4. obſervat. 12. & 6. obſervat. 17 Argumentis à pietate, reverentia patri debita, petitis facile ſatisfacio, ſi dico, illum non gaudere privilegio Juris, qui contra illud peccat, *l. 32. in fin. ff de minoribus l. fin. §. ſi verum C. de jure delib.* At illa reverentia & pietas eſt Juris naturæ & gentium, *d. l. 2. ff. de juſt & jur.* Pater verò filium occidere iniquè attentans, contra id peccat, *d. l. 3. de iuſt. & iur. Cicero lib. 1. de offic. E.*

DECURIÆ III.

QUÆSTIO PRIMA.

An Princeps ſolutus legibus?

QUa de quæſtione tractant autores copioſè, ut videre eſt apud *Thom. 2. quæſt* [illegible] *art. 5. Coraſ. l. 2. miſcel. c. 25. Cuiac. l.* [illegible] *obſerv. 30. Fachin. 1. controverſ. 2. Morlam in ſuo emporio part. 1. ad tit. 1. ff. de LL. quæſt. 1. pag. 16.* Nos cum *Baldo 4. conſil. 269. diſt.* ut ſit Princeps ſupra jus civile, infra Jus ſcilicet naturale & gentium, non ſupra divinum Jus, *Baldus, Bartolus, Alb: Gentil: de poteſtate Regis abſoluta.* Cum

Baldo

Baldo ergò dicimus, principem in terminis Juris civilis, eſſe ſolutum legibus, intellige civilibus & politicis; Et ita docet *Fachin. d. l. Cujac. 15. obſerv. 30. Vult. ad §. 7. Inſt. de jure nat. gent. Bronch: 1. aſſ. 11. Treutler: diſputa. 1. th. 6. liter. a.* pro quibus habet plura argumenta *Aug. Morla in ſuo emporio d. l.* Et ſane claris verbis hæc aſſertio eſt fundata in *l. princeps ff. de LL.* ubi diſertè dicitur, quod princeps legibus ſolutus. Huic argumento *Auguſt. Morla d. l. quæſt. 1. n. 14 pag. 19. cum Auguſt. & Cujac. l. 5. obſ. 30.* ita conatur ſatisfacere, ut eam ſecundum inſcriptionem *d. l Jul. & Papia*, quaſi his tantum ſolutus ſit princeps, accipiat. At nihil proficit. 1. enim non JCtorum in inſcriptionibus LL. quaſi LL. ex illis autoritatem habeant, ſed tantum ut honor illis deferatur, *Alb. Gentil. & Dd. communiter.* 1. LL. in Codicem vel corpus noſtrum relatæ non ex ipſis autoribus æſtimandæ, ſed ipſo Imperatore, qui ſua omnia fecit, *l. 1. §. 6. C. de V. I. E.* 3. Et cum iſti argumento ducto à Rubr: conentur evincere principem tantum *lege Julia & Papia* ſolutum eſſe, *Morla & Cujac. d. leg.* non injurioſi in nos eſſe poterunt, ſi ducto argum: à Rubr: n. t. qui generalis colli-

gamus omnibus LL. civilibus & poſitivis principem eſſe ſolutum. 4. Optimum eſt argumentum à Rubr. ad nigrum, *Everh. in Top. Alb. Gentil. At Rubricat. de LL.* eſt generalis, & ſub ea l. 31. poſita, eſt E. generaliter etiam accipienda. Aliter d. l. 31. reſpondet *Vaſq: illuſtr. c. 2. 3. ut & Coraſ.* at inepte ut notat *Alb. Gent.* Quicquid populus univerſus potuit, id etiam poteſt princeps. Surrogatum n. ſapit naturam ejus, in cujus locum ſurrogatur. At populus univerſus LL. civilibus non tenebatur, niſi pro libitu. Lex ſiquidem 12. tabularum erat, ut quodcunque poſtremum populus juſſiſſet, id jus ratumq; eſſet, *Alb. Gentil.* E. Alia, quæ opponi ſolent, facile reſolvere poteris, ſi principem conſideres, vel in ſe, & ratione majeſtatis & poteſtatis, ubi LL. omnino erit ſolutꝰ ex dictis, *nec n. poteſtate legũ detineri poteſt, qui legũ habet poteſtatem Alb. Gent.* vel ratione ſubditorum: ubi viciſſim putem referre, an ſit actus, qui fieri debeat à principe in ſubditum, vel à ſubdito in principem. Priori modo actus iſte non eſt faciendus à Principe ſecundũ civiles ll. ratione neceſſitatis, majeſtatis & poteſtatis abſolutæ: at bene voluntate, promotione boni communis facilioris

(ubi

(ubi tamen nec adhuc quædam neceſſitas conſequentiæ, cum licet princeps leges iſtius actus non ſervet, tamen ex proprio conſenſu ad illas teneantur, *Javol. l. 1. ff. de conſtit. princip.* Poſteriori modo ſervandum jus commune, (niſi Imperator manifeſte aliud voluerit, in *LL. N. 52.*) ne dicendo principem in hoc actu imperfecto à ſubdito facto legibus ſolutum, ſubditum talem reapſe in actu iſto efficiamus. Quo de accipio *l. 3. & l. 20. C. de teſtam. l. 7. C. qui teſtam. fac. §. fin. I. de inoff. teſtam. l. 23. d. legat. 3.* Ex quibus *Morlæ & aliorum* argumentis facilè occurrere poteris, & certè non admodum ſtringunt, ſic ille colligit, princeps eſt caput reipublicæ, *l. 2. ff. de ll.* E. non eſt ſolutus legibus, quæ conſeq. id enim quæritur: an princeps ut caput teneatur legibus? Rectius alibi *Alber:*

Non Rex eſt Legi ſed Lex obnoxia Regi.

QVÆSTIO II.

An Princeps contractus cum ſubdito vel alio initos ſervare debeat?

ALii in hac quæſtione ſoliti fuerunt diſtinguere inter obligationem naturalem & civilem, ſive naturalem & civilem ſimul *Ludovicus Roman: conſ.352.* & complures alii, quos ad longum enumerat *Vaſq: l.1. illuſtr. c. 3. à n. 1.* Nos indiſtinctè dicimus, eum efficaciter obligari ex contractibus, & illos implere etiam teneri, niſi quod ad ſolennia illorum non teneatur. Nam omnibus, quæ ſunt jurisgentium vel naturæ, vel divini illis princeps tenetur. *Morla d. q. 1. Thol. 7. de Repub. c. 20. Baldus 4. conſ. 269. Alb. Gent. diſp.1.de poteſt. regis abſ. p.17.* Atqui contractus regulariter ſunt jurisgentium, E. Et ſi nihil tàm naturale & congruum fidei, quàm pacta ſervare, *l. 1. ff. de pact.* E. etiam princeps illa ſervabit. Et hæc in tantum puto eſſe vera, ut ne etiam ex plenitudine poteſtatis poſſit contra pacta venire, *Bart: in l. omnes populi in 3. q. princip. ff. de juſt. & jur. Vaſq: cum pluribus alleg. de l.* Et de naturali quidem omnes conſentiunt, *Vaſq: d. l.* etiam efficaciſſima, *Vaſq: d. l. n. 1. Coraſ. l. 2. miſcell. c. 25. n. 5.* tantum de civili alii dubitant. At neſcio, an ſatis rectè. Sic ergo. Quicunque poteſt contractum civilem celebrare, is etiam poteſt civiliter obligari.

ligari. Atqui princeps id poteſt: nec enim deterioris conditionis eſſe debet, quàm alius privatus. E. ſic ponamus, principem contraxiſſe literarum obligationem, eum nil tamen accepiſſe, annon obligabitur? imò niſi forſan cauſa ſufficienti poſita velimus negare effectum, an verò naturaliter? Imò: naturalis hic nulla ſubeſt: civiliter ergò, illud parum tentat, quod legibus civilibus ſit ſolutus, & ideo civiliter obligari non poſſit: civilibus enim ſolutus eſt ratione neceſſitatis tantum, non etiam voluntatis & arbitrii, cujus, cum ſint contractus civiles etiam, cur illis non teneatur, vide late *Vaſq. d. cap. 3. Cor. d. l. 2. c. 25. n. 5. Bronchorſt. cent. 1. aſſ. 11.*

QVÆSTIO III.

An Scriptura de Legis eſſentia?

ITa *Jaſon in l. de quibus ff. de LL. Papæ deciſ. 9. §. 1. n. 2. poſt Marcum mantua in Rubr. de conſt. n. 25. Niellius diſp. 1. feud. th. 2. lit. a.* & alii, quorum fundamenta videbis apud *Niell. d. l. & Auguſt. Morlam in emp. jur. ad tit. de LL. quæſt. 4.* qui inſuper plures recenſet autores. A quibus diſcedunt *Sichard:*

ad

ad Rubr. C. quæ ſit longa conſuetudo n. 7. Sebaſt: Medic: in tr. de LL. p. 3. q. 11. n. 6. Vult. ad §. 3. n. 7. I. de jure nat. gent. Morla d. q. & Dd. com. Solent quidem plurima pro hac parte etiam proferri argumenta, ſed tamen nonnulla admodum jejuna. Ego uno ac altero ſyllogiſmo & de hujus & illius ſententiæ veritate videbo. Adduco autem *c. 1. de renunciation. in 6.* ubi conſtitutio ſive lex jam præexiſtens jubetur ſcribi, *l. 2. §. 3. & 4. ff. de O. I.* Ex quibus ſic colligo. Nulla eſſentia poteſt abeſſe ab eo, cujus eſt eſſentia illo ſalvo, per formam enim ſive eſſentiam res eſt hoc, quod eſt, *Scal. l. 2. de cauſ. ling. lat. c. 25. l. 4. c. 91. Exercit. 16. ſ. 1.* & alibi, idem Scaliger inquit: Eſſentia ſeparata ab eo, cujus eſt eſſentia pejor eſt Platonis ideā. Atqui ſcriptura poteſt abeſſe à legibus, *d. l. 2. §. 3. & 4. c. 1. de renunc. in 6.* ubi lex facta demum ſcribitur, & ſic accedit ad legem ſcriptura: aſt nulla eſſentia accedit ad id, cujus eſt eſſentia, E. Et *l. 2. §. 2. ff. de O. I.* evidens dat fundam: ex qua ſic: Quicquid in ordinem digeri debet id, ut præexiſtat oportet. Atqui Sextus Papirius LL. latas ſine ordine in ordinem digerere debuit, E. & per conſequens ſi fuerunt, antequam per ſcripturam

ram

Digitized by Google

ram in unum componerentur, ſequetur eam non poſſe de illarum eſſe eſſentia. Et ne quispiam dicere poſſet, illas eſſe ſuum habere à ſcriptura & compoſitione Papirii, inquit Pomponius, quod Papirius nihil de ſuo adjecerit ſed, tantum jam latam, id eſt, exiſtẽtem in unum compoſuerit. Aſt v. Papir: adjecit ſcripturam, *d. §. 2.* quæ cum ibi nil dicatur facere adeſſe LL. patet, eam non eſſe de ſubſtantia ll. Et fund. eſt in *l. 1. de conſtit. princip. in princ. & §. 1. urgeo d. l. 1. §. 1.* Id quod princeps interloquitur, eſt lex. E. quædam lex non ſcribitur. Ac ne quispiam hic elabi queat, opponit manifeſte ibi interlocutionem & ſcripturam. Hodie tamen in Imperio propter amplitudinem, neceſſum LL. ſcribi non quaſi ſcriptura ſit de eſſentia, ſed facilioris cognitionis & probationis gratia, Morla d. qq. n. 4. in med. Contraria pleraque reſolveris, ſi dixeris, ibi concludi à proprio vel neceſſario adjuncto ad eſſentiam, vel loqui JC. ſecundum morem ſui ſeculi.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

An Leges humanæ juſtæ, ſive, politicæ obligant ſubditos in conſcientiam?

ALii id negant, quod leges ultra intentionem & poteſtatem legislatoris non operentur & obligent, *argum. l. fi. ff. de jurisd.* Atqui princeps ſeu magiſtratus politicus non habet ullam poteſtatem in animas, nec etiam ejus intentio illaqueare ſubditorum animas, *arg. c. cum inferior de major. & obedien.* Affirmant *Thom. & Cajet. l. 2. q. 96. art. 4. Covar. in regula peccatum 2. part. 5. n. 3. & paſſim politici.* Nos diſtinctione rem expediamus. Duæ enim hic diſtinguendæ quæſtiones, aliud eſt quærere, an principis tanta ſit poteſtas, ut hominũ conſcientias ligare etiam directo poſſit, & hoc negamus, *arg. d. c. cum inferior de major. & obed.* Solius quippe Dei in eam eſt jus & imperium: aliud an leges à principibus latæ obligent in conſcientiam in oculis Domini? Ubi putem referre, an leges illæ, (ſi modo juſtæ, injuſtæ enim omnino non obligant, *C. quæ contra mores 8 diſtinct. C. Julianus, c. qui reſiſtit. 11. q. 3. arg. l. 26. l.*

35. l.

35. l. 123. ff. de V. O. l. 7. §. 3. de pact. l. 125. de V. S. Jaſon in l. nemo poteſt coll. 18. ff. de leg. 1.) quid jubeant, vel permittant? Illo caſu indiſtincte in conſcientiam obligant. Quicunque enim Deo in minimo reſiſtit, is peccat in conſcientiam. Atqui omnis, qui magiſtratui reſiſtit, reſiſtit Deo ſive poteſtati ejus, *Rom. 13. Prover. 8.* E. omnis, qui magiſtratui reſiſtit, quod fit, ſi leges ejus ſpernit, peccat in conſcientiam. Et omne malum in moribus eſt peccatum, *D. Thom. l. 2. q. 2.* Atqui contra legem principis juſtam facere eſt malum in moribus. E. peccatum. E. obligat in conſcientiam. Hoc caſu non obligant, eſt enim in arbitrio ſubditi illis obtemperare, vel non, citra ullam pœnam, *Thomas c. 2. q. 186. art. 9.* ut enim lex talis non obligat ad mortem vel pœnam civilem, ita nec ad æternam, *Morla in ſuo emporio juris.*

QVÆSTIO V.

An Princeps ſubditis bona ſua poßit auferre, vel jus quæſitum tollere, non refuſo etiam precio?

Id non

ID non poteſt ſummus princeps ſine juſta cauſa. Quicquid n. eſt contra jus divinum, contra jus naturale, & contra jus gentium, id non poteſt princeps: ſub his enim omnibus eſt, *Baldus 4. conſ. 269. Alb. Gent. 1. diſp. regia & Dd. omnes*. Atqui ſubditis bona ſua auferre eſt contra Jus divinum, *Ezech. 46. v. 10.* ubi dicitur, *& non accipiet princeps de hereditate populi per violentiam, & poſſeſſione illorum, ne diſpergatur populus. 3. Regum 21. 4. Reg. 4. v. 7.* Contra Jus naturæ, quo nemini conditio iniqua inferenda, & alter cum alterius damno non debet locupletari, *l. 14. ff. de cond. indeb. l. 206. in R. I.* Contra Jus gentium, quo dominia rerum introducta, *l 5. ff. de l. & I. E.* pro qua ſententia ſatis clari text. in *tit. C. ſi contra jus vel util publ l 3. l. 7. C. de precib. Imp. offerend.* Non obeſt illud vulgare, quaſi princeps ſit dominus totius mundi, *l. benè à Zen. C de quadr præſcript.* Id enim κατὰ πόδα intellectum falſum. 2. ei reſpondet *Seneca l 7. de benef. c. 5. Rex omnia poſſidet imperio, at ſinguli dominio. Alb. Gent. d. diſp. 1.* ubi *Cujac.* ulterius reſpondet, *Fach. 8. controv. 63. 3.* ut & maxime fuiſſet pleniſſimus dominus rerum ſubditorum, tamen ſine culpa illas eis non

poſſet

poſſet aufferre, *c. un. in pr. de natura Feudi 1. F. 7.* Et hoc de Imperatore noſtro ſatis expeditum ex aurea Bulla & capitul. Cæſarea, ubi expreſsè dicitur, Er ſoll die Recht/ Freyheiten vnd Würde derer Fürſten vnd Ständen des Reichs nicht auffheben/ noch mindern/ *Schleudanus libro primo.* Et hoc in tantum verum, ut ſi maxime interdum reſcripta ejus videantur præjudicare tertio, illa tamen ne ita præjudicent, interpretemur, *Mynſing. conſil. 5. obſerv. 97. n. 8. t.t. ſi adverſus jus vel util. publicam 8. l. 3. l. 7. C. de precib Imp. offer. l. impuberi 40. ff. de adminiſt. & per. tut.* Unde in mandatis & reſcriptis privileg. ſemper ſolet clauſula inſeri ſalvo Jure tertii, doch einem jeden ſeine Gerechtigkeit vnnd Freyheiten vorbehalten/oder ſeiner Gerechtigkeit vnvergreifflich.

QUÆSTIO VI.

An verò in caſu neceſſitatis & utilitatis publicæ ſuam rem poteſt aufferre?

ID aſſerimus cum *Mynſing. 5. cent. obſ. 97. n. 4. Gail. 2. obſ. 56. n. 1.* qui hoc communi calculo comprobatum eſſe, ait *d. l. n. 1.*

pro qua ſententia eſt *textus clarus in l. ædificia 14. C. de appr. public. l. Lucius 11. ff. de eviction. l. 15. §. 1. & 2. ff. de R. V. Schrad. de Feud. p. 4. n. 29. & 30.* Hinc princeps vel civitas alia tempore belli ſuburbia incendere poteſt ne hoſtis ſe illic recipiat, *Gail. d. obſerv. 56. n. fin.* Sic ſi dilatanda civitas, & civis fundum & propinquum habeat, eum princeps occupare poteſt, *Gail. d. obſ. 56. n. 2.* quo caſu tamen precium ſolvendum, ne commune damnum uni imponatur, *leg. venditor §. ſi conſtat. ff. comm. præd.* Contra diſputat *Frid. Bruckman in tr. de Regalibus §. ſoluta poteſtas C. 4. effectu 5. n. 16.* qui ne publica ſuadente utilitate, vel neceſſitate exigente id concedit principi, manifeſtè contra Jura. Satis enim decantata illa vulgaria: favor publicus privatæ utilitati præferendus, *c. imperialem de prov. F. alien. per Frid. Gail. d. l. Mynſ. d. obſer.* Utilitatis gratia à regulis Juris communis recedi, & multa permitti, quæ aliàs prohibita, *l. ita vulneratus ff. ad l. Aquil.* Et argumenta *Frid. Bruc.* non tanta ſunt, ut hoc evincant: ad quæ omnia facilime reſpondere poteris, ſi notaveris eum argumentari ab inſufficiente enumeratione cauſarum, ob quas tranſit dominium, vel à regula ad exceptionem,

nem, ut vides fieri in his: Id quod noſtrum eſt ſine facto noſtro, *l. id quod ff. de R. J.* & non debet quis alterius cauſa, *per C. non debet de R. I. in 6. l. ſi quis 33. §. 1. C. de inoff. teſt.* ut in conflictu videbimus.

QVÆSTIO VII.

An verò pro tali re ſubditis à principe perſolvendum precium?

ALii diſtinguunt inter poteſtatem principis ordinariam & abſolutam, ſive plenitudinem poteſtatis, ita ut de hac non teneatur ad ſolutionem precii rerum, quas ſubditis adimat, *Gail: d. obſ. n. 15.* Quæ diſtinctio an hic ubiq; procedat neſcio. Et ſane cum hic verſemur in terminis non juris civilis, quo princeps ſolutus tantum, *d. l. 31. ff. de ll. l. 1. ff. de conſt. princip. Vaſq: illuſtr. cent. Alb. Gent. d. diſp. 1.* ſed juris gentium *arg. l. 5. ff. de j. & j. l. 14. de con. ind. l. 11. de R. J. l. 206. de R. J.* cui ſubeſt & non præeſt princeps, *Baldus d. l. Vaſq: d. l. Morla d. tr. de ll. q. 1.* Putem illam attendi non poſſe. Ego diſtinguo & puto referre, an bona & jura princeps auferat ſubditis ob

inſignem neceſſitatem, an verò non ob eam, ſed tantum ut melius ſit civitati, (puta) ſi dilatanda civitas vel benefaciendum tertio de bonis ſubditi. Hoc caſu indiſtincte ſolvendum precium, *textus in l. venditor 13. §. 1. ff. comm. præd. l. ſi 9. C. de operibus publ. Kopp. deciſ. 59. n. 14. Coler. p. 2. proceſſ. c. 3. n. 368. & ſeqq. Gail. d. obſerv. 56. n. 8. & ſeqq.* Quod ſi ob inſignem neceſſitatem qualis ſubeſt tempore belli, incendii, inundationum, ædificia diruantur, ne incendium totum oppidum conſumat, vel ſuburbia deſtruantur, ne hoſtis ſe eò recipiat, *l. ſi quando. l. ædificia C. de op. p.* putem referre, an illa ædificia ſint igni peritura, vel hoſtis certius ſuburbia occupaturus & conflagraturus, & hactenus nihil ſolvendum, *l. 7. §. 4. ff. quod vi aut clam.* Quod ſi autem id incertum, & nihilominus deſtruantur ædificia & ſuburbia, ut reliquorum civium omnium res ſint ſalvæ & incolumes, ac tota civitas conſervetur, id damnum illis reſtaurandum, ac ædificia viciſſim ædificanda, *d. l. 7. §. 5. l. 49. §. 1. ad l. Aquil. l. 2. l. 1. ff. ad l. Rhod. de jact. Gail. 2. obſ. 22. n. 4. Sichar. ad l. 2. n. 2. C. ad l. Aquil. Treutl. volum. 1. diſq. 8. th. 8. lit. b.* & quidem ſumtibus vel ærarii, ſi id locuples, *d. l. 13. circa*

fin.

fin. ff. com. præd. Kopp. d. l. vel ſi inops, diſtrahenda bona Reipublicæ; *l. fin. C. de vend. rer. civil.* aut ſi etiam hæ deſint, collectæ imponendæ ſecundum cujusq; patrimonii quantitatem, *l. omnes 12. C. de oper. pub. Col. d. l. Gail. d. Ob. n. 6. Benè gloſſ. in l. 2. ff. ad l. Rhod.* Æquiſſimum eſt, damnum pro communi utilitate acceptū eſſe commune.

QVÆSTIO VIII.

An rectè litigator appellat à citatione ad ſententiam audiendum?

RECte judex, ad quem, hanc appellationem ut frivolam, inutilemque ac præpoſteram non admittit. Præpoſterum enim eſt, & temerarium effectum ponere ante cauſam *arg. l. 14. ff. de jure Codicill. l. 46. ff. de condit. & demonſtr.* cauſæ quippe ſunt effectuum cauſæ, & non contra, *Valentin. Forſterus lib. prim. capit. decim. de ſucceſſ. in fine.* At hoc fit, quando appellatur à citatione ad ſententiam. E. malè & præpoſterè. Etenim gravamen eſt cauſa appellationis, *l. 1. ff. de appellat.* Ante verò ſententiam nullum ſubeſt gravamen: per ſenten-

tiam ſiquidem demum ſequi poteſt E. non debebat appellari ante ſententiam à citatione ad eam audiẽdam. E. præpoſterus eſt appellans, cum, nondum gravatus, appellat. Nec citationem judicis ad audiendam ſententiam pro gravamine allegare poteſt. Etenim cum incertum ſit, nondum ſententia publicata, illa quid contineat, verè ceſſat adhuc gravamen. E. etiam appellatio ceſſabit, cum ceſſante cauſa debeat ceſſare effectus, *c. ceſſante de R. Jur. in 6.* ubi latè *Tiraq: l. 6. § quamvis 2. de jure patron. Weſenbec: in parat. ff. de his, qui not. infam. n. 3.* Abutitur igitur talis appellans ſaluberrimo beneficio ad calumniam, ut ſumptibus vexet adverſarium, & litem ex lite ſerat. Unde manifeſte etiam talis appell: prohibetur in *l 7. C. quorum appell. non rec.* Quomodo judices, ad quem non tantùm tales præpoſteras appellationes non recipere, ſed etiam appellantem calumnioſè remittere ad judicem à quo cum in expenſas condemnatione audio: Taliter fortè. Weil aus den Acten ſo viel zu befinden/ daß dieſe Sach an die vorigen Richter zu Eröffnung deſſen durch ſie erholeten Vrtheils billich remittiret wird: Jnmaſſen ſie wir dahin remittiren. Vnd iſt Appellant die Gerichts

richts Koſten dieſer Inſtantz auff richterliche Ermeſſigung zu erlegen ſchuldig. Nihilominus tamen *Veſt. l. 7. c. 3. n. 38.* notat, quod ſententia bona an mala ſit futura appellans à citatione audiatur, ſi ſe non ſimpliciter, ſed cum clauſula in quantum contra ſe eſt ſententia, ſo viel jhm das Urtheil zuwider/ oder ſo viel es jhm beſchweret/ appellet, quaſi ſcilicet hæc clauſula limitet provocationem appellantis, ut non videatur appellaſſe, niſi cum conditione, ſi ſententia contraria ſit. Quæ ut vera ſint de praxi, neſcio tamen an tolerari poſſint de veritate juris noſtri ob dicta *in pr. h. q.*

QVÆSTIO IX.

An Politica præceptis includi poteſt?

Cujus ad quæſtionis diſcuſſionem non parum faciunt, quæ ad quæſtionem *1. D. h. 2.* diximus, ut & ea, quæ notat *Coraſ. de jure in artem redigi, & Hopper: de juris arte.* Etſi verò *Plato 1. de Rep.* adferat nullum unquam hominem lege quicquam ſancire, ſed fortunam ipſam variasque rerum cauſas Jura condere, eademque con-

dita flectere & variare, & *Ariſtotel. 1. Eth. Nicom. 2.* τὰ καλὰ, καὶ τὰ δικαῖα περὶ ὧν ἡ πολιτικὴ σκοπεῖαι, τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνην ὥστε δοκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μή: tamen illa mutatio & varietas non tanta eſt, ut non ad certas regulas certaq; præcepta queat referri, imò huic operi non ignobiles politici non pœnitendam operam dederunt. Et licet hæc præcepta non omnia ſint apodictica, tamen nec ſunt etiam omnia incerta & probabilia, quæ qualia tandem ſint, ea tamen in formam artis redigi poſſe, ſic oſtendo. Quicquid ex certis & indubitatis principiis poteſt deduci, id etiam poteſt redigi in artis formam. Aſt politica omnia vel pleraque ex ejusmodi principiis poſſunt deduci, ut teſtantur politicorum de his ſcripta. E. Quin politicam ut noſtri eam tradunt artem eſſe, ſic evinco. Ubicunque habentur præcepta vera, longo uſu comprobata, ac juſtum in ordinem redacta, ibi & ars. At talia ſunt præcepta pol. quod ſi neges, ad Ariſt. Plat. Bod. Thol. Caſ. Juſt. Lipſ. te ablego. Ergò objicieti quaſi hæc omnia ſint infinita, incerta, & in horam mutabilia: facile ſatisfacere poteris, ſi diſtinguas inter præcepta ipſa & præceptorum uſum ſeu applicationem

tionem illa ſunt finita, certa & juſtum in ordinem redacta. Ad quæ ſi debeat fieri applicatio, i.e. ſi ſecundum illa cives vitam ſuam debeant inſtituere, & actiones confirmare, oritur propter ἀπειρίαν τῶν κατὰ τὸν βίον πράξεων incertitudo magna & infinita mutatio. *ſc. Hic facilis deſcenſus averni. At revocare gradum ſuperasq; evadere ad auras. Hoc opus hic labor.* Et ut maxime præcep. pol. addiſcamus, & ſtrenuè de illis diſputemus, ad πρᾶξιν tamen & particularia ubi deſcendimus propter negociorum molem gravem, varietatem circumſtantiarum infinitam, & morum ac eventuum confuſionem, turbulentam cum Coræbo ultra tria progredi non poſſumus. Ita ſc. aliud eſt diſputare de Rep. aliud benè gerere, *Pet.Greg.5.de Rep. c.3.n.11.* Benè *Juv.ſat.10.*

Omnibus in terris, quæ ſunt à Gadibus uſq;
Auroram & Gangem pauci dignoſcere poſſunt
Vera bona.

QVÆSTIO X.

An conſuetudines feudales ſint jus, ſeu habent vim juris?

VT v. intelligatur, quid Dd. hic controvertant, notandum in uſibus F. haberi & Conſt. Impp. ut *Lothar. c. un. de prob. F. al. per Loth. Frider. c. un. de prob. F. al. per Frid. Henr.* & conſuetudines variorum loc: & prudentum reſponſa. De Conſt. impp. cur dubitent Interpp. non ſubeſt cauſæ, Quicquid n. principi placuit legis habet vigorem, *§. ſed quod I. de J. N. l. 1. ff. de Conſt. Pp. A. Gen. 1. D. R.* Tota v. contentio de uſib. locorum & reſponſis prudentum. At illam ſic dirimo. Omnis conſuetudo, quæ invaluit, *l. 32. ff. de ll.* quæ antiquitus probata uſu diuturno firmata &c. pro lege non immeritò cuſtoditur, *l. 32. §. 1. de ll.* legis vim obtinet, *l. 30. ff de t.* imò legem vincit, *2. F. 1. d. l. 32. Don. 1. com. 10. pac. 1. q. 10.* At, qui tales ſunt conſuetudines. F. *2. F. 33. 2. F. 108.* longævus, E. Et *d l. 1. de Conſt. Pp.* ſatis firmum nobis ſuppeditat argumentum, ex qua ſic colligo. Id quod principi placuit, & populo univerſo juris nomen non immeritò meretur, & jus eſt, *d. l. 1. 1. §. ſed & quod.* Atqui uſus F. illi placuerunt. E. Et quidem cum ex juſſu Frid. 2. uſus illi redacti in ordinem, *Odofr. Aut. caſſa C. de SS. Eccl.* & quidem à *Bald. in proœm. F. n. 4 Alv. in ep. ded. Conſ. F. p. 1. n. 24.* ac

ſecun-

ſecundum illos uſus controverſias decidant, in judiciis allegent, & à canonib. citentur etiam, *C. novit de jud. c. excommunicatũs de hær.* non eſt, quod ſimus de Impp. conſenſu ſolliciti. Et quidem h. q. cum apud nos ſatis ſit expedita, nihil ulterius addo. Plura per otium videbis apud *Curt. Jun. p. 1. q. 1. in pr. de F. Quir. Piſ. 1. de F. Sonſ. p. 5. c. 1. n. 6.* Ac plures aliàs ſub pr. h. tr.

QVÆ-

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM JURIDICARUM

DECURIA QVARTA, ET QUINTA.

Reſpondente

JOHANNE GEORGIO Hagen/ *Winshemio-Franco.*

DECURIÆ IV.

QVÆSTIO PRIMA.

An confeßionem ſibi factam in pœnitentiali confeßione Sacerdos: vocatus in jus rectè revelet?

INter Canoniſtas videtur cõſtare, quod poſſit Sacerdos confeſſarius de conſenſu peccatoris confitentis, delictum confeſſum in judicio revelare, *Hoſtienſ. in ſum. de pœnit. & remiſſion.*

ſion. Thomas Triviſianus l. 1. de cauſarum civilium crimin. hær. dec. 3. pag. mihi 18. cum pluribus d. deciſ. 3. alleg. & ita communiter practicari atteſtatur *Thomas Triviſ. dict. deciſ. 3.* Quod nos hîc non quærimus, ſed illud; An citra conſenſum confeſſoris indiſtinctè paſtor ſive ſacerdos publicare delictum confeſſum in pœnitentia poſſit? Ego in hac quæſtione diſtinguo, & puto referre; an delictum facinoroſus ſacerdoti ut ſacerdoti, hoc eſt, in vim confeſſionis & pœnitentiæ revelarit, ſperans remiſſionem ejus: an verò ſacerdoti revelarit extra pœnitentiam ſecretè, ut aliàs noſtra facta cum quibuſdam, quorum fidei multum tribuimus, communicare ſolemus: hoc poſteriori caſu poteſt benè publicare delictum ſibi apertum, ut id non maneat impunitum, *l. ita vulneratus ff. ad l. Aq.* imo in teſtem productus tenetur veritatem revelare, *Panormit: in c. ſi ſacerdos de offic. ordin. Gomez. tom. 3. variar. reſolut. cap. 13. de tortura reorum pag. mihi 539. n. 9.* etiam invitus, *l. penult. C. de teſtibus N. 90.* etiam de Jure Canonico, *c. 1. c. 4. c. 9. c. ultim. ad d. c. 1. n. 2. de teſt. cog.* Priori caſu refert, an delictum ſit committendum vel commiſſum. Si commiſſum, non debet aliis revelare, *c. ſi*

ſacer-

ſacerdos de offic. ordin. c. omnis utriusq; ſexus de pœnitent. & remiſſion. ibiq; cumpluribus Dd. comment. nec enim ſibi, ſed Deo id confeſſus eſt, *dict. c. ſi ſacerdos d. c. omnis Gomez. d. n. 9. Thom. Triviſ.* In tantum autem volunt Dd. eum non debere revelare confeſſa, ut in judicio ſub juramento de veritate dicenda interrogatus licitè poſſit dicere, ſe neſcire, ſibi nihil conſtare, *Gomez. dict. n. 9.* & quidem abſque mendacio: in teſtimonium n. producitur ut homo, *Thomas Triviſ. d. dec. 3. n. 2.* ut privata perſona, *Gomez. dict. loc.* At ſic neſcit commiſſum ſcelus, nec enim facta fuit confeſſio homini, ſed Deo, *dict. c. omnis dict. c ſi ſacerdos Thomas Triviſ. dict. loc.* Quomodo memini me audiviſſe, Carolum Quintum laudatiſſimum paſtorem contra facientem capite puniviſſe: & Electorem Saxonicum, quendam confeſſionem revelantem ab officio removiſſe, ſecundam diſpoſitionem *dict. c. omnis de pœnitent. & remiſſion.* Imò inſuper graviori pœna afficiendus, *d. c. omnis*, ibiq; *Dd.* Sin committendum, dehortabitur illum diligentiſſime, ut deſiſtat à malo propoſito, & inſuper publicè ſignificare poteſt periculum inſtans, & homines ut circumſpecti ſint, conſtitu-

ſtituant vigiles monere, ita tamen, ut hæc omnia faciat abſque expreſſione perſonæ, quæ crimen confeſſa, *c. omnis*, cujus rei inſigne habes exemplum apud *Damhouder in prax. rerum crim.* de parocho, qui ex confeſſione facinoroſi petentis abſolutionem, ob crimen perpetrandum, futuram oppidi combuſtionem & interitum præmonuit, & conventus à magiſtratu & toto populo, autorem celavit, tenore *d. c. omnis & c. dilectus de exceſſ. præl.*

QVÆSTIO II.

Quid probat Sacerdotis confeſſarii depoſitio?

ITa ſolet interdum contingere, ut Paſtores imprudentes & nimis garruli, ſibi concredita in pœnitentia eliminent: quæritur igitur, quid probet illorum depoſitio? & communis eſt Dd. ſententia, quod nihil probet *Thomas Triviſ. d deciſ. 3. n 2. in fin. Gomez. d. tom. 3. c. 73. n 9.* ita ut ne inditium ad torturam facere queat, *ex Baldo Gomez. d loc.* Rationem alii reddiderint, quod teſtis de rei veritate exponere debeat, *Rut. Ruland 2. de commiſſ. 2. c. 1. n 2.* quæ veritas tamen ei ignota ſit, *argum. di. c. dilectus,*

ctus, d. c. ſi ſacerdos, attamen ſi, quod res eſt, fateri volumus, neſcio an dicta ratio procedat: ex confeſſione n. certè de rei veritate ei conſtat, licet, quoad revelationem ei nihil de ea conſtare debeat, *argum. d. c. dilectus, d. c. ſi ſacerdos*. Neſcio an falſus ſim, ſi dicam, illam depoſitionem eſſe contra leges, *d. c. dilectus d. c. omnis Triviſ. d. n. 2.* & ideo eam eſſe inutilem & pro infecta habendam, *argum. l. 5. C. de ll. l. 26. l. 123. de verbor. O. l. 7. §. 3. de pact.* Et ut maxime valeret etiam, tamen adhuc nihil probaret, cum ſit unus teſtis, cujus teſtimonium nullum eſt, *l. 9. C. de ſtib. c. 10. c. 23. extra d. t. Farinac. quæſt. 63. in princip. & Dd. communiter*, maximè in cauſa criminali, *Farinac. d. l. n. 7. Deuter. 17. v. 7. & 19. v. 15.*

QVÆSTIO III.

An meretrici ſolvens pecuniam, ut ſui copiam faciat, illam poßit repetere?

QUod non poſſit datam pecuniam repetere ſolvens, docent *Dd. com. Azo in ſumm. Codic. de condiction. ob turpem cauſam n. 6. Weſenbecius in paratit. d. tit. n. 2.*

Donel-

Donellus 14. commentar. 24. Treutl. volum. 1. diſput. 22 theſ. 3. Et certè non ſine ratione: Quoties enim ſolius dantis turpitudo verſatur, repetitio ceſſat, *Weſenb. dict. n. 2. Azo d. ſum. n. 2. & n. 6.* At verò cum quis ſolvit meretriculæ promiſſam mercedem, ſolius dantis turpitudo verſatur, *l. 4. §. 3. de condict. ob turp. cauſ. Azo d. n 6.* Ergo repetitio ceſſabit. Non obeſt, ſi dicis, id factum eſſe turpe, quo quis ad delinquendum invitetur, *l. 5. §. 1. ff. de pact. dotal.* & meretriculam libidinis cauſa pecuniam accipientem alios ad delinquendum invitare, & ſic etiam in turpitudine verſari. Reſp. enim in aſſumtis eſſe petitionem principii, & *JCtus Ulpianus in dict. l. 4. §. 1.* manifeſtè diſtinguit duos actus meretriculæ, quorum unus eſt pudicitiam proſtituere, ſcilicet ſui copiam facere, & hactenus turpiter facit, *d. l. 4. §. 1. Azo d. n. 6.* alter pecuniam accipere, qui non eſt turpis, *d. l. 4. §. 1.* nec enim turpitudinem meretricis dignatur lex reſpicere propter utilitatem ſui, *l. 29. ad L. Jul. de adult.* II. quando pecuniam accipit meretrix, non invitat alios, ſed potiùs ſuam libidinem vult conſtrictam, neminem admittens abſq; pecunia. Et tandem, licet utriuſq; verſetur tur-

pitudo, adhuc tamen non dabitur repetitio, *l. penult. de condict. ob turp. cauſam. Weſenb. in par. d. t. ſ. Azo d. l.*

QVÆSTIO IV.

An verò datur actio meretriculæ ad conſequendam mercedem?

ET hîc Dd. varii ſunt: alii n. nimis ſunt illis amici, actionem cum effectu illis largientes, *Cyn. Salicet. Bart. Caſtr.* quorum fundamenta examinat eruditè *Duaren in c. 4. t. de condict. ob turpem cauſam.* Alii nimis rigidi, contra illas omnem actionem illis adimentes, in tantum, ut ne etiam exceptione illas repelli ſit opus; ob illam rationem, quaſi pacta contra bonos mores, nullam vim, nullumq́; robur habeant, *l. 6. C. de pactis. d. l. 5. §. 1. ff. de pactis dotal. l. 5. C. de legib.* nec rerum turpium ulla ſit obligatio, *l. 7. §. 3. ff. de pact. l. 42. ff. de verborum obligationib. l. 61. d. t.* Alii dant actionem, ſed abſque effectu, quod ſemper exceptione doli mali petentes poſſint repelli, *per l penult. ff. de condict. ob turp. cauſ. & l. pen. C. dict. t. l. 134. ff. de verbor.*

verbor. obligat. Videbimus an cùm Duareno poſſimus tranſire. Alii diſtinguere ſolent inter promiſſionem per ſe turpem, quæ nulla ab initio ſit, *l. 26. l. 123. de verb. obligat.* & quæ ſecundum quid. *l. pen. C. de inut. mund.* vide *Duar. d. l. Azod. n. 7. Treutlin. d. diſp.*

QVÆSTIO V.

An verò meretrix ex lucro ſuo, quod comparavit, ex actu meretricio, poteſt facere eleemoſynam?

DIcimus, quod juſtiſſimè faciat meretricula, quando lucrum ex locatione, quaſi corporis ſui, *Morla in emporio jur. tit. 7. de aleatoribus quæſt. 7.* acquiſitum in miſeros & pauperes collocet, & vera pœnitentia facta reſipiſcat, ac de malè quæſitis proximo bènefacere incipiat. Nam nihil tàm naturale, quàm voluntatem Domini volentis, rem in alium transferre, haberi ratam, *§. per traditionem. Inſtit. de rerum diviſ. l. in re mandata. C. mandat. l. nemo. C. de Judæis* .At hìc meretrix Domina lucri id vult tranſ-

ferre in eleemoſynam. E contra æquitatem naturalem facimus, id ei quando non permittimus. Nec eſt, ut de minoris dubites probatione, illa enim ſatis fundata, in *dict. l. 4. §. 3. de condict. ob turpem cauſam. Azo dict. num. 7. Weſenbecius dict. num. 2. Morla dict. l num. 11.* Et ſanè meretricula ſui corporis domina eſt, quod vendere poteſt, *Cajetanus 22. quæſt. 32. arte 7.* datum igitur ob fornicationem loco pretii actus venerei non turpiter accipit, *dict. l. 4. §. 3.* ratione conventionis quaſi *Morla dict. num. final.* Quæ ſententia probatur manifeſtè, *c. obligationes 90. diſt. c. ex tranſmiſſa de decimis.* Qua de vide *D. Thom. 22. quæſt. 32. artic. 7. Morla in emp. dict. l.* qui plures allegat.

QVÆSTIO VI.

An ludere etiam liceat?

QVod non liceat ludere, eſſe communem Dd. opinionem, refert ex *Malvet. de ludo taxillorum Julius Clar. in §. ludus in princ. lib. 5. ſentent.* Et quidem videntur fundamentum habere in *l. final. Cod. de aleatoribus in verbis; nulli liceat,*

neque

neque in publicis, neque privatis locis ludere, etſi contrà factum ſit, condemnatio nulla ſequatur. II. quod peccatum ſit ludere, & III. quod ex quocunque blaſphemetur DEUS, & varia oriantur incommoda, odia, homicidia, &c. id non debeat licere. Atqui ex ludis talia oriuntur, *d. l. final. C. de aleatoribus.* Ergo, At contraria ſententia verior: Quicquid enim legibus fit: id licet. At his ludere permiſſum, *l. 2. ff. de aleatoribus. l. final. C. d. tit. Julius Clar.* E. id licet. Sin tamen immoderatus & intempeſtivus, ita, ut quiſpiam in periculo etiam conſtituatur omittendi, non licet. Benè *Cicer. 1. officior.* Ludo & joco uti quidem licet, ſed ſicut ſomno & quiete. Quâ diſtinctione etiam omnia contraria, ut quæ tantùm de immoderato ludo ſeu abuſu loquuntur, diluo. Et ſanè, quod ludere non ſit peccatum, eruditè tractat *Morla in empor. Jur. tit. 2 de aleatoribus q. 1.* Quod in tantum putat *Morla* verum, *d. q. 1. num. 5.* ut etiam ſacerdotes ſive Epiſcopos licitè ludere aſſerat, & quoad ſcaccos communem eſſe Dd. opinionem, notat *Julius Clar. d. §. ludus. n. 3.*

QVÆSTIO VII.

An ludo amiſſa repeti poſſint?

HAc in quæſtione accuratè diſtinguendum inter jus noſtrum, civile, & conſuetudinem. Quod ad illud attinet, diſtinguo inter ludum admiſſum, & ludum prohibitum, *Sichardus Rubr. de aleatoribus n. 7. Azo in ſum. Cod. de religioſ. & ſumt. num. 26. Julius Clar. dict. loc. Treutlerus volum. 1. diſputat. 22.* ſi ludus prohibitus datur condictio, & victor lucrum victo tenetur reſtituere, *Julius Clar. dict. l. num. 7. Sichardus d. l Azo in ſum. d. l.* textus expreſſus *in l. 1. l. 2. C. hoc tit.* ſi permiſſus & licitus, puta ſi quis certet haſta, pila jacienda, currendo, ſaliendo, pugnando, *l. 2. ff. d. tit. Azo dict. loc. num. 26. Weſenbec. dict. tit. num. 4.* vel in quibus aliàs ingenium exercetur, *Julius Clar. d. §. ludus. num 2.* ut eſt ludus ſcaccorum, *Clar. d. n. 2.* ab initio licuit indiſtinctè, ſponſionem in pecunia fieri, *d. l. 2. d. l 3. ff. & argum. l fin. C. hoc tit.* Poſtea cum varia facinora orirerentur, *Weſenbec. in paratit. h. in princip. dict. l. final.* Juſtinianus conſtituit modum, ita ut ultra ſolidum ludo perditum condicatur, *dict.*

dict. leg. final. Weſenbec. dict. l. num. final. quod verò intra non item, *dict. l. final.* De conſuetudine ludo perditum non condicitur, *Julius Clar. dict. §. num. 7.* etiam ludo ll. non probato, *Clar. dict. num. 7. Weſenbec. in parat. dict. num. final.* Weichbild. *art 101.* quomodo etiam pro victore pronuntiant, *Lipſenſes pag. 5. conſult. conſtitut. Saxon. quæſt. 7. Vivius comm. aſſ. 163.* & hoc in tantum verum putant, ut etiam in conſcientia id non debeat reſtituere, *Lipſenſes dict. quæſt poſt Covar. in regula peccatum 2. pag. §. 4. n. 6. Morla d. t. quæſt ult. §. 2 & 3.* ſi modo dolus & fraus, quæ nemini prodeſſe debet, abfuerit, *Lipſenſ d. quæſt. 7.* Auguſtinus: *Morla in empor d. tit. quæſt. 2. num. 5.* & ludens habuerit liberam bonorum adminiſtrationem, aliàs enim ſervatur jus Commune, *Lipſenſ dict. q. 7.* de quo vide *Azonem in d. ſum. n. 27. Morlam d. l. num. 7. cum ſeqq.*

QVÆSTIO VIII.

Quid verò, ſi pecunia promiſſa, nec appoſita fuit?

AN hic ſubſit obligatio ingenti animorum contentione agitatum eſſe, ait *Morla d. tr. quæſt. 3 n. fin.* de jure civili victus omninò tenebitur, ſi ludo probatò ultra ſolidum non perdiderit, *l. fin. C. de religioſ. Morla d. quæſt. fin. n. fin.* Lipſenſes ut pecuniæ ſolutæ ex ludo conditionem negant, ita etiam promiſſæ exactionem, d. quæſt. 7. quemadmodum etiam victori mutuanti in ludo repetitionem, vide varia. reſolut: Lipſ: ex conſuetudine autem communi illam pecuniam repeti, atteſtatur *Julius Clar: d l. n. 8.* & putem victum teneri ad præſtationem pecuniæ promiſſæ, de moribus noſtris, cum quod ſemel placuit, amplius diſplicere non debeat, *l. 1. ff. de pact.* & ludere Indiſtincte iis ſit receptum, *Weſ. hic d. n. f. Morla d. tr. Jul. Clar. d. §. ludus per totum Lipſenſes d. q. 7.*

QVÆSTIO IX.

An exercitium pilæ JURE Civili probatur?

CUm in hoc Studioſi præ aliis omnibus excellant, & id frequenter uſurpent, de hoc quid annectam. Et in ll. noſtris

id pro-

id probatur, *l. 11. in princip. ff. ad l. Aquil. l. 52. § fin. ff. d. tit.* in tantum, ut ſi quis impetu celeri excipians pilam, alium occurrentem damno gravi etiam afficiat, puta crus frangat, non teneatur, *dict. l. 52. §. final.* maximè ſi in loco conſueto ſe exercuerit, *d. l. 11. in princip. argum. §. itaque Inſtitut. d. tit.* Et licet forte ll. noſtris non probetur ob pecuniam pila licere ludere, *argum. dict. l. 2. dict. l. 3. ff. de aleatoribus Azo in ſum. d. n. 26.* forte quod potius voluptatis, aut etiam ſuavitatis, quàm virtutis gratia pila ludamus, de conſuetudine tamen, cum omnibus pene ludis pecunia ludatur, *Jul. Clar. d. l. Weſenbec: in parat. n. f. Morla d. l. Lipſenſ. d. quæ. 7.* & verò pilæ ludus ab omnibus honeſtiſſimus judicetur, & ll. noſtris etiam probetur, *d. l. 52. §. fin. dict. l. 11. in princip.* jure in eo pecunia perdita retinetur, & exigitur etiam argumento eorum, quæ ſub præcedenti quæſt. dicta.

QVÆSTIO X.

An Legati licitè tractent etiam ultra mandatum?

SI ullibi verus Pindarus, in Politicis morem omninò eſſe Regem, inquiens *Herodotus in Thál. & Ariſtoteles 1. Ethicor. Nicom. cap. 2.* τὰ πολιτικὰ νόμῳ εἶναι, φύσει δὲ μὴ, certè inobeunda legatione non fallunt, pro locorum, temporum, rerum varietate, difficultate, infinitis penè cautelis & circumſpectionibus opus, quod ad regulam velle redigere, eſt impoſſibile quid tentare, ut verò aliàs pro rerum natura non exacta ſemper tractatio requirenda, *Ariſtoteles 1. Nicomach. 2* & nobis utendum navigatione ſecunda, ſiquidem prima minus ſuccedat, ita etiam in hac noſtra quæſtione probabilibus contenti eſſe debemus. Cum Politicis nos diſtinguimus, & putamus referre, an literis credentialib. appoſita clauſula: cætera tuæ prudentiæ & diſcretioni committimus, *Gail. l. 1. de pace public. cap. 4. n. 30.* mit vollmechtiger Gewalt / *receſſu 142.* daß ſie in gleichmäſſigen Anſchlägen in Rahtſchlägen handeln vnd ſchlieſſen ſollen / quomodo ſtatus Imperii ſuos ſolent ablegare, ut paſſim videre eſt in des Reichs Abſchieden / qui ut liberius agere poſſunt, ita nihil niſi quod ex commodo Principis rel Reipublicæ eſſe videtur, agere & concedere debent,

bent, *Æſchines.* Sin Legatis certa forma præſcripta, ultra illam non agant, *Albert. Gentil. lib. 3. de legat. cap. 16.* cujus theſeos rationem habet *Gellius lib. 1. cap. 13.* ſecundum quam legati urbium Imperialium confeſſionis inſcriptis factæ confutationis Imp. ſaltem exemplar poſtularunt, receſſu Auguſt. Anno 1530. & ubi quid proponi videant, quod ex re principis eſſe videatur, de eo maturè illum certiorem reddant, cujus mandato omnia plenius & tutius acturi ſint: quomodo fecerunt Legati urb, imp. Auguſt. Ann. 1530. Schönborner *lib. 3. Politic. cap. 29.* quo ſenſu loquitur Imperat: *in l. 1. C. de mandat. princip.* Tantùm ſi res, ob quam legatio commiſſa, non amplius integra & ſalva, ita ut executio in ignominiam vel maximum incommodum principis vergat, eam non exequatur abſq; novis literis credentialibus.

CECU-

DECURIÆ V.

QVÆSTIO PRIMA.

An Legati ſimpliciter ſancti & inviolabiles?

IN hac quæſtione putem referre, an Legatus ſuſceperit cauſam bonam, juſtam, cujus maxime interſit Reipubl. an verò turpem & iniquam, quæ allatura ſit non leve incommodum. In turpi non gaudebit privilegiis legatorum, nec etiam erit inviolabilis; cum enim hæc ſint, & à jure divino & humano, *Cicer. 3. Verr.* & verò turpia perficiendo agat cōtra illa jura privilegiis illorum non gaudebit, *argum. l. 34. ff. de minor.* & hactenus nōn ſuſcipere legationem debet, ac Deo magis obedire, quàm hominibus, *Stephan. Jun. in tractat. de jure majeſtat quæſt. 3.* In bona & juſta cauſa diſtinguunt, an digne & decenter legatione fungatur, an indigne & omnis generis delicta admittat. Si dignè, omnino eſt inviolabilis: ſunt enim legati ſancti, *l. final. de legation. Cic. Verr. 3.* At ſanctum ab injuria hominum defenſum & munitum, *l. 8. ff. de R. D. §. ſancta Inſtit. dict. tit. textus in l. ultim. ff. de legat.* & ejusmodi

contra

contra jus gentium Legatum pulſantem hoſtibus adductum eſſe. Q. Mutius reſpōdere ſolitus eſt, *d. l. final. de jure Canon. excommunicantur c. valdè & ſequent. diſtinct. 5. quæſtion. quart. Bodinus 5. de Republica 6. n. 618.* Si indignè, omnino puniri poteſt, nec enim delicta debent eſſe impunita, *l. ita vulneratus ad l. Aquil.* At ſi ſimpliciter legatus inviolabilis id fieri non poſſet. Sic Alexander Legatos Perſicos, fœmellarum pudicitiam attentantes, rectiſſimè trucidabat, vide *Gregor. Tholoſ. l. 11. c. 10. §. 14. l. 21. c. 12. §. 2.*

QVÆSTIO II.

An mittens Legatum redemtionis precium debeat ſolvere?

SÆpius accidit, ut Legati in latrones incid[illegible] ac pro ſalute & incolumitate, certa[illegible]cuniæ ſummam ſolvere coguntur: quæritur ergò, cui imputandi ſumtus illi? putem, ſi nihil ſit, quod Legatis imputari poſſit, mittentem id redemtionis pretium ſolvere debere. Etenim legationis munus inviti etiam ſuſcipere coguntur, *leg. 1. §. 2. ff. de munerib. l. 5. §. advocat. 13. de his, quibus ut indignis, l. 4. §. 5. de legat* patriæ inſervire cum à natura ſint obſtricti,

l. 3.

l. 3. ff. de L. & L. Atqui talia officia nemini debent eſſe damnoſa, *l. cum 44. de d.imn. infect.* E. & legativum ex forma reſtituendum, *l. 2. §. his, qui fin. tot. de legation.* At & redemtionis pretium pertinet ad legativum. E. idque eò magis, cum inviti, & coacti quaſi id ſolverint, *Goclen. problemat. 18. quæſtionum Ethicar. pag. 511.* ac ita deciſum fuiſſe, teſtatur *Hieronymus à Laurentiis. deciſion. 126.* quomodo ſentire etiam videtur *Georgius* Schönborner *lib. 3. pol. c. 31.*

QVÆSTIO III.

An Legati dona accepta, Principi mittẽti reſtituere debeant?

ALii populi ſuis legatis ſolen[illegible]erdicere, ne munera accipiant, [illegible]madmodum de Venetis refert *Hermol. Barb. de rep. Venet.* ac de Athenienſibus *Xenoph. lib. 7. rer. Græc.* Contra tamen alii obſervant, & nos cum politicis communiter præſupponimus, Legatos munera ex honore & benevolentia oblatâ accipere poſſe, *Albert. Gentil. l. 3. de legat. c. 13.* Pro deciſione ergò hujus quæſtionis puto referre, an Legatis illa

illa munera offerantur, & ſua illa facient, cum quilibet ſuam conditionem poſſit facere meliorem, *princip. Inſtitut. de auth. tutor. textus in l. 60. §. final. ff. pro ſocio*, an verò per illos principi mittenti, & principi debent reſtituere, quemadmodum etiam, ſi non quidem expreſſa perſona mittantur, ſc. principis, attamen ex doni qualitate appareat, quaſi principi id velint collatum, ei debent reſtituere, *Coſtal. ad l. qui 49. de procuratoribus.*

QVÆSTIO IV.

An ſpurij, eò, quod infames ſint, rectè à civitate arceantur?

ITa diſputat *Johan. Caſ. 4. in ſphær. civit. 7.* at neſcio, an ſatis ſolido & firmo fundamento. Melius illi mihi videntur ſentire, qui putant, ſpurios poſſe civitate donari, ſeu cives eſſe, quemadmodum bene poteſt oſtendi ex iis, quæ latè diſputat de ſpuriis Palæottus. Sic ergo. Quicunque eſt aptus, cum cæteris, ad colendam ſocietatem, is poteſt etiam eſſe civis: Civis ſiquidem non ignobilibus politicis, eſt homo

qui

qui cũ cæteris ad juſtè colendam ſocietatẽ coit. Atqui & ſpurii ſunt apti ad juſtè colendã ſocietatẽ cũ cœteris. E. Cum n. homo ſit τῇ φύσει ζῶον πολιτικὸν, *Ariſtot. 1. politic. c. 2. pagin. 380. liter. e.* ubi addit rationem: φιλάλληλον ſociabile & ad convictum mutuum proſeminatum, *Ariſtotel. dict. cap. 2. Seneca lib. 1. de clement. cap. 3. lib. 2. de benefic. cap. 1. Cicero de finibus, Scaliger lib. 1. de plantis ſect. 61. & lib. 4. poët. c. 16.* & verò ſpurii ſint homines, cur & hi non apti ad juſtè colendam ſocietatem. Quin cui convenit definitio, ei etiam definitum. At civis definitio etiam ſpecialior competit ſpuriis. E. Ariſtoteli enim civis eſt, qui imperii ſuffragiorum, conſiliique politici eſt particeps. Atqui & ſpurii de jure noſtro & moribus etiam ſunt horum participes. E. Hi enim poſſunt fieri Decuriones, *l. ſpurij ff. de decurionibus l. 6. §. 2 dict. tit.* poſſunt fieri Doctores, *Palæott. cap. 56. de ſpuriis n. 8.* ad omnes dignitates admitti, *Palæot. dict. c.* imò Cardinales creari, & Pontifices fieri, ex diſpenſatione Pontificis; *Palæott. c. 57. n. fin.* Id parum ſtringit, ſi dicis cum Johann. Caſ. Civitatem debere habere rationem famæ & boni nominis, quibus tamen cum ſpurii careant, eos non poſſe eſſe

cives.

cives. Regero, falſum hic eſſe Johan. Caſ. ut ſcitè & late tractat *Palæott. c. 55. dict. tractat. Thonſin. deciſio. 48. cum ſequentib. Facbin. 4. controverſ. quæſt. 93. Arumæ. diſp. Juſtin. 11. quæſt. 9. Hænon. diſputat. 2. quæſt. 13. & alij complur: ab his allegati.* Ubicunq; enim nullum admiſſum, nullum delictum, ibi nec ulla poteſt eſſe infamia, hæc enim omnis, ex noſtro admiſſo, *argument. §. 1. Inſtitut. de obligat. quæ ex delicto naſcit. l. 5. §. 3. de variar. & extra cognat. Vult. 1. Jurisprudent. Rom. 26. n. 1.* Atqui ſpurius hic nihil admiſit, *text. in l. 6. in princip. ff. de decurion. c. naſci 56. diſtinct. l. final. C. de natur. liberor.* E. Inquis, attamen ſpurii famam aliquo modo apud bonos viros eſſe gravatam, quod ſit laborare infamia facti: Reſp: Imò vir bonus & juſtus non gravat alterius famam, niſi ſubſit factum malum. At tale hic nullum eſt, *dict. l. 6. in pr. de decurionibus.* Quod ſit vulgo conceptus, hoc vir bonus non attendit, quia ſcit ex fornicatione naſci, non filii, ſed parentis delictum eſſe, *dict. l. fin. C. de natur. l. c. naſci diſtin. 56.* Illud fundamentum Caſi parum urget, quaſi turpitudini & fornicationi occaſio præbeatur, ſi cives eſſe poſſe hos admittamus, *Joh. Caſ. d. l. ar. corum quæ habet An.*

H Gail.

Gail. l. 2. ob. 188. num. 1. 23. nam hoc argumentum ſic concludit, totum legitimationis beneficium eſſet reſpuendum contra omnia jura, II. nihilominus manent conſtitutæ hominibus libidinoſis & fornicantib. pœnæ quib. frenum impudicæ vitæ injicitur. & III. ſi hic ulla poteſt eſſe fornicandi occaſio, illa tamen tantum eſt ex accidenti, quod jus noſtrum non conſiderat, vide late *Palæott. dict. tractat. c. 55. & multis ſeqq.*

QVÆSTIO V.

An deficientibus conſuetudinibus Feudorum, in decidendis controverſiis de feudis, Jus Canonicum, vel Civile, ſi inter ſe pugnant, præferendum?

HAc in quæſtione pulchrâ *Maran. in aur. prax. pag. 3. n. 88.* Feudiſtæ admodum ſunt varii, *Molinæus in conſuetud. Pariſ. §. 1. gloſ. 5. num. 72. &* poſt eum Niell. docent, controverſias feudales ex ſcripto jure, id eſt; Romano eſſe dicendas

Econ-

Econtrario *Mœrn.d.l.Schrader pag.1.quæſt. 6. num. 1, & ſeqq. Arumæ. diſputat.feud.1. theſi 16.* & alii, ab his enumerati dicunt ex jure Canonico. Et certè hi omnes non diſputant ſine firmis fundamentis,ut dubitem, in quorum caſtra magis ſit tranſeundum, *Molin. Niell. Reig. Gœdd. diſp.feud.1. theſ.9. ſe* fundant in *c. un. de feud. cogn. 2. feud.1.* ubi apertè Obertus de Orto atteſtatur, nos uti poſſe Ll. Rom. *Molin. dict. loc.* ſi caſus emergat, qui conſuetudine feudi non ſit comprehẽſus, qui textus videtur eſſe ſatis clarus pro Molin: contra quem parum obeſt, ſi dicas *dict. cap. un.* non excludi Jus Canonicum, ſed potius includi, cum & id ſit ſcriptum. Feudiſta autem generaliter *dict. c. un.* remittat ad legem ſcriptam, conſuetudine feudi deficiente. Etenim ipſe contextus oſtendit, Feudiſtam in *fin. d. princ.* intelligere per legem ſcriptam, non Canonicum etiam jus, ſed Civile tantùm: nam confert inter ſeſe ibi leges Rom. & conſuetudines feudales, aſſerens, magnam quidem eſſe Ll. Rom. autoritatem, attamen non tantùm ut mores, ſeu uſus, id eſt, conſuetudines F. vincant, *propter leg.31. ff. de Ll. Don. 1. com. 10.* hæc ut maximè ita ſint, tamen de-

 ficien-

ſcientibus conſuetudinibus feudorum, nos ad legem ſcriptam, id eſt Jus civile Rom. recurrere debere? facit quod legis verbum abſolute poſitum intelligat, *de Ll. Rom. arg. §. 2. Inſtit. de jur. nat.* 3. Et ipſi diſſentientes in *d. c. un.* verba illa, legem ſcriptam, interpretantur de Ll. Rom. *Arumæ. diſp. feud. 6. theſ. fin.* 4. idq; ſatis probat *d. c. un. de feud. cogn. 2. F. 1. & c. un. qui feuda dare poſſ. §. ſin autem annus 1. Feud. 1.* Poſteriores nituntur illa regula. Quod in caufis & materiis, peccata & animæ ſalutem concernentibus, ſemper juris canonici diſpoſitio ſit attendẽda, *c. nolit de judic. c. fin. de for. compet. in 6.* At verò in feudis propter juramentum, quod ibi præſtandum, c. un. per quos fiat inveſt: ſunt ejusmodi cauſæ, concernentes conſcientiam & pietatem. E. Nos jam utramque conjungimus opinionem, & tàm jus canon. propter dictam regulam, quàm civile, *d. c. un. de F. cogn.* dicimus in decidendis controverſiis feudal. uſibus feudorum ceſſantibus adhiberi poſſe, cum hac tamen diſcretione, ut ſi cauſa ſit civilis, ſive ſæcularis, jus civile ob ea, quæ habet *Molin. Niell. Gœdd. d. l.* ſi ſpiritualis, concernens peccatum vel conſcientiam Jus canon. ar. illorum,

quæ

quæ habet *Schrad. d. loc. & Arumæ. diſp. F. 2. th. 16.* adhibeatur.

QVÆSTIO VI.

An in dubio Princeps præſumitur cuipiam præjudicare velle?

ID nego cum *Mynſ. 5. obſerv. q. 7. n. 8.* ne etiam in minimo *Mynſ. d. l.* nec enim privilegia principis ad alienam injuriam porrigi poſſunt, *l. 40. ff. de adm. & per tu.* quomodo paſſim illa clauſula ſolet in reſcriptis apponi: ſalvo jure tertii: ut viſum *Coraſ. ad l. 13. n. 5. de conſt. princip.*

QVÆSTIO VII.

An contra Jus ſtatuere præſumitur?

SI juſta ſubeſt cauſa, poteſt ſub diſtinctione tamen, contra Jus gentium, vel naturale non poteſt, ſubeſt enim his omnibus, *Calvin. in tract. de princip. Bald. Albert. Gentil. diſput. reg.* Poteſt ex juſta cauſa contra jus civile: penes enim ipſum eſt Ll. abrogare, *l. fin. ff. de Ll.* & eſt qſ. delegatus

H 3 Dei

Dei in terris, *ac. Novell. 1. in fin. & Clem. 1. de probat*, ac quaſi Deus inter homines, *Ariſtotel. 3. politic. 9.*

QVÆSTIO VIII.

An Magiſtratus anniverſarius perpetuò præſtat?

ITa quibuſdam videtur. Per vices enim, ajunt, imperandum, parendum item per viciſſitudinem, *ex Ariſt. 2. polit. 2.* Ubi enim alias ſpes agricolarum: ubi præmium virtutis: ubi honoris participatio, ubi unio Reipub. maxima conſervatrix: Qnorſum munera dignitatis in civitate, ſi uni perpetuò concedantur? *Caſ. l. 2. ſphær. civ. cap. 1.* ſuadet hoc concordia, diſſuadet ſeditionum cauſa, præmiorum inæqualitas. Verti ergò Magiſtratus debet: prior munus deponat, alter ſubeat prior ſe ab dicet, alter inauguretur: Ita, ut dixi, alii: at ego addubito valde an tam brevi ſpacio (annuo ſc.) aliquid benè geri poſſit: pri' n. imperium deponere neceſſe, quàm ut quid gerendum ſit, intelligatur. *Richt ax pol. 325.* Magiſtratus indolem & mores ſubditorū cognitos ac peſpectos habeat, & modum guber-

gubernandi ſciat, *Keck. l. 1. pol. c. 7. Timpl. l. 3. pol. c. 1. q 3.* at quomodo hoc fieri poterit, ſi priusquam fere manum operi admoveris, alter repente novus adſit magiſtratus: qui manum de tabula, *Richter ax. pol. 325.* ſi & huic alius & alius itidem ſubſtituatur, novi omnes: ita ſane Reſp. magiſtratibus rerum gerendarum peritis ſemper caritura eſt, *Bod. l. 4. de rep. c. 14.* De faſtu & improbitate perpetuorum ſi conquereris, ſi eos nimia licentia inebriari dicas, ſi tibi ad rem attentiores odioſi, Muſcas jam ſaturatas depelli, locum ut cedant recentibus, quæ advolant famelicæ, haud ſcio an vulpecula Æſopica magis optetur, quam Sicilia expilata Verris ab dicationem. Plura in congreſſu videbimus.

QVÆSTIO IX.

An & imperium hominis ſuper hominem naturale?

ITa *Ariſt. 1. pol. c. 5. & 1. pol. 2. p. (mihi) 329.* cujus ratio in linea *11. d. c. 2.* Naturæ convenit, & natura ita ſervatur, ut in omnibus, quæ plura ſint, appareat quid, quod imperet, & quid, quod pareat, *Ariſtot.*

ſic enim inter terreſtria animalia leo, inter volatitia Aquila, inter planetas ſol. E. ſi homo præſtans, imperet minus præſtanti id naturæ conveniens: Sic natura anima imperat corpori, *Ariſt. d. c.5. At, inquis*, interdum corpus animæ, *Ariſt. d. l.* Reſp. at φαύλως καὶ παρὰ φύσιν, *Ariſt. d. l.*

QVÆSTIO X.

An jus ſtatutarium Saxonicum iniquum, & abſq; ratione?

SIc alii id iniquiſſimum eſſe clamitant, ut refert *Dn. Coler. deciſion.* 135. *n.* 2 & *ſeqq.* at iis benè idem in *orat. de orig. progreſſ. & util Juris Sax.* reſpondet, ubi id, inſigniter ibidem commendat. Id certum hoc jus potius ex uſu forenſi, quàm ipſis literis eſſe addiſcendum, *Hartm. Piſtor. pag.* 2. *quæſt.* 25. *n.* 35. & 16. *n.* 11.

COROLLARIA.

Peregrinis donanda civitas.

Perio-

Periodum cujusque Reipublicæ eſſe fatalem ridiculum.

Non cuiq; Reipubl. monarchicum conducit imperium.?

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM JURIDICARUM

DECURIA SEXTA, ET SEPTIMA.

Reſpondente

JOHANNE Göß *COBURG.*

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

An Judex, cui in confeßione de facto, vel crimine patefacta veritas, in judicando, ſive decidendo, quando exactis de veritate non conſtat, & nihil, vel aliud probatur, ſuam conſcientiam ſequi poßit?

Quæ-

Quæſtio hæc ſępiùs occurrere poteſt in terris Pontificum & Academiis. Ut verò malius intelligatur, quid velim, pono caſum: Eſt facinoroſus qui aliquem occidit, vel adulterium commiſit, vel furto vicini res abſtulit, aut ſimile facinus commiſit; hic morſu conſcientię coactus, ſacerdoti in confeſſione pœnitentiali confitetur illud facinus: pòſt, coram illo ſacerdote de illo crimine vel facto, (nam hodie Clerici habent jurisdictionem in terris pontificum, *c. 1. c. 12. extra de for. compet. ibid. Cujac. Kling. & Dd. communiter Vult. ad l. 1. C. de jurisd.* etiam in criminibus, *c. 10. extra de judic. Farinac. in prax. & theor. crim. q. 8. n. 1. & Dd. communiter*, paucis caſibus exceptis, de quibus dicti Dd.) convenitur, actor autẽ deficit in probatione, quæritur an ſecundum ſuam conſcientiam reum condemnare debeat? ſic noſtris in Academiis paſtores ſolent Rectores Magnifici creari, fac ergò, ſtudioſum coram eo de homicidio, vel ſimili crimine, (præſuppono hic Rectores Academiarum, poſſe habere merum imperium, *Bl. in auth. habita n. 53. C. ne filius pro patr. Pac. ad d. auth. n. 9. Vult.*

ad l.

ad l. 10. n. 3. C. ubi cauſæ fiſcal. licet hic ex ſpeciali privilegio id eis concedat, *Accurſ. in d. auth. Old. de jure ſingulari p. 529. & Dd. comm.* aliud licet videatur ſentire *Muſcorn. de jurisdict. n. 76. Treutl. diſput. 3. vol. 1. theſ. 4. lit. F.)* conventum id in in pœnitentia eſſe confeſſum, ex actis autem non conſtare, an is ſit author, vel non, jam quæritur; an in judicando ſecundum hanc ſuam cõſcientiam illum debeat condemnare? Antequam autem hanc quæſtionem definiam, præſuppono itidem judicem ſecundum conſcientiam ſuam debere judicare, ſi aliter ſibi in ea conſtet, quàm acta probant, *per l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. arg. l. cum quem 79 ff. de judic. l. 3. ff. de teſtib. l. 1. ff. ad Sctm Turpil. l. 15. ff. ad municipal. l. ſunt perſonæ ff. de religioſis Hottom. illuſtr. quæſt. 27. Corraſ. 4. miſcellan. 20. Vaſq. lib. 1. illuſtr. controverſ. 14. Treutler. diſput. 4. volum. 2. Arumæ. in inſtitut. diſput. 6. in corolar. & Dd. communiter.* aliud vult *Covarruv. 1. variarum reſolut. 1. n. 6. Pacianus t. probat. 4. n. 7. Cacheranus deciſion. 1. n. 43. & Cynus in l. unic. n. 3. C. ut quæ deſunt advocatis,* diſtinguit, qua de quæſtione alibi plura. His præſuppoſitis, dico, judicem

tem hujusmodi, cui conventus in confeſ-ſione pœnitentiali id delictum ob ſalutem ſuam confeſſus eſt, ſecundum ſuam conſcientiam non debere eum condemnare, ſi acta eum illius criminis reum non probent. Pro qua mea poſitione jam ſic concludo: Quoties actor nihil probat, toties reus abſolvendus, *l. qui accuſaret de edend. c. ult. §. ultra extra de jurejur. Covar. 1. reſolut. 1. n. 8. Morla in præmiſſ. tit. de fide inſtrum. n. 49. Pacianus dict. loco Cacheranus dict. loco. Trentacinq. de probat. reſp. 1. nu. 2.* Atqui actor non evicit in actis hunc confeſſionarium hoc delictum admiſiſſe, (præſuppono enim caſum, ubi actor deficit in probatione, & de facto atque authore tantùm judici conſtat,) E. erit abſolvendus. Non obeſt, ſi dicis, judicem ſecundum probationem factam judicare debere, *l. 10. §. fin. ff. de edend. l. 6. l. 14. ff. de probation.* ſiquidem probationem factam ſufficientem putaverit, cum judicis diſcretioni, cui probandum *l. quinquaginta in fine ff. de probat. Dd. com.* committant, æſtimare, an allegata ſufficientia ſint, vel non, *text. in l. 2. §. 1. & 2. ff. de teſtib. l. 22. §. generaliter de R. J. l. 1. de legat. 2. l. 79. §. 1. de judic. Nov.*

126. §.

126. §.1. *Weſenbet. de probat. n. 3.* quod ſi autem videat aliud acta & probata intendere, & aliud ipſam rem & conſcientiam dictare, ibi ſi omninò pronunciandum potius conſcientiam & veritatem, quàm acta & allegata ſequetur, *d. l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. Vaſq. d. lib. 1. c. 14. Hottom. d. loco Coraſ. d. c. 20.* ſive ſit ſuperior, ſive inferior judex, contra quam arbitratus, *Guido Papa deciſ. 29. Cynus in l. unic. n. 3. Cod. ut quæ deſunt advocatis.* Quin judex ſemper unicuique ut verè dignus tribuere debet, *2. paralip. 19. verſ. 6. Job. 24. v. 14. Rom. 13. Geneſ. 9. v. 6.* & potius veritatem & æquitatem, quàm falſitatem in pronunciando ſequi, *l. quod ſi Epheſi §. fin. ff. de eo, quod certo loco l. 1. §. 1. & 2. ff. de teſtib. argum. l. 1. §. expilatores ff. de effractoribus c. de cauſis de offic. delegat.* At quis bonum, quis æquum eſſe dixerit, judex ſi condemnet illum, quem revera novit, eſſe innocentem, & inique actione ſive accuſatione pulſari, aut abſolvat contra eum, quem verè nocentem & facinoroſum eſſe, ex propria confeſſione habet compertum. Jam verò judex in noſtro caſu ob confeſſionem ſibi factam conventum verè nocentem & facinoroſum ſcit, licet aliud acta probent. E. illum

illùm omninò debet condemnare, niſi forſan dementes aſſerere velimus, eum neglecta veritate falſitatem & iniquitatem ſequi debere, condemnare innocentem, & nocentem abſolvere; contra quem Dominus præcipit, & omnia jura volunt, *d. c. 13. ad Rom. 2. paralip. 19. verſ. 6. d. l. illicitas §. veritas d. l. 1. §. 1. de teſtib.* Quæ ut & alia plura ita diſputari poſſunt, at nihil obſtant, ut dixi. In noſtro ſiquidem judice, cui in pœnitentia facinoroſus crimen confeſſus, ut ſibi remitteretur, duo notanda & diſtinguenda ſunt: 1. eſſe judicem & hominem: & 2. eſſe ſacerdotem ſive miniſtrum Dei in Eccleſia. Ut eſt ſacerdos, ſcit verè illum eſſe facinoroſum: ut verò jam eſt judex & homo ac de convento verè reo, non tamen ex actis & allegatis convicto, jus decernere debet, id ignorat, ſi modò vera, quæ tradit *Marian. Socc. in c. cum Matthæus de Symon. n. 1. Bl. in l. archigerontes C. de epiſcop. aud. Thom. Triviſian. lib. 1. deciſ. 3.* pœnitentis ſiquidem confeſſio fuit facta Deo non homini, *Thomas Triviſ. d. deciſ. 3. n. 2. pag. (mihi) 14. text. in c. ſi ſacerdos de offic. jud. c. ordin.* & dicitur ſcire non ut homo, privata perſona, ſed ut Deus, *c. dilectus de exceſſ. prælat. c. omnis utriusque*

ſexus

ſexus de pœnitent. & remiſſ. Gometz. 3. reſolut. c. 13. n. 9. pag. (mihi) 539. Cum ergo hic noſter judex ſacerdos, cui crimen pœnitens confeſſus, ut judex & homo veritatem ignoret; & verò in dubio judex acta & allegata, quando aliud non conſtat, *Trentacinq. dict. loco Vaſq. d. loc. Coraſ. dict. loc. Hottom. d. loc.* ſequi debeat, *Morla dict. loc.* abdicerem noſtrum judicem rectè eum abſolvere. Conſcientiam ejus quando allegas, dico, te petere principium, & id, quod quæritur, pro firmo & probato proferre, per *d. c cum dilectus*, & ea, quæ habet *Triviſian. & Gomez. dict. loc.* 2. confunduntur officia, quæ tamen *in d. c. cum dilectus & c. omnis utriusque à Thom. Triviſ. Bald. Soc. & à Thoma 4. deciſ. 21. quæſt. 3. art. 1. Gomez. d. loc.* accuratè diſcernuntur. Noſter enim judex inſuper eſt etiam ſacerdos; cui confeſſio ut Deo facta. *d. c. omnis Gomez d. l.* oppoſita verò de judice tantùm ut homine loquuntur; quomodo in iis, quæ opponi poſſunt, committitur fallacia à dicto ſecundum quid, & fit etiam confuſio officiorum. Hæc ita hâc de quæſtione exercitii, & evolvendæ veritatis gratia diſputare volui, meliora edoctus libenter animum mutaturus, mens n. eſt ἐπαναφωνητική

τῆς

τῆς ἀληθείας καὶ τὰ οἰκεῖα ἀναιρεῖν, *Ariſtot. 1. Ethic. c. 6 Scaliger exercit 6. ſect. 4.* nec tueri audaciter & pertinaciter errores, quos ii, qui commiſere, ſi viverent, emendarent, ut pluribus conqueritur *Scalig. lib. 3. de cauſ. ling. lat. 167.*

QVÆSTIO II.

An ad defenſionem ſui quem occidens in ſua conſcientia & foro poli eſt tutus?

ID alibi non videtur verum Accurſio, qui diſtinguit inter forum fori, & forum poli, ita ut hic & in ſua conſcientia non ſit tutus; at benè ibi, & civiliter Et talem mortaliter peccare, aït alibi Johan. dei mola. Et certè ii, qui ob corporis ſui tutelam alios occiderunt, poſt necem admiſſam ſæpiùs ſolent eſſe triſtiores, & conſcientiam habere aliquo modo obmurmurantem. Verùm fruſtra & ſine cauſa, nam quod is der Benöhtigt füglich / ohne Fährligkeit / oder Verletzung ſeines Leibes / Lebens / Ehre vnd guten Leumundts / nicht kan entweichen / vnnd ſein Leib vnd Leben

durch eine rechte Gegenwehr rettet / P. H. O. *Caroli V. Rubr.* Was eine rechte Nohtwehr iſt / *artic. 140.* in conſcientia & coram DEO ſit juſtus & excuſatus, ſic evinco: Quoties in licitis magiſtratui ut poteſtati Dei obtempero, toties non pecco, *Rom. 13.* hactenus enim quæ Deus præcipit, ago *d. c. 13.* quod cum facio, certè non pecco; & notum, quod qui authoritate legum quid facit, non peccet, *l. Gracchus. C. ad L. Jul. de adult.* At quoties cum moderamine inculpato (quo de habetur in der P. H. O. *Caroli V. art. 139. & 140. cum ſequentibus. l. 5. in princip. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil. l. 2. l. 3. C. ad L. Cornel. de ſicar. clem. un. de homicid. gloſſ. in l. 1. C. unde vi ubi Br. num. 7. Weſenbec. conſ. 19. num. 47. & 57. Gail. de pace public. lib. 1. cap. 16. num. 7. Gail. 2. obſ. 10. à num. 9. latè Obrecht. in tractat. de defenſione neceſſar. Harprecht. ad §. item Lex Cornel. de ſicar. Inſtitut. de publ. jud.)* quem occido, facio ea, quæ jubet & vult magiſtratus, *dict. art. 140. l. 3. de Juſt. & Jur. dict. l. 5. d. l. 45. §. 4. ad L. Aquil. l. 2. l. 3. Cod. ad L. Cornel. de ſicar. & Dd. communiter.* Ergò. Ne verò conſcientia dicat hæc quidem ita ſe habere in foro fori, & coram magiſtratu in hoc mundo

quem

quem excuſari, *dict. art. 140. d. l. 3. de Juſt. & Jur.* ad Dei verò judicium & forum poli ubi quis oculos convertat, ibi etiam ob corporis ſui tutelam quem occidentem non eſſe ſecurum & excuſatum, & ſemper habere conſcientiam quaſi obmurmurantem, quod hominem ad imaginem Dei factum, *Geneſ. 1. verſ. 26. & 27. cap. interfeciſti de homicid gloſſ. ibid. l. 17. Cod. de pœn.* qui maximum naturæ miraculum, qui μικρόκοσμος interfecerit. Unde etiam qui latrones diaboli membra ſe ſuaque liberando interfecit, jejunare debet, & eleemoſynam largiter facere, *dict. cap. interfeciſti. verſ. ſi necem odii de homicid.* malè certè ſi in foro poli talis homicida excuſatur: Eam ſic ſecuram & certam facio coram Deo, ratione hujus homicidii; quod facis ex mandato ſeu inſtinctu Dei in eo es tutus & excuſatus, certum. Atqui ob tutelam ſui corporis, *l. 3. de Juſt. & Jur.* ſeu ſe ſuaque liberando, *dict. can. un. extra de homicid.* quem occidens facit, id ex inſtinctu & quaſi mandato Dei. E. Juris ſiquidem naturæ Deus eſt author & fons, *Bl. in l. 31. ff. de LL.* At ex inſtinctu à natura indito vim injuſtam propulſamus, *d. l. 3. de Juſt. & Jur.*

l. 4. l. 45. §. 4. ad l. Aquil. l. 1. §. 11. ff. ſi quadrup. Propert. lib. 2. eleg. ad Scynt. E. Et proximum noſtrum jubemur diligere, ſicut noſmetipſos, *Matth. 22. v. 39. Marc. 2. v. 31. Luc. 10. v. 38. Levit. 14. 18.* At de jure divino & mandato quaſi Dei ob ſalutem proximi ejus invaſorē rectè occidimus, *Exod. cap. 2. verſ. 11. & verſ. 12. Actor. 7. v. 24. c. quantæ 47. de ſent. excomm. c. non inferenda cum ſequent. canon. ult. 23. q. 3.* imò niſi id facinus punimur. *Obrecht. in tractat. de defenſ. neceſſ. c. 7.* E. etiam nos invadentem potiori jure occidemus, cum ordinata charitas incipiat à ſeipſa, *l. præſes. C. de ſervit. & aq. Gail. de pace publ. lib. 2. c. 16. n. 17. Danæus in ſuis Eth. lib. 2. c. 2.* Oppoſita hîc nituntur petitione principii, & alia, quæ opponi poſſunt de vindicta privata, quæ omni jure inhibita, *l. 3. C. de Epiſcop. audient. l. dotis. C. ſolut. matrim. l. 176. de R. J.* non de defenſione neceſſaria, qua de nos, loquuntur. Ad d. Clem. un. dico, ibi tantùm eſſe conſilium, non verò præceptum, ex verbo volueris *in d. clem. & per gloſſ. in d. clem. in lit. 2.*

QVÆSTIO III.

Si homicidium in confinio duo-

duorũ territoriorum factum, quæritur, ad quem ſpectet de illo cognoſcere?

VT certum eſt, facinoroſum convenire recte, vel in loco delicti admiſſi, *l. 1. C. ubi de crimin. agitur. l. fin. de accuſat. l. 7. §. penult. d. t. Kling. ad c. cum contingat 4. extra de foro compet. Vultej. ad l. 1. à num. 12 C. de juriſdict.* vel in loco domicilii, *l. 2. ubi de crimin. ag. Don. 17. comm. 16. Clar. 5. ſent. §. fin. q. 39. n. 3.* vel ubi locorum reperitur, *d. l. 2. Don. d. l. 1.* Ita maximè dubium, à quo is conveniri poſſit, ſi in confinio duorum diverſorum Dominorum id crimen, puta homicidium, raptum, &c. admiſerit. Et certè miri ac varii hîc ſunt Dd. Aliud ſentit *Zaſius in parat. t. comm. divid.* Aliud *Cynus in l. unic. C. ubi de poſſeſſ. ag.* Aliud *Borcholt. ad c. unic. quæ ſint regaliæ num. 26. cum ibi allegat.* Alii putant forum competens eſſe, ubi cor reperitur: alii ubi pedes, de quibus vide poſt *Niell. diſput. feudal. ultim. in corollar. Arum. diſputat. feudal. 4. theſ. 19.* Nos cum quibuſdam diſtinguimus ita, ut putemus referre, an caſus, quo de quæritur, ſit

clarus & liquidus, vel non. Si liquidus, ita, ut manifeſtè conſtet in utriusque territorio crimen eſſe admiſſum, utrique etiam cognitionem deferimus: quo modo ſi quis in Titii territorio læſus, & in Mævii lapſus & mortuus, vel in Titii fuit occidens, in Mævii occiſus, utrique cognitionem attribuimus, *per text. in l. 1. C. ubi de crim. ag. in verbis: ubi commiſſa & inchoata ſunt*. Ratione quippe loci, in quo ſit delictum, fundatur juriſdictio, *d. l. 1. l. 7. §. pen. l f. ff. de accuſat. Decian. in tractat. crim. lib. 4. c. 17. Giach. ad Clarum 4. ſent. §. ſinal. q. 38. num. 1.* Atqui tam in Titii, quàm Mævii territorio factum delictum: alibi enim inchoatum, alibi conſummatum. E. Et ita docet etiam *Zaſius in par. t. comm. divid.* Aliud videtur *Cyno in l. un. C. ubi de poſſeſſ.* qui arbitratur fundationem jurisdictionis pendere à comittente crimen, ita, ut illius Domini ſit jurisdictio ſeu cognitio, in cujus territorio committens ſteterit. At neſcio, an ſatis ſolidè. Id mihi certum, homicidium nunquam perpetrari poſſe, niſi adſit & occidens, & occiſus ſeu agens & patiens: cum ergò delictũ conſumatur interventu ſeu poſitione utriuſque, & verò ponamus, in hujus territorio

torio fuiſſe occidentem, in illius occiſum liquet ſanè utriuſque fundatam eſſe juriſdictionem. Si non liquidus, putem referre, in corpus occiſi ſit adhuc integrum, an verò in partes diſſecatum. Si integrum & hujus territorio hærent pedes, in alterius verò caput, ibi indiſtinctè utrique deferò cognitionem, *Zaſius dict. l. Treutler. volum. 1. diſput. 19. theſ. 4. lit. a. Arumæus diſputat. feud. 4. theſ. 19. in fine.* De duorum quippe jure ſi dubitemus ita facienda interpretatio, ut utrique quid in illo attribuamus, ne fortè id totum & uni attribuamus, cui non debetur, & alteri, cui debetur, contra *l. id quod de R. J.* detrahamus, *argument. §. final. I. de vulg. ſubſt. ibique Dd. l. ſi paterfamiliàs. ff. de hered. inſtitut.* Sanè illi in cujus territorio caput ſitum cognitionem in totum tribuere non poſſum. Nec enim ubi caput ſitum ibi homicidium perpetratum, nec ſtatim etiam poſt inflictum vulnus cadimus, imò cum ſemper potius in alium locum, quàm ubi læſio contingit, capite cadat homo, ex capitis poſitione non fundabitur juriſdictio. Ita quidem ſentit *Borchold. ad dict. c. unic. quæ ſint regal. num. 26. Joachim. à Beuſt. in l. admonendi de jureju-*

 ran.

rum. Gœdd. diſputat. feud. 5. theſ. 11. lit. A. *Andreas Knichen*, & *Dd. communiter*, *Arumæus dict. l. in princip.* At forſan & hic unius & quidem deterioris ſententia poteſt eſſe verior, *Imp. in l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl.* Et fundamentis illorum benè occurſum à *Niell. dict. diſputat. final.* & *ab Arumæo dicto loco.* Sic nec ex infima corporis parte, ſeu pedibus, poſſumus dicere regulariter fundari juriſdictionem, uti putavit *Niell. dict. diſputat. ult. lit. d. in notis.* Et quibus fundamentis ipſe refellit ſententiam communem Dd. iisdem etiam ipſius deſtruitur: nec enim inflicto vulnere lethali, quis concidit & moritur ſtatim: imò frequentius præ ira & dolore movetur alium in locum, quàm ubi læſus. Et quid ſi in fuga trajiciatur? quid ſi ab ipſis occidentibus motus? Cum igitur & hæc præſumptio Niellii ſit fallax & dubia, in ea acquieſcere non poſſumus, & rectius utrique cognitionem tribuimus, cum in utriuſque territorio potuerit fieri crimen, *Zaſius dict. loco.* ſi nec illi audiendi, qui dicunt, illius eſſe cognitionem, in cujus territorio cor reperitur, quaſi cor ſit fons vitæ, *Ariſtotel. 3. de partibus animal. cap. 3. 4. & 5. Alexand.*

in lib.

in lib. de anima c. ult. Zabarell: de part. animæ c. 5. nec enim ex membri dignitate fundatur jurisdictio, *Arumæ. dict. loc. Niel. dict. loc.* ſed ex loco, ubi factum crimen, *d. l. 1. d. l. fin. ff. de accuſat. Novell. 134. cap. 5. Decianus dict. loc. Addition. ad Clarum dict. loc.* Et 2. Gelenus primatum cordis in dubium vocat, ut ſic principium illorum adhuc ſit in quæſtione, ut videre eſt apud *Zabar. dict. libr. cap. 8.* Si in partes ſecatum, & pars una hic reperitur, alia alibi dicerem, illius eſſe cognitionem, in cujus agris ſit caput inventum, per ea, quæ habet *Borcholt. dict. c. unic. n. 26. Beuſt. dict. loc. Aud. Knuchen. dict. loc. Gœdd. dict. loc.* quomodo enim ex ſepultura cadaveris ſit locus religioſus, *§. 11. I. de R. D. ibiq. Dd.* nec tamen ſeparatim partibus illius ſepultis plura religioſa loca fiunt, *l. 44. ff. de religioſ. & ſumpt. fun.* ſed tantum is religioſus eſt, ubi caput terræ mandatum, *d. l. 44.* propter præſtantiam ejus, *d. l. 44.* ita dico ex homicidio fundari jurisdictionem, *dict. l. 1. Zaſ. dict. loco, Niell. dict. l.* at cum propter partes diverſas diverſis in locis inventas omnes magiſtratus agere ſit inconveniens, igitur non falſi & abſurdi forſan erimus ſi illi quæſtionem illius criminis

demus, penes quem caput occiſi inventum: ad principalius enim attendendum, *l. 10. ff. de ſtatu homin.* At caput ex Legibus noſtris eſt membrum præcipuum, *l 44 ff. de religioſis l. 17. C. de pœn. Galenus, Borcholt. dict. locis. Cujac. lib. 21. obſervation. 4.* Ergo, Et ita ex jure noſtro & communi Dd. ſententia hoc poſteriori caſu ſtatuendum, quorum deciſionis rationem, qua de latè *Cujac. d. loco,* non examino nec litem de præſtantia membri humani facio jam meam; & certè illa, quæ *Ariſtot. dict. cap. 3. & 4 Averr. in dict. cap. 4. Alexand. dict. loc. Zabarell. dict. lib. cap. 8.* eruditè diſputant, temerè rejicere non queo. Interim quicquid quis ſtatuat, nulli erim⁹ difficiles.

QVÆSTIO IV.

Quid verò ſi homicidium in via Regia cõmiſſum, an Principis erit cognoſcere de illo crimine, an Nobilis, qui habet ibi omnimodam juriſdictionem, die Halßgericht oder peinlichen Gericht / *art. 1. Conſt. crim. Caro?*

Alii

ALii dicunt, illius eſſe cognitionem, qui circa illā viam publicam regiam, *Borcholt. d. c. un. quæ ſint regal.* habeat merum imperium, des die Obergericht ſeyn/ oder die Blutbanck iſt/ *Coler.* uti vocat, *p. 2. proceſſ.* quomodo *Roſenthal. concluſ. 22. c. 5. Alvarott. in 1. reſponſ. volum. 7. num. 14. Hackelm.* ſentit. At illius eſſe dicunt, in cujus territorio caput invenitur, *Borcholt. dict. loco, Joachimus à Beuſt. dict. loco*, qua de ſententia, quid ſit ſentiendum, in quæſtione præcedenti monui. Dicerem illius quæſtionem criminis in via publica perpetrati eſſe, cujus ſit illa via publica, daß die Heer oder freye Reichſtras/ utidicitur Landr. *lib. 2. arte 94. verſ. ultim.* iſt/ non etiam cujus imperium merum circa illam, *Borcholt. dict. cap. quæ ſint regal. num. 25. Beuſt. dict. loco*, pro qua opinione ſic concludo: Ex loco delicti perpetrati fundatur juriſdictio in criminibus, *dict. l. auth. quæ in provincia. Cod. ubi de crimin. d. l. final. ff. de accuſat. Vult. d. l. Giach. ad Clarum dict. loco*, in tantum, ut in ſolo loco delicti eum puniendum eſſe velit: Atqui via publica ſeu regia eſt Principis, *argum. l. littora, ff. ne quid in loco publico, l. ſi quid. ff. de aqua quotid.*

& æſtiv.

& æſtiv. Ergò. Sunt enim regalia Principis, utpotè in ejus majeſtatem reſervata: *l. 1. de conſtitut. Princip. l. 1. ad l. Jul. ambit. Borcholt. dict. loc. num. 2. Vultej. cap. 5. de feud. num. 5. Gœdd. diſputat. feud. 5. theſ. 9.* Atqui via regia die Landſtraſſe eſt regale, *dict. cap. unic. quæ ſint regal. ibique Dd. Borcholt. ad dict. c. unic. Vultej. dict. c. 5.* E. Non obeſt, ſi cum *Alciato conſ. 1. v. 7. Gœd. Quid Pap. deciſ. 577. & Rotſenth. dict. loco* dicas: imò conceſſo imperio mero in territorio, id intelligi in omnib. partibus illius conceſſum: fortè quod territorium ſit univerſale quippiam, *l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. ſignif.* dico n. id merum eſſe poſſe, niſi natura rei vel præſumptio juris, aut intentio concedentis aliud ſuadet, quæ certè hîc aliud inducunt: Etenim viæ publicæ ſunt inter regalia, *dict. c. un.* quæ aliis princeps in conſequentiam non intelligitur conceſſiſſe, in tantum, ut alii putent, Imperatorem eſſe homicidam ſuæ dignitatis, ſi ea aliis concedat, *Bl. in c. licet cauſam extra de probat. Bodin. lib. 1. de Repub.* & aliàs ſuum jactare nemo præſumitur. Et ne replicare poſſis quęſtionem, ibi eſſe de juriſdictione cōceſſa in via regia, non v. de conceſſione ipſa viæ regiæ,

præter

præter dicta addo; Jurisdictionis conceſſionem eſſe ſtricti juris, & non amplius intelligi in ea conceſſum, quàm nominatim expreſſum, *l. 1. de offic. ejus, cui c. quod ſedem de offic. deleg. l pen. ff. de off. ejus*, At verò de via regia nihil omnino expreſſum. Et certè Princeps in dubio ſecundum leges & jus noſtrum reſcribere dicitur: At Leges illi, qui habet regalia tribuunt jurisdictionem in via regia, *l. congruit de offic. præſid: l. littora ff. ne quid in loco l. ſi quid in ff. de aqua quotid. & æſtiv. Cæpoll. de ſervit. ruſtic. præd. c. 3. n. 21.* E. Et per conſequens illa conceſſio meri imperii facta nobili, quo ad viam publicam reſtringenda erit, ne eam extendamus contra d. l. 1. & Imp. quid contra jus in dubio egiſſe aſſeramus, contra quam Dd. volunt.

QVÆSTIO V.

An impeditus appellationem proſequi de impedimento, termino durante, proteſtabitur?

SUnt etiam fatalia, (uti dicuntur tempora interponendæ, introducendæ & proſe-

proſequendæ appellationis, *l. 2. C. de tempor: appellat. l. ult. ubi Senatores vel Clariſſ. Mynſ. 6. obſervat: 12. in princip: Gail. libr. 1. obſer. 139. cum ſequentib.)* proſequendæ appellationis, *Mynſing. dict. loco. Gail. dict. loco.* & quidem annus, ac ex juſta cauſa biennium, *Auth. ei, qui C. de temporib. appellat. Veſtr. in pact. 23. c. 5. n. 2. Gail. obſervat. 141. in princip.* quo tempore decurſo, nec finita appellatione, illa cenſetur deſerta apud inferiores judices, *dict. auth. ei, qui, Gail. dict. obſerv. 141. n. 1. & n. 8.* quæritur igitur, ſi habeat juſta impedimenta, ob quæ appellationem intra fatalia proſequi non potuit, an proteſtari debeat? Ripa de privilegio judicum à n. 12. varias ponit opiniones, ubi refert etiam diſtinctionem Imolæ diſtinguentis; an impedimentum proveniat ex facto judicis; ubi proteſtationem requirit Imola, & ita praxin tenere, ut pluries ob impedimenta judicum procuratores de ſua diligentia, & non labendis fatalibus proteſtentur, docet *Gail. dict. obſervat. 141. n. 9. Mynſing. dict. obſervat. 12. n. 7. libr. 6.* An verò ex perſona appellantis, aut à caſu fortuito, ubi non vult eam eſſe neceſſariam; & ita diſtinguit etiam *Maranta pag. 6. n. 230.* quam diſtinctionem

ctionem tamen alii imperfectam dicunt. Et ipſe *Ripa dicto loco* pro regula tradit, proteſtationem impedimenti non eſſe neceſſariam, undecunque tandem ſit impedimentum, quem ſequitur *Cagnol. in l. in omnibus cauſis 34. n 6. uſque ad finem de Reg. Jur.* Et ad Leges noſtras ubi attendo, hæc ſententia iis admodum videtur eſſe conſentanea, nec enim in iis, quæ de impedimento loquuntur, requiritur proteſtatio, *l. 1. §. ſi reus ff. de eo, per quem fact. l. 2. §. ſi quis judicio & §. quod diximus cum ſequent. ff. ſi quis caut:* & certè *cap. ex ratione 8. extra de appellat:* tantum impotentiam, hoc eſt, impedimentum, *gloſſ. in verbo: impotentiam dict. cap. 8.* requirit: ita, ut ſi conſtiterit, quem proſecutionem per impotentiam omiſiſſe juſtitiæ ejus præjudicium fieri non debeat, *d. c. 8.* Nec in contrarium facit *l. 2. C. de his, qui per met. jud.* ubi vim ſuſtinens debet proteſtari publicè. Loquitur quippe de eo, qui propter metum judicis audet non ab eo appellare, & hic publicè proteſtari debet, hoc eſt, coram Notario & teſtibus appellari, *Mynſing: 4. obſ. 44.* cum ibi allegatis. Interim libenter concedo, tutius & cautius eſſe, ſi ſemper proteſtemur de impedimento, *Maranta dict. loco*, quomodo

exau-

exaudio *Alexan. libr. 5. conſ. 114. cum gl.* quam allegat, nec enim abundans cautela nocere poteſt, & ita forſan tenet praxis, pro cautela enim tradunt procuratores coram judicibus non ſemel, ſed pluries de diligentia& fatalibus, non lapſis vel labendis debere proteſtari, *Mynſ. dict. libr. 1. obſervat. 141. n. 4.* Inde illam proteſtationem conſilii eſſe, non neceſſitatis, *ait Br. in l. 2. §. dies n. 4 ff. quando appell.* Ex diſpoſitione igitur juris proteſtatio illa non eſt neceſſaria, *dict. c. ex ratione 8. ubi Felin. Jaſon in d. l. 2. §. quod diximus n. 8. ff. ſi quis caut. Innocent. in d. c. ex ratione Cacheranus deciſ. 177. n. 12.* attamen majoris ſecuritatis & cautelæ ergò bene interponitur, *Mynſing. dict. libr. 6. obſervat. 12. in fine, Gail. dict. loco,* & hoc eſt, quod *Br. in l. ſecund §. dies n. 4. ff. quando appell.* ait, proteſtationem eſſe tantum conſilii, nec illa opus eſſe de neceſſitate.

QVÆSTIO VI.

An appellatione deſerta, Judex ad quem, temerè appellantem poteſt in pœnas temerè litigantis condemnare?

Quod

QUod judex appellationis deſerta appellatione competens ſit ad imponendam pœnam temeritatis, notat *Gail. 1. obſervat. 34. n. 5. & 1. obſervat. 137. n. fin. per c. ſuper 2. extra de crim. fals.* Ita in Camera quem appellantem temerè eſſe condemnatum, notat *Gail. d. l.* At hoc non memini, forſan mirum videbitur, *dict. obſervat: in fine.* Et certè non ſine fundamento. Ceſſante quippe juriſdictione, ceſſat officium judicis, & juriſdictionis exercitium ſeu condemnatio, *Gail. d. lib. 1. obſervat. 137. in princip. & in fin.* Atqui appellatione deſerta ipſo jure revolvitur jurisdictio ad judicem à quo, textus *clem: ſi appel. de appel. Gail. d. obſ. 137. in princip. & n. 3.* E. Judex ad quem temerè appellantem in pœnam temerè litigantis non poterit condemnare. Quomodo docet etiam *Gail. d. n. f. obſervat. 137. lib. 1.* Nec contra facit *dict. c. 2.* id enim nihil ad rem prodeſt, & tantum probat ſententiam per falſas literas latam, non debere executioni mandari.

Quomodo injuſtè appellans puniatur, vide *Fachſ. differ; 45.*

QVÆSTIO VII.

An appellatione deſerta, Judex ad quem debet remittere appellantem, ſeu cauſam ad judicem à quo?

CUm quandoque judices ad quem appellatione pro deſerta pronunciata nominatim remittant cauſam, ita pronunciantes: Weil in vermeinter Appellation Sach N. Appellanten wider N. Appellaten die Sach als deſert / nicht angenohmmen / ſo wird ſie billich an die vorigen Richter remittiret / inmaſſen wir ſie dahin remittiren / vnnd iſt Appellant Appellaten die Gerichts Koſten dieſer Inſtantz auff richterliche Ermeſſigung zu erlegen ſchuldig: quandoque verò tantum appellatio pro deſerta pronuncietur, abſque ulla remiſſione cauſæ ad judicem à quo, ſic fermè: Dieſe Sach iſt alls deſert nicht von vns angenommen vnd erkent / das gedachter Appellant Appellaten die auff gelauffen Gerichts Koſten auff Ermeſſigung zu entrichten ſchuldig / quomodo in Camera ferè pronunciari notat *Gail: obſervat. 138. num. 15. libr. 1.* Non injuria

juria quæritur, quid ex juris noſtri diſpoſitione ſit ſtatuendum? Et ut & hic paucis rem concludam, dico, remiſſionem illam de jure noſtro non eſſe neceſſariam. Et quidem tali argumento: Quicquid ipſo jure, ipſa lege fit, nullam hominis operam, nullum magiſtratus factum requirit, *l. in ſuis ubi gloſſ. ff. de liber. & poſthum. l. 6. C. fam. Herciſc. libr. 5. ff. de legit. tut. lib. 3. §. de illo ff. pro Socio l. capitis ff. de ſuis & legit.* Atqui cauſa illa vel jurisdicto ipſo jure ad judicem à quo revolvitur, textus *in dict. clē: ſi appellāt: de appellat: l. 2. §. f. C. de temp. appellat. Mynſing. 2. obſervat: 59. Gail. lib. 1. obſ. 137. in princip. per allegat. & 1. obſervat. 123. & 1. obſervat. 138.* E. Et ſic etiam in hiſce judiciis practicari audio, ut & in Camera, ut ex formula pronunciandi ſuper deſertione cauſæ, quam Gailius dicto loco refert, liquet. Interim ſi quispiā cauſſam etiam remitti poſſe doceat, ei non erimus difficiles, nec enim abundans cautela nocere poteſt, *l. non ſolent ff. de R. J.* & nos tantùm hîc de neceſſitate quærimus; & ſic illam remitti interdum etiam in Camera ex Gailio didici, *dict. obſerv. 138. n. f.* & ita etiam in judiciis provincialib' forſan interdum fit, maxime ſi appellatus id

 petit.

petit. Tantum ut appellantem deſerta appellatione in expenſas condemnet neceſſario, requirunt Dd. *c. reprehenſibilis 26. c. ſæpè 44. in fine extra de appellat:* formula Cameralium pronunciandi ſuper deſertione, *Gailius dict. obſervat. 138. n. 5. & dict. lib. obſervat. 37. n. 4. & 5.* in tantum, ut alii velint, judicem ad quem omittentem illam condemnationem de ſuo expenſas refundere debere, *Jaſon in l. properandum §. ſive n. 27. & ſequent. Cod. de judic:* quod Dd. dogma, ut in expenſas litis, quæ debentur officio judicis mercenario, quod lata ſententia expirat, verùm eſſe poteſt, *Jaſon dict. loco n. 34.* ita hic reſtringendum, maximè cum appellatus non poſſit dicere, ſe eſſe propter expenſas in damno, habet ſiquidem actionem, ſcilicet condictionem, *ex d. c. reprehenſibilis Gail d. lib. 1. obſervat. 137. n. 6.* quâ etiam poſt publicatam ſententiam expenſas conſequitur, *Gail. dict. loco n. 6.* Apud quem autem condictio illa ſit inſtituenda, inter omnes non conſtat? Et certè ex *Gail. dict. n. 6 obſ. 137.* hoc non liquet. Regulus in ſuo proceſſu *c. 131. §.* vnd ob der Richter / putat judicem ad quem etiam poſt appellationem deſertam pronuntiatam eſſe quoad hanc condictionem expenſa-

penſarum competentem, & ſic etiam Gail: ſentire alii autumant. Hæreo tamen. Is ſane *d n.5.* nihil definit. Neſcio an aberrem, ſi dicam, de iis expenſis condictione agi deberi apud Judicem à quo, nam ad hunc jam ipſo jure juriſdictio revoluta, *l. 2. §. fin. de temporum appellat: c. ſi appellationem extra de appellat: Dd. in author. hodie Codic. de appellation. Gail. d. obſervatio. 137. in pr. & 123. & paſſim*, non verò apud Judicem ad quem propter Juriſdictionis defectum, *l. terminato C. de fruct. & lit. expenſ. Gail. d. lib. 1. obſ. 137. d. clem. ſi appellationem.*

QVÆSTIO VIII.

An fœmina quandoque poteſt fungi officio Ducis in bello?

NOta quidem ſunt illa trita de Mulierculis; eas illa tacere, quæ ignorant: in mulierem & ignem incidere, æquale eſſe, *Pythagor. Maximil. de mulierib.* eas eſſe parvum, pulcrum, at magnum malum, *Antoſ. de mulier. fort.* Nere, flere, nihil facere, eſt muliebre; & id Græcorum anus inconcinne ſaltans magnum excitat pul-

verem. Quæ & alia complura diverbia, ut in quibusdam vera ſunt: ita in aliquibus fallunt. Quin ergò in defectum aliquando fœmina bello præeſſe poſſit, paucis ſic jam evincere conabor. Is tutiſſime imperio & bellô præficitur, in quo eſt ſcientia rei militaris, virtus, authoritas, fœlicitas, *Cic. pro lege Manilia latè, pag. (mihi) 9. Plutarch. in Apophteg. Stobæus ſermon de Imperat. & idem ſermon. 42.* Atqui in fœmina poſſunt eſſe quatuor illa requiſita boni Ducis, exemplò eſt Debora, *Judic. 4.* Semiramis uxor Ninil, quæ mentita ſexum maximas res geſſit, Æthiopiam regno ſuo Aſſyrio adjecit, Indis bellum intulit, *Juſtin. Diodor. lib. 2. c. 5.* Vide *Tholoſ 7. de republic. c. 11. n. 29.* Et verum omne præceptum, cui reſpondet res in natura: Atqui noſtro præcepto, fœminam ſcilicet poſſe præeſſe bello, reſpondet res in natura, ut Semiramis, Eliſabetha Regina Angliæ, *Caſ. lib. 1. cap. 2.* Maſſagetarum Regina Juſtina. Sin tamen adſunt fortes & ſtrenui viri, hos illis præferrem, puto enim veriſſimum illud Philippi dicentis, præſtantiorem eſſe cervorum exercitum imperante leone, quàm leonum duce cervo, *Stobæus ſerm. 25.* qua de alibi pluribus.

QUÆ-

QVÆSTIO IX. ET X.

An libri feudorum mereantur nomen artis?

UT & hac in quæſtione diſtinctè procedam, dicò, hic duo quæri: I. An libri feudales, ut jam ſunt conſcripti, vel à Gerhardo, & Oberto de Orto, ſecundum Dd. communiter; *Jaſon in prælud. feud. Schrader. par. 1. quæſt. 1. n. 3. de feud. Zaſius in epit. feudal. in princip. n. 1.* vel à ſolo Oberto de Orto, ut opinatur *Carolus Molinæus ad conſuetud. Pariſil. tit. 1. n. 46.* vel ab incerto quodam, Duar. ſint ars vel mereantur nomen artis? 2. An non illæ conſuetudines in artis formam redigi poſſint? In prima quæſtione negativa verior. Ratio: Negata forma artis, negatur ars ipſa; forma quippe dat eſſe, *l. Julianus 9. §. ſi qui rem ff. ad exhiben. Weſenbec. in paratit. de tranſactionib. n. 2. pagin. 200.* & ea non ſervata, actus ſit nullus *Plotin. in tractat de in litem jurand. §. 2. n. 3. Pariſienſ. conſ. 95. n. 21.* Atqui in his libris feudalibus negatur forma artis. E. Forma enim artis eſt juſta & methodica præceptorum certorum diſpoſitio. *Quintilian. dict. loco. Piccolom. paſſim.*

At verò talis congruens & methodica diſpoſitio hîc deeſt. E. Inde *Franciſ. Hottom. in præfat. comment. Feud.* ait, quod quæ prima pagina affirmentur, in tertia negentur; in initio tituli quæ proponantur, in fine ejuſdem tituli non attendantur, & crebra ibi ſit iteratio & ταυτολογία. Si ergò titulorum inter ſe non eſt diſpoſitio, nec etiam totius juris feudalis ulla erit, *argum. l. adeò 7. §. cum quis ff. de acquir. rerum domin. l. quæ de totâ ff. de rei vindic.* quomodo hi libri rectè dicuntur Rapſodia, ex variis libris Studioſorum Mediolanenſium conſtituta, *Duar. de feud. c. 1. n. 4.* & à quodam JCto ordine tamen miſcellaneo, nec admodum concinno ſcripta. *Bald. in proœm feud. quæſtion. 1. n. 4. Alvarott. in Epiſtolâ dedicator. de feud. Sonsbec. p. 1. de feud. n. 24. Zaſ. in epit. feud. in princip. Borch. in proœm. de feud. cum allegatis.* In ſecunda quæſtione affirmativa verior. Etenim cum uſus feudorum ſint juſti & veri, *1. feud. 13.* longævi, *2. feud. 108.* ab antiquis ſapientibus conſtituti, *1. feud. 1. & 4.* rationales, *dict. 1. feud. 13. & 1. feud. 7.* cur non poſſint etiam in ordinem ridigi? Et ſi hoc, cur non etiam queant dici ars? Imò videmus, hoc non infeliciter tentaſſe Jacobum de Ardiz. Zaſium, Hanneton. Hottomannum,

Vulte-

Vulteium, Niellium, Borcholtum, qui plures allegant, ſic ergò: Ubicunque habentur præcepta vera & certa, ac juſto ordine diſpoſita, ibi datur ars. At ſic ſe habent præcepta feudalia apud prædictos authores. E. Argumentis quæ ex 2. feud. 1. contra hæc adduci poſſe video quaſi ſcilicet hic omnia ſint varia, plurima contraria, nec omnia conſignata, *Obert. de Orto d. 2. F. 1.* facilimè ſic occurres, ſi diſtinguas inter conſuetudines feudorum redigendas in artem, quæ omninò incertæ & variæ fuerunt, inde variis recitatis ſententiis Feudiſtarum, tandem unam videmus approbari, rejectis aliis, *2. feud. 36. 2. feud. 51. 2. feud 30. de feudo fœmin. c. unic. hic finitur lex 2. feud. 28. c. unic. qui teſtes ſunt neceſſarij 2. feud. 32. c. unic. de lege corradi 2. feud. 33. capitul. unic. de natura feudi 1. feud. 7.* & aliis infinitis capitulis in caſibus feudorum: & jam redactas, quæ omninò certæ & veræ; *1. feud. 13.* longiſſimo tempore comprobatæ, *1. feud. 7. & 1. feud. 13.* ab antiquis ſapientibus conſtitutæ, *1. feud. 1. §. 4. 2.* quod in *dict. c. unic. 2. feud. 1.* dicitur, illas non poſſe hoc libello comprehendi, id poteſt verum eſſe de libris ipſius Oberti de Orto de feudis confectis, ut & Gerhardi, qui licet in colligendis hiſce

uſibus fuerint diligentiſſimi præ aliis, id quod frequens illorum mentio oſtendit, *dict. c. unic. de Capitaneo, qui curiam vendidit. §. ſimiliter 2. feud. 51. c. unic. ſi de feudis vaſallus ab aliquo interpelletur 2. F. 25. c. unic. hic finitur lex 2. feud. 28. de feudo fœmin. 2. feud. 30. c. un. de lege corradi 2. F. 34. c. un. an mutus vel aliàs imperf. 2. F. 36.* non omnia tamen continent, at, nobis de illis jam non eſt quæſtio, ſed de illis, quos habemus in corpore noſtro, qui quidem potiſſimum ex illorum pragmaticorum ſcriptis confecti, at non tantum, ſed etiam ex aliorum Studioſorum in foro Mediolanenſi libris, *Duar. de feudis in pricip. c. 1. de his, qui feuda dare poſſunt 1. feud. 1. c. unic. in fine ſi de inveſtitura inter dominum & vaſallum lis oriatur 1. feud. 26. c. 1. de feudo dato in vicem leg. commiſſ. 1. feud. 27.*

DECU

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid de practicorum præjudiciis ſentiendum, an illis ſtare poteſt Judex, ſi allegant, Es ſey alſo offt in dieſer Sach geſprochen worden?

EGo putem referre, an Doctor quispiam præjudicia, quæ Dd. ſunt res ab aliis judicibus judicatæ, alleget in caſu manifeſto à legibus deciſo, an verò in diſputabili, dubio ac non deciſo in jure noſtro. Priori caſu viciſſim diſtinguerem, an præjudicia illa ſint contra leges, ſeu jus noſtrum, vel conſuetudines aut ſtatuta; an vero eidem conſentanea, ac in legibus fundata. Illo caſu non ſtabit illis judex, omnes ſiquidem judices veritatem & legum & juſtitiæ ſequi veſtigia debent, *l. nemo 13. in fine C. de ſentent. & interlocut. l. 6. §. 1. ff. de offic. præſid. l. ſed licet 12. ff. d. t. l. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo*, quod in tantum putem verum, ut inferior judex nec præjudicia, ſeu deciſiones Camaræ Imperialis

rialis, quæ tamen aliàs Imperatorem repræſentat, *Mynſinger. 4. obſervation.5.* legi claræ præferre debeat: nec enim ipſi contra conſuetudinem & ſtatuta judicare debent, *par. 1. Ord. Cam. t. 13. in princip. & §.* ſo auch *3. & t. 3.* Quin ipſi Camerales contra ſua præjudicia inferioribus judicibus ſecundum jus commune & leges reſpondent, *Gailius 1. obſervat. 141. n. 7. & 8. Mynſing. centur. 6. obſervat. 12.* tantum ſi præjudicia ob ſingularem æquitatem à jure rigeroſo receſſerint, illa potius ſequerer, *text. in l. 8. C. de judic, argum. §. 8. I. de teſtam. ordin l. 46 de acquir. rerum domin. Donell. 1. comment. 13. Petr. Fab. in l. 30 n. 12. de Reg. Jur. Morla tit. 2. de jurisd. omnium judic. n. 6. &* 10. *q. 26.* Hoc caſu non quidem aberrabit, ſi illis utatur, ſic enim perfectior erit à quotidiano rerum uſu in ipſis rebus, *§. 6. Inſtitut, de ſatisdat.* interim illis ut ancillis quaſi ſemper leges ut dominas præferat, nam dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ, & illis ſolis non fidat, ne oculis alienis videat. Si in caſu non deciſo & dubio alleget præjudicia, illis rectè ſtat judex: nec enim quid contra approbata ſæpius recipiendum, *l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud.* nec enim facile mutanda, quæ inter-

interpretationem certam ſemper habuerunt, *l. 23. de ll.* ac conſuetudo optima legum eſt interpres, *l. 27. ff. d. t.* idq; fit ad exemplum veterum JCtorum, qui, quod communiori voto erat receptum, in decidendo ſecuti, *argument. l. 17. §. 1. ff. ſi ſervit. vind l unic. v ſine ff. de offic. quæſt. l. 31. §. f. ff. de vulg & pupill. ſubſtit. c. unic. verſ. fœminam quoque tit. per quos fiat inveſt. 2. feud 3.* Unde benè is gloriatur, quaſi benè gerendæ Reipublicæ ſcientiam non in ſcholis & otio, ſed in clariſſima populi fece didicerit, *Bodin. in præfat. meth. hiſtor.* In quibus tamen præjudiciis ſemper attendendum iudici ad dignitatem & poteſtatem illorum, à quibus lata, ita ut maximi magiſtratus præiudicia, qui habet ferè ſẽper plures & peritiores conſulentes, præferat inferiorum; quomodo Cameralium præiudicia, quæ rectiſſimè pro inſtructione judicis allegantur, *Menoch. 1. præſumpt. 1. n. 27. verſ. ſententia Vant. de nullitat. ex defectu jurisd. deleg. n. 20.* & ſecundum quæ inferiores judicare debent, *Cævall. in præfat. comm. opin. contra comm. n. 25.* inferiorũ magiſtratuũ præjudiciis prȩferẽda; judiciũ n. Cãarȩ eſt ſupremũ, à quo non appellatur, *par. 1. Ord. Cam. t. 3. in princip.* Camaræ ſiquidem authores, ſunt maximæ authoritatis,

cum

cum non niſi homines doctiſſimi & peritiſſimi, §. dieweil nun / Reichs Abſchied zu Augſp. *1530. p. 1. Ord. Cam. t. 3. & 5.* quib. inferiores magiſtratus deſtituuntur, ad eam admittantur; ob quam dictam rationem dubito, an Muſcardus *concluſ. 484. n. 8.* rectè communem Dd. opinionem Cameralium præjudiciis præferat: cum enim hi ſint maximæ authoritatis, *Mynſing. 4. obſervat. 5.* & in omnibus peritiſſimi, *d. §.* dieweil *d. t. 5. & 3. & 13. & 18. par. 1. Ord. Cam.* ac numero plures, *dict. §.* dieweil & §. dergleichen *d. t. 5. & 18.* putem illum aberrare. Cum enim communis opinio ſit illa, quam plures Dd. probant, & in ea concordes ſunt, *Jaſon. in l ſi is, qui pro n. 287. de uſucap. Baſil. Mon. par. 3. c. 5. n. 6. de matrimon.* & verò in Camera ſint plures Dd. *dict.* §. dieweil / & illorum deciſio erit communis opinio.

QVÆSTIO II.

An error communis faciat jus.

ITta ſanè viſum *Accurſ. in verbo factum l. Barbarius ff. de offic. prætor Connan. lib. 1. c. 10. n. 1. Baro ad l. 39. ff. de legibus. Heig.*

ad §.

ad §. *ſed cum 7. n. 5. Inſtit: de teſtam. ordin. Forcat. ad l. 9. n. 3. ff. de Juſt. & Jur. Vigl. in dict.* §. *7. & Dd. communiter in dict.* §. *7. atteſtante Morla in tractat. de jurisd. omniũ judic. quæſt. 26. n. 1.* At præ illis verum viderunt *Cujac. lib. 10. obſervation. 13. & 18. obſerv. 33. Gibert. memorab. quæſt. 10. c. 9. Morla in ſuo emporio d. t. à n. 3.* ubi egregiè diſputat de hac re *Antonius Faber in rationabilib. dict. l. 39. ff. de legibus Vult. de cauſ. jus conſtit. pag. 67. & ad* §. *2. Inſtit. de teſtam. n. 18. Hottom. illuſtr. quæſt. 17. Hackelm. diſput. 1. ffetorum theſ. 9. lit. c. Gail. 2. obſ. 31. n. 11. Mynſing. 6. obſervat. 4.* & alii, qui nihil minus admittunt, quam errorem communem jus facere. Et certè non ineptè. Etenim jus ſi facit error communis, uti voluit Accurſius, Connanus, Baro, &c. faciet aut jus ſcriptum, aut non ſcriptum, ſeu conſuetudinem: conſtat ſiquidem jus noſtrum aut ſcripto aut ſine ſcripto, *§. conſtat Inſt. de jure nat. gent. & civ. ibiq; Vult. & Dd.* At neque ſcriptum, neque non ſcriptum facit. E. Non jus ſcriptum ſeu legem, id enim munus Dei eſt, & prudentum decretum, *l. 1. & l. 2. ff. de legibus*, ſeu ordinatio rationis, *Morla in empor. tit. 1. de legibus in ſumm. n. 14.* eſt omne, quod ratione

conſti-

conſtiterit duntaxat, *c. conſuetudo 1. diſtinct.* At hæc, quis dixerit, eſſe poſſe ab errore, qui his omnibus repugnat, & rationi contrarius *l. 15. ff. de Juriſd.* Non etiam jus non ſcriptum ſeu conſuetudinem facit; cauſa enim proxima conſuetudinis eſt tacitus populi conſenſus, *l. de quibus ff. de legibus Gail. dict. libr. 2. obſervat. 31. n. 9. in princip.* At error voluntati & conſenſui contrarius, *d. l. 15. l. nihil tam ff. de Reg. Jur. l. 3. §. ſubtilius ff. de cond. cauſ. dat. cauſ. non ſec.* & conſuetudinis cauſam efficientem excludit poſt gloſſam, *Gail. d. l. n. 11. Et 2. d. c. conſuetudo 1. diſtinct.* eſt ſatis evidens, ubi dicitur, eſſe jus, quod ratione duntaxat conſtiterit; idq; probat latè *Morla in ſumm. tit. de legibus à n. 16.* Quin nullum contrarium eſt efficiens ſui contrarii: effectus ſiquidem & cauſa efficiens non pugnant, ſed mutua ſunt & cohærentia, *Val. Forſter. lib. 1. de ſucceſſ. c. 10. in fin.* Atqui jus & error ſunt contraria, eſt enim jus à juſtitia, *l. 1. ff. de Juſt. & Jur.* error ex injuſtitia, *Ariſtot. 3. Ethicor. 5. c. 1. l. 1. l. 2. ff. de legibus, juncta l. 15. ff. de juriſd. & l. 2. de judic.* E. Non obeſt *l. Barbarius de offic. prætor.* quaſi ibi Barbarius, *d. l. 3.* ſervus Antonii Triumviri, *Anton. Contius lib. 1. diſput.*

ſput. c. 2. factus ſit communi errore prætor, *d. l. 3. Cont. dict. loc.* cum tamen ſervus prætor & judex eſſe non poſſit, *l. 12. ff. de judic. l. 2 l. 32. ff. de Reg. Jur.* Nam Barbarius ſervus non fuit prætor, *d. l. 3. dict. l. 12. d. l. 32. l. 6. §. 1. de offic. præſid. Morla dict. quæſt. 26. n. 6. Anton. Govean. 1. variarum lect. 6. Treutler. par. 1. diſput. 12. theſ. 8.* quicquid poſt gloſſam *Baro in dict. l. 3.* ſentiat. Nec eſt, ſi dicis, cum præturâ functum, *dict. l. 3. Adrian. Turneb. lib. 7. adverſ. c. 7.* & ideò etiam prætorem fuiſſe, *Br. dict. loc.* Illi enim benè occurrit *Morla. dict. quæſt. n. 15.* dicens, hæc maximè eſſe diverſa, cum unum ſit facti alterum juris. Quin ibi *Ulpian. in dict. loco*, opponit inter ſe prætorem eſſe, & fungi prætura, *Govean. dict. loco. & Dd. communiter ad dict. l. 3.* Et certè ſi prætor fuiſſet, fruſtrà fuiſſet *Ulpin:* in dict. loco dubitans, an acta ejus valerent. At inquies, cum jus dixerit, & acta ejus valuerint, verus fuit prætor, *l. 1. ff. quorum legat. l. 2. § poſt. de Origin. jur. Br. dict. loco.* At verò quomodo jus, quod dixit, tenuit? an ipſo jure? an verò ex humanitate d. l. l 3. & ob publicam utilitatem, ne lites deciſæ reſtaurarentur, *Morla dict. quæſt. 126. n. 16. & ſic eſt, Morla dict. loco. cum allegat.* Et 2. cum illa

ex æquitate tantùm valere decidat, liquet eum prætorum non fuiſſe, aliàs enim ipſo jure valuiſſent, *l. 2. ff. de jurisdict. omn. dict. l. 2. § poſt.* & an acta tenere potuerint, benè diſcutit *Morla dict. quæſt. 26. à n. 17.* & an ex ſtricto jure vel æquitate, idem ibid. ut & *Cujac. & Hottom. q. 7.*

QVÆSTIO III.

Quid de Opificum ſtatutis ſentiendum?

PAſſim videmus, collegia quædam approbata de facto tantum jurisdictionis ſibi ſumere, ut ſtatuta in ſuo collegio faciant etiam contra jus publicum, & in præjudicium tertii, quomodo bibliopolæ, librorum compactores, ſartores, ſutores, &c. maxime in Academiis conveniunt, ut omnes in æquo precio, & quidem juſto majori ſua diſtrahant; ut quod unus incepit, alius non perficiat: ut quosdam in collegium ſeu ordinem ſuum non recipiant, &c. Quæritur ergò, quid de his ſentiendum? Ut verò & hanc quæſtionem paucis definiam, ſic diſtinguo. Et puto referre, an ſtatuta condant circa pertinentia ad collegium ſuum, an verò circa alia. Si

circa

circa alia, non ligant, forte *per l.f. ff. de juriſd.* & quia horum imperium aliàs admodum infirmum. Si circa pertinentia ad collegium ſeu opificium id quidem poſſe illos dixerim, *l. 19. ff. ad municip. l. final. ff. de colleg. & operibus Dd. in l. 9. ff. de Juſtit: & Jur. Moll. lib. 2. ſemeſt. c. 15. Treutler: volum. 1. diſputat. 1. theſ. 10. lit. a.* modò majoris partis conſenſus adſit, *dict. l. 19. Coler. proceſſ. par. 1. c. 3. n. 12.* & princeps ea, ut alii volunt, confirmarit, *l. 9. ff. ad l. Rhod: de jact. per princip.* alſs auch an etlichen Orden/ *in fine, &* §. dieweil *in fine*, §. doch einer/ *Rubr.* von Handwercks Söhnen/ Reformation guter Pelicey zu Augſpurg 1548. *Vaſq: illuſtr. quæſtion. 42. Möll. dict. loco, Coler. dict. loco*, non tamen indiſtinctè. Putem enim referre, an ſint contra jus publicum, vel in præjudicium tertii, qualia ſunt prædicta tria in principio hujus quæſtionis, & alia complura opificum; & illa non tenent; nullam habent vim, *l. final. ff. de colleg. & corpor. Möll. dict. loco. Coler. dict. loco*, quomodo *Gail. lib. 2. obſerv. 33. n. 7.* ejusmodi ſtatuta, ubi vertitur præjudicium tertii, dicit ſupervacua; aut ita interpretanda, ne Jus commune lædatur vel tertii, *dict: obſerv. 33. n. 4. 5. & 9.* Et manifeſtè hæc

 ſtatuta

ſtatuta non tantum in Jure civili, *dict. l. final. l. unic. C. de monopol.* ſed etiam receſſibus Imperii ſub pœna gravi interdicta & ſublata, *Rubr. Monopolia* vnnd ſchädliche Fürkauff/Reformation guter Policey Anno 48. zu Augſpurg/ *in princip.* & §. nach dem etwan viel/ Reichs Abſchied zu Augſpurg Anno 30. & *Rubr.* von den Handwercken in gemein/ *dict. Reformat.* guter Policey zu Augſpurg. Unde Magiſtratus vi compromiſſi & fidei, quam Imperio Romano dederunt, graviter animadvertere in illos, die den Wahren einen Werth nach jhren Willen vnd Gefallen ſetzen/ *dict. Rub. Monopolia* vnd ſchädliche Fürkauff/ oder ſonſten einen Auffſchlag oder Steigerung machen/ daß die/ ſo jhrer Arbeit dürfftig ſeyn vnnd keuffen wollen/ jhnen die/ jhres Gefallens/ bezahlen müſſen/ *dict. Rubr.* von den Handw. Reformation guter Policey zu Augſpurg/ §. als denn auch abermals/ Reichs Abſchied zu Speyer Anno 70. horum ſtatuta tollere, & ſecundum Receſſus, vel confiſcatione bonorum, *dict.* §. nach dem etwan viel/etc. vel ſimili gravi pœna afficere, *dict. Rubr. Monopolia* vnd ſchedliche Fürkauff/ §. vnd daß alle vnd jede/ *tit. fin.* Reformation guter Policey. Licet verò hoc interdum incuria

magi-

magiſtratus non puniatur, id tamen ſatis pœnæ eis eſſe poterit, quod bona poſt ſe ejusmodi relinquunt, de quibus non ineptè illa trita uſurpaveris; male parta, male dilabuntur:

De malè quæſitis non gaudet tertius hæres:

Omnis dives aut iniquus eſt, aut iniqui hæres; & ſi quæ alia, quæ hinc inde de hujusmodi vulturibus famelicis circumferuntur diverbia. Sin autem non ſunt contra Jus publicum, vel præjudicium tertii, poſſunt & tenent etiam, *dict. l 9. dict l fin arg.* §. dieweil in dem heiligen Reich *in fine dict. Rubr.* von Handwercks Söhnen *Möll. d. loco, Treutler. d. l.* ſi modò majoris cautelæ gratia illi petant illa confirmari à principe, vel magiſtratu, *dict. l. 9. ad l. Rhod. de jact. per princip. in fine dict. Rubr:* von Handwercks Söhnen & §. doch einer jeden *dict. Rub. Vaſq: illuſtr. quæſt. 42. Möll. dict. loco, Coler. dict. loco.*

QVÆSTIO IV.

Cujus ſint res in mare lapſæ, vel navis alleviandæ cauſa ejectæ?

QUa de quæſtione latè & eruditè admodum diſſerit Dn. *Gail. libr. 1. obſervat. 18.* quem vide. Et certè nonnulli populi eò immanitate progreſſi, ut lapſa in mare, vel ſalutis cauſa in id injecta habeant pro commiſſis, *Gail. dict. obſerv in princip.* quomodo Hiſpani, Galli, & aliæ gentes jus habere dicuntur, ita tamen ut ſi dominus illarum intra annum revertatur eas recuperet: id quod apud Hiſpanos tantum contingit mercatoribus, non etiam aliis qui vel voluptatis cauſa, vel peregrinationis, vel belli adnavigant. At neſcio an humaniter ſatis. Noſtri Imperatores laudatiſſimi hujus rei impietatem, immanitatem, ac iniquitatem conſiderantes ſeverè, ne ejusmodi naufragium paſſis quid de rebus ejectis adimeretur, conſtituerunt, *Auth. navigia C. de furt.* quaſi nil iniquius ſit, quàm ex re calamitoſa emolumentum capere, *l. 1. C. de naufrag.* & noviſſimè illa confirmavit *Carolus V. in conſtitut. crim. art. 215.* omnia ejusmodi ſtatuta ex plenitudine poteſtatis tollens. Et ſic quoad ſubjectos Imperio noſtro Romano ſatis expeditum eſt, illas res non poſſe in commiſſum cadere, nec etiam poſſe eos ſtatuta facere, ut cadant & confiſcentur, ut pluribus tradit *Gail.*

Digitized by Google

Gail. dict. loco. Imò talia nec civitates Aquenſes die See vnnd andere Städte facere poſſe putem; licet enim imperio nolint eſſe ſubjectæ, §. vnd als erſtlich in ſolcher Ringerungs Handlung / *Receſſ. Imper. Auguſt. Anno* 1548. ac in Camera etiam conveniri regulariter non poſſint ex privilegio dato in Receſſibus Anno 1570. & 1576. poſſunt tamen in caſu denegatæ, vel protractæ Juſtitiæ. *dictis Receſſib.* Et apud has civitates Aquenſes is mos forte non invaluit. De nullo modo ſubjectis Imperio noſtro Romano videbimus, an illi rectè ſtatuta faciant, ut naufragium paſſorum bona ſint in commiſſo, daß die/ ſo Schiffbruch leiden / der Obrigkeit deſſen Orts mit Schiff/ Leib vnnd Gütern verfallen ſeyn ſollen/ *dict. art.* 218. Et ſic apud Hiſpanos practicari dixi. At non rectè. Licet enim conſtitutionibus noſtrorum Imperatorum non teneantur Hiſpani, *l. f. ff. de juriſd.* & par in parem, vel inferior in ſuperiorem non habeat imperium, *l. nam magiſtratus. de receptis arbitr.* ſciendum tamen illorum ſtatuta non hactenus rejici & damnari, quaſi noſtrorum Imperatorum conſtitutionibus adverſentur; ſed hactenus quod Jusgentium impugnent aut violent. Sic E. Nullum ſta-

 tutum

tutum valet, quod eſt contra naturam & Jus gentium, quoad hæc enim omnium hominum par eſt ratio, *Vult. § 7. Inſtitut. de Jure nat. gent. & civ.* Et Hiſpani ac alii, cum creaturæ ſint, creatori & legibus ejus & naturæ ſint ſubjecti, & cum hujus mundi cives communibus communis politiæ legibus vivant, *Calvin. tractat. de princip.* & ſtatuta ita facienda, ne à ſapiente poſſint reprehendi, *l. ſalvius Ariſto. ff. de leg. præſtant. Gail. lib. 2. obſervat. 33. n. 7.* Atqui ſtatutum hoc, quo cavetur, ut naufragium paſſorum, & ob tempeſtatem ejicientium bona ſint in commiſſo, & confiſcentur, eſt contra Jus gentium & naturæ. E. Contra naturam & Jus gentium ſiquidem eſt, quẽ cum alterius damno & injuria locupletari, *l. 14 ff. de condict. indeb. l. 206. de Reg. Jur.* At hoc hic fit. E. Et iniquum, & contra Jus omne eſt, quem ex re calamitoſa emolumentum facere, *l 1. C. de naufrag.* afflicto afflictionem addere, *l. divus. ff. de offic. præſid.* ac ex fletu alieno riſum ſibi conciliare, *c. ſtetiſtis. de privileg.* At hæc omnia fiunt, ſi damus locum illis ſtatutis. E. talia ſtatuta non ſunt tolleranda. Et omne ſtatutum abſque juſta cauſa privans quem ſuo dominio eſt conta Jus gentium, *l. 5. ff. de juſtit. &* [illegible]

& jur. l. id quod ff. de R. I. ibiq; Dd. At talia ſtatuta privant mercatores abſque juſta cauſa ſuarum rerum dominio. E. Nec eſt, ſi dicas, mercatores cum res ejuſmodi volentes ipſi è navibus ejiciunt habere eas pro derelictis. Etenim quomodo ejiciant, & quo fine, ſatis nervosè explicat noſter Imperator *in §. fin. Inſtitut. de R. D. ibiq; Dd. l. 1. C. de naufrag.* Et cum cogantur à principio externo, tempeſtate ſcilicet, ob eamq; id ſuſcipiant, quod aliàs nunquam ſuſciperent, neſcio, an poſſimus defendere illos volentes navis levandæ cauſa merces in tempeſtate ejicere: certè hæc ejecto mercium propriè voluntaria non eſt, & forſan etiam non omnimodo involuntaria: interim tamen cum à vi tempeſtatis cogatur mercator ad illam ejectionem, & voluntatis electio ſit ad unum quaſi reſtricta, neſcio, an falſus ſim, hanc magis involuntariam dicens, contra quam putavit *Goclen. quæſt. Eth. 117.*

QVÆSTIO V.

An eadem pœna Mandans cum Mandatario, qui delictū mandatum perfecit, feriendus, controvertitur?

HAc de re magnam olim fuiſſe controverſiam inter, Scribentes, ait Julius Clarus *§. final. quæſt. 89. n. 1.* Alii diſtinguebant, an Mandatarius aliàs id delictum facturus eſſet, an verò non. Is tamen decidit poſt Jaſonem, imò utrunque eâdem pœna dignum, in tantum, ut licet maxime aliàs ſua ſponte delictum illud mandatarius perpetraturus erat, adhuc tamen mandans teneatur. Et quidem ita decidit non ſine cauſa. Nam ut homicida ſeu mandatarius eſt in dolo, qui ad mandatum impium abſque omni cauſa; nulla habita ſuæ etiam conſcientiæ & Chriſtianæ dilectionis ratione Titium interemit: ita etiam ipſe mandans Titium occidi eſt in dolo. Et hinc eſt, quod JCtus *Ulpian. in l. 15. §. 1. de ſicar.* cœdis mandatorem pro homicida habet, quod quis enim per alium facit, per ſeipſum facere cenſetur, *l. qui facit 72. de R. I. in 6. l. is damnum 269. de R. I.* At mandans id facit per mandatarium. E. & ita ſentit *Weſenbec. in paratit ff. ad l. Cornel. de ſicar. Harprecht. in tit de publ. judic. §. item lex 5. n. 75. Arum. in I. exerc. 15. quæſt. 8.* eamq; ſententiam veriorem & magis communem, ait *Jul. Clar. d. q. 99. n. 1. in fin.*

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Quid ſi ſtatutum pro homicidio, furto, &c. pœnam mortis imponat?

ET poſt *Br.* adhuc hoc affirmandum ait, *addit*, *ad Clarum dict. n. 1.* modò verba ſtatuti in rem ſint concepta, ut ſi dicat pro homicidio, furto, &c. pœna ſit mors; ubi verò in perſonam ſtatutum ſit conceptum puta: Quicunque hominem occiderit, morte morietur; decidunt contrarium, & volunt, mandatorem non eâdem pœna cum mandatario adficiendum: forte quod ſtatuta ſunt ſtricti Juris, *Gail. 2. obſervat. 33. n. 9.* & propriè mandans occidi, non occidat, nec enim modus rei eſt ipſa res. At hæc ratio valet utroque in caſu, nam nec in altero mandator propriè & phyſicè occidit, ut ſic ſemper alia pœnâ mandator, & alia mandatarius ſit afficiendus, vigore ſtatuti, contra quem ipſi admiſerint. Ergò quomodocunque ſtatutum conceptum; dicimus eidem pœnæ ſubjacere & mandatorem & mandatarium. Etſi enim ſtatutum aliàs tantum diſponit, quantum loquitur, & non plus, *Rolan. con. 72. n. 51.* nec

nec quod idem non dicit, nos dicere debemus, *l. de precio ff. de publi.* tamen quando juri communi per id derogatur, ita interpretandum ne abſurditas vel iniquitas aut correctio juris communis ſequatur *argument. eorum quæ tradit Gail. à n. 40. obſervat. 33.* E. Et hæc omnia veriſſima, ſi res in terminis mandati permanſit.

QVÆSTIO VII.

Gravius controvertitur, ubi fines mandati exceſſerit mandatarius, quid juris ſtatuendum, puta mandavit quē vulnerari, mandatarius occidit?

M*Enoch. c. 352. n. 2.* adhuc eandem pœnam utrique dictat, quo de non recedit *Julius Clar. dict. quæſt. 89. n. 5.* Alii contra ſentiunt, *Fachin. 1. controverſ. 36. Hyppolyt. de Marſil. conſil. 7. n. 54. & conſil. 64. & ling. 167. Arumæus dict. loc. quæſt. 9. Bronch. cent. 2. miſcell. aſſert. 65. Motz de mandato C. de diviſ. mand. n. 79.* Et eſt omnino in utram-

utramq; partem diſputabilis quæſtio. Sciendum autem quibus in terminis hoc *Menoch. dict. caſ. & Jul. Clar. dict. quæſt 89.* diſputent, non in his ubi mandans voluit tantum alapam infligi, vel levi baculo verberari, Er ſoll jhm ein par Maulſchellen zuſtellen von ſeiner wegen / oder er ſoll jhn ein wenig abſchmieren / hactenus enim & ipſi eum ab ordinaria pœna eximunt, ſi mandatarius contra mandatum Titium occidat: ſed hoc controvertunt, quod quis mandarit vulnus infligi, mandatarius verò fines mandati excedens, eum occiderit? Et in his terminis mandatorem æquè pœna legis Corneliæ teneri volunt, ac mandatarium, qui contra fines mandati illum occidit. Et hoc non leviter firmat *dict. l. 15. fac. c. ex libera c. ſuſcepimus de homicidio in 6.* Et ſanè cum vulnera non poſſint infligi ad menſuram, quod ajunt Doctores, ut experientia teſtatur, & omnia pene lethalia ſint, ſi credimus *Jul. Clar. dict. loco*, parum abeſt, ut non videatur mandare occidere quem, mandans tantum infligi vulnus, quomodo docet & *Gomez. tomo 3. variarum reſolut. c. 3. n. 18. Decianus in tractat. crimin. lib. 9. c. 36. n. 11.* & alii, quos hi allegant. Id contra ſentiētium fundamentum,

quod

quod tamen putant ſatis firmum, nõ ſtringit, quo concludunt, quaſi in noſtro caſu mandator prohibens, ne occidat, non habeat animum occidendi, cum videatur juſſiſſe leve vulnus infligi, abſque quo tamen nemo teneatur ordinarie *ex l. Cornel. de ſicar. l. 1. in princip. & §. divus ff. ad l. Cornel. de ſiccar. l. is qui 7. ff. dict. tit.* Etenim hoc quæritur, an non habuerit animum occidendi noſter mandator, & cum vulnera ſint lethalia, *l. 51. ff. ad l. Aquiliam Clar. dict. loco*, nec poſſint infligi ad menſuram, *Clar. dict. loco*, mandans vulnerati internecionem mandaſſe videtur. Non poteris urgere proteſtationem. Eſt enim contraria ea actui, cum ex vulneribus ſemper pene inſequatur mors, *Clar. dict. loco.* E. nihil operabitur *l. 21. ff. de acquir. hæredit.* Inquis, eo ipſo, quod cogitare debuit, mortem ſequi poſſe, mandator eſt in culpa lata, ob quam non damnatur quis ordinarie, *l. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 5. C. dict. tit.* Imò dixerim eum eſſe in dolo, cum mandet ἐκ προαιρέσεως vulnus ad decipiendum alterum infligi. Inquis, hactenus eum eſſe in dolo, quatenus mandavit in tertii damnum infligi vulnus, & non quatenus is occiditur, id enim prohibuit, & cum non

cogi-

cogitarit mortem inde ſequi poſſe, in lata culpa eſt, non dolo, *Dd. communiter, Harprecht. dict. loco*, At cum vulnera fere omnia ſint lethalia, isque juſſerit ea infligi, quomodo mortem non mandavit? certè qui mandat antecedens, mandat etiam id, quod vel ſemper, vel ut plurimum ſubſequitur, *Kohl. Exer. 1.* Ergò proteſtatio illa, cum ipſi rei contraria, non poteſt hic attendi, *d. l. 21.* inquis, proteſtationem quidem repugnantem facto non juvare proteſtantem, quo ad tollendum factum, *Mynſing. 3. obſervat. 47. n. 11.* cum talia ſint infecta, *l. 12. §. 2. ff. de captiv. & poſtl.* at bene quoad tollendam mentem, ſeu animum, *Mynſing. dict. loc:* At dico, ibi proteſtationem etiam animo eſſe contrariam, cum enim velit infligi vulnus, & hoc ſit lethale, *l. 51. ad l. Aquil. Clar. dict. loco*, ac mors inſequi ſoleat, quomodo mortem non voluit? Quomodo enim, ſi te nebulonem vocem, vel furem, homicidam, &c. etiam cum proteſtatione, ſalvo tuo honore, proteſtatio illa nihil operatur, quo ad tollendam mentem, *dict. l. 21. & Dd. communiter*, ita nec cum mortifera ſint vulnera illa jubenti infligi cum proteſtatione, ne mortem inferat, proteſtatio proderit. Excipis

cipis imò non ſemper mortem ſequi: at cum vulnera pene omnia ſint lethalia, nec eadem infligi queant ad menſuram, *Clar. dict. loco*, ſemper mors timenda, quomodo mandans vulnera, & mortem mandaſſe creditur. Et licet non videatur jubere mortem directò, mandat tamen per indirectum, qui etiam tenetur ex *l. Cornel. l. 38. §. qui obiit ff. de pœn.* ut & is, qui non quidem ipſe occidit, cauſam tamen, ut cædes fiat, præbet, *l. 15. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* At quis cauſam neci dare mandatorem hîc negabit?

QVÆSTIO VIII.

An Nobiles, & alij Viri in Germania, rectè adſunt in bello Regibus & populis Imperio Romano non ſubjectis?

ITa ſanè audimus fieri, & ſic aliis Regibus Germani ſumma cum laude auxilio ſuo adfuerunt, ut teſtantur hiſtoriæ, & viva exempla demonſtrant. Sic E. Ex quocunque Germaniæ maximum exurgit decus,

cus, ac inſigne emolumentum: id tollerandum & concedendum. Atqui Nobiles & alios Juvenes Germaniæ in bellis inſervire exteris Regibus, & poteſtatibus Germaniæ conciliat maximum decus, ac non exiguum confert emolumentum. E. De laude ſatis conſtat ex omni hiſtoria, in qua Germanorum fortitudo & magnanimitas, ac conſtantia & tolerantia, ſatis decantata, *Tacit. Cæſar.* Emolumentum etiam non latet. Sic enim Germani fiunt periti militiæ, addiſcunt adornare aciem, & comparant varia ſtratagemata, & exteris etiam ſuo forti animo, ne facilè quid contra patriam tentent, metum incutiunt. Quin ad virtutem via nulli eſt recludenda. Atqui ſubditi Imperii Romani hactenus tendunt ad virtutem, & rem benè gerendam, §. ferners ob wol im Heiligen Römiſchen Reich/ *Receſſ. Imper. Auguſt. anno 1582. E.* Et quicquid vigore conſuetudinis laudabilis & rectè introductæ, ac jure libertatis fit, id rectè fit, *Gail. paſſim. 2. obſervat. 31.* Atqui Germani militatum abeunt ad exteros ex conſuetudine laudabili, ex jure libertatis, §. Nachdem auch der Teutſchen/ Inder Fusknecht Beſtallung zu Speyer auff gericht / & §. denſelbigen wie denn / Reichs Abſchied zu

Speyer *Anno 70. in princip. & dict. §.* ob wol/ Reich Abſchied zu Augſpurg *Anno 82.* Ergò Sic & in alteram partem poſſem diſputare; at pagellarum anguſtia non patitur. Ut autem & hic me expediam, dixerim, Nobiles & ſubditos benè in bellis exteris poteſtatibus adeſſe: attamen cum diſtinctione. Putem enim referre, à quo ſcribantur: an à capitaneis ſubjectis Imperio Romano, an verò ab extraneis, & non ſubjectis, ut Hiſpanis, Gallis, Venetis, &c. Illo caſu benè poſſunt exteris inſervire, modò non contra patriam hoc faciant, ea enim ſemper nominatim debet excipi, in jhren Beſtallungen vnnd Penſionbrieffen/ §. zum andern ſoll das Teutſch. R. A. zu Speyer A. *70. c. extraord.* die Fusknecht Beſtalluug/ *§. Item* Abſcheid zu Augſpurg *Anno 82.* ita ut neque offenſive neque defenſive contra illam ſint, *dd.* §§. quod tamen limitem, ſi patria bello divexetur; ibi enim eidem adeſſe debent, *dict. §.* zum andern/ *in verbis:* Sondern vor andern allen deſſelbigen (*ſcilicet* Vaterland) Wolfahrt vnnd Beſten ſchaffen vnd befördern/ & *§.* denſelbigen wie denn *in fine* Reichs Abſchied zu Speyer *Anno 70.* Si ab extraneis, ut Hiſpanis, & aliis, ſo den Heiligen Reich nicht zugethan/ oder

in des

in des Schutz vnd Schirm / oder Bündnis ſeyn/ ſcribantur, refert, an id fiat cum conſenſu & permiſſu ſummi noſtri Imperatoris, an verò abſque eo & clam; hoc caſu non fuerim author vel Germanis ut exeant; vel capitaneis ut ſcribant, non illis: Etenim ſi fecerint, graviſſima pœna in illos ſtatuta, & poſtea in ordinem militum amplius non poſſunt recipi, *§. 1. in fine c. extraord.* in der Fusknecht Beſtallung zu Speyer auffgericht / *Anno 70.* non etiam his: ſtatim enim ipſo facto incidunt in bannum & areſtantur, ſi contra hos receſſus ſcribant, §. da aber einiger Obriſter / Reichs Abſchied zu Speyer *Anno 70. & §.* do aber / Reichs Abſchied zu Augſpurg / *A. 82.* Si cum conſenſu Imp. capitanei milites ſcribant, (ut debent ſemper, *dict. §. 1. c. extraord.* in der Fusknecht Beſtallung Anno 70. zu Speyer / *& Receſſu eodem in princip. ac Receſſu Anno 55. §.* wir ſetzen / ordnen / wollen vnd gebieten / *cum §. ſequenti & in* Reichs deputation Abſchied / *Anno 64. §.* wiewol auch in der Executions Ordnung / ubi ſerio hoc eis injungitur, *dd. Receſſ.* etiam ſub pœna banni, *d. §.* da aber einiger Obriſter / *Receſſ. Spirenſi Anno 70. & §.* do aber) bona cum pace & laude ſumma ad

exteros proficiſcuntur, *dict. §. 1. c. extraord.* der Fußknecht Beſtallung / in tantum, ut ſub pœna graviſſima illis injungatur, ut apud exteros, bonam & fortem militent militiam, §. zum vierdten do ein Obriſter / *d. c. extraord.* in der Fußknecht Beſtallung / Quia v. exteri hîc quid mali poſſent moliri, §. wenn aber das / *Receſſ. Imp. Auguſt. Anno 82.* & ex illa collectione militum non rarò damna oriri, *d. pr. c. extraord.* in der Fußknecht Beſtallung / ideò non indiſtinctè Imperator eis dat poteſtatem ſcribendi militem, ſed certis ſub conditionibus & cautionibus. 1. enim illi capitanei debent habere pleniſſimum mandatum à magiſtratu, cujus nomine ſcribunt milites, §. vnd ob wol vor etlichen / *Receſſ. Spir. 70. in pr. & Receſſ. 83. Auguſtæ*, quo cognito datur ei poteſtas: ſi 2. caveat & quidem vel oppignerando omnia ſua, vel ſtatibus Imperii, §. darauff ſie / *in verbis:* darzu gnugſame Caution durch Bürgſchafft mit Reichs Ständen im Reich geſeſſen / & §. Welches wir N. vnd N. *in verbis:* als Häuptbürgen / vnd Heuptſchuldnern alles mit Verpfendung vnſer Haab vnd Güter / auch mit Verzeihung aller rechtlichen Wolthaten / *Receſſ. Spirenſi Anno 70.* 3. quod is magiſtratus non

non velit oppugnare Romanum Imperiũ & quemcunque in ejus protectione, §. vnd wol vor etlichen / *dict. Receſſ. Spir.* & §. *1.* & *2.* in der Fußknecht Beſtallung/ §. demnach/ *Receſſ. Auguſt. Anno 82.* & *4.* quod talis exercitus diviſim diductus, §. wir N. oder Ich N. *d. Receſſ. Aug. 82.* 5. In Imperii Romani terris vel finibus neque offenſivè neque defenſivè ſit futurus, §. die Obriſten/ *Receſſ. Spir. 70.* & §. die Obriſten/ *Receſſ. Auguſt. 82.* §. zum andern/ *c. cap. extraord.* in der Fußknecht/ Beſtallung/ 6. ac propriis ſint victuri ſumptibus, §. wir N. oder ich N. *d. Receſſ. Auguſt.* nec ulli damnum daturi, *d.* §. wir N. oder ich N. §. dieweil denn ſolches/ *d. Receſſ. Spir. Anno 70.* & omne datum recompenſaturi, §. vnd zu mehres/ *cum* §. *ſeq. Anno 82.* & de aliis, de quibus habetur in literis cautionalibus, quas vide, *Receſſ. Imp. Spir. Anno 70.* & *Receſſu Auguſtæ Anno 82.*

QUÆSTIO IX.

An etiam Clericos ligant cõſuetudines F.?

ITa Dd. communiter tradunt, *Jul. Clar. in* §. *feudum q. 3. in f. Marant. in ſpec. aur. pag. 3. num. 93. Schneid. pag. 1. nu. 5. de feud.*

Schrad. p. 1. q. 2. Niell. diſp. feud. 1. th. 3. Gœdd. diſp. feud. 1. th. 18. Weſ. in proœm. feud. Et quidem cum fundamento ſatis firmo. Quodcunque enim jus Canones tradunt, aut illis approbatur & confirmatur, illud etiam Clericos indiſtinctè ligat, *arg. l. 9. l. 10. C. de legibus, arg. eorum, quæ notat Fach. 7. cont. 2.* Atqui jus feudale & à Canonibus receptum & confirmatum, *c. cæterum de judic. c. verum 7. de foro compet. c. ex transmiſſa d. t. c. novit in med. de jud. c. excommunicamus §. moveantur de hæret.* & aliis compluribus capit. alleg. à ſuperioribus authoribus Alii diſſentiunt qſ. habens F. habeat forum competens coram Domino Laico, *§. f. v. præterea de prob. F. al. per Frid 2. F. 55.* vel parib. curiæ, *c. un.* an apud judicem vel curiam: *2. F. 46.* vel aliàs coram ordinario Laico, *c. cæterum 5. de jud. c. ex transmiſſa, ext. de for. comp.* cum tamen Laicorum juriſdictioni Clerici non amplius ſubjiciantur, *c. 1. c. 12. ext. de for. comp. ibiq; Cuj. & Dd.* vulgò in tantum ut illi foro neque tacitè neque expreſsè renunciare poſſint, *d. c. ſi diligenti. 12.* ne etiam Epiſcopi conſenſu accedente, *c. ſignificaſti 18. ext. d. l. ibiq; Canon.* At illa concedimus libenter de regula *d. c. 1. d. c. 12.* modò nobis viciſſim

ſim detur eſſe exceptionem in F. in quibus etiam Canonum jure vaſallus Clericus coram Domino Laico reſpondere cogatur, *d. c. cæterum d. c. novit d. c. ex tranſmiſſa.* Non obeſt, ſi dicis, qſ. Pontifex nil poſſit contra jus divinum conſtituere, imò id defendere ad ſanguinem uſque debeat, *c. ſunt quidem 35. q. 1.* contra quod tamen ſit Clericum conveniri coram Laico. *d. c. 1. d. c. 12. de for. comp.* R. exempti quidem Clerici Laicorum jurisdictione, *d. c. 1. d. c. 12.* at nullo jure. Alii id putant factum jure divino, *gl. in c. ſi Imp. diſt. 96. Mar. 2. de jurisd. 6.* Ego dicerem contra jus divinum, cum illo nominatim cautum, ut omnis anima poteſtati ſublimiori ſubſit, *Rom. 13.* Imò ipſe Paulus conventus coram Laico, ut & Chriſtus non objecit declinatoriam fori, *Act. 25. Morla in empor. t. de jurisd. q. 12. n. 3. Vult. ad l. 1. n. 125. in fin. de jurisd.* Verius ergò eſt exemtionem hanc Clericorum eſſe ab humana ſanctione & longa conſuetudine, *Boer. deciſ. 69. n. 1.* contra quam cur per longam conſuetudinem vel legem claram non poſſit aliud induci, notum enim eſt unum quodq; eo modo tolli, quo eſt colligatum, idq; hic dicendum facilius, cum ſic res redeat ad priſtinā naturam,

Quæſtio Decima.

ram, de qua olim conventi Clerici coram Laico, *d. c. 13. ad Rom. d. c. 25. Actor. l. 33. l. 37. §. f. C. de Epiſc. & Cler. l. 25. C. d. t. Boer. d. deciſ. 96.* donec forum proprium ſortiti Pontificum decretis, *d. c. 1. d. c. 12.* & Friderici indulgentia, *Authen. ſtatuimus C. de Epiſcop. & Cler.*

QVÆ-

CENTURIÆ I.

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM JURIDICOPOLITICARUM DECURIA OCTAVA ET NONA.

Reſpondente

HENRICO Schmidt *ERPHORdienſi.*

DECURIÆ VIII.

QVÆSTIO PRIMA.

Cujuſnam ſit juris patria poteſtas, an Juris gentium, an verò Juris civilis, non admodum expeditum?

VAriè hac de Quæſtione inter ſe diſceptant Dd. quemadmodum videre eſt apud eoſdem. Alii originem ejus adſcribunt jurigentium, *Conan.*

2.comment. 13. n. 2. Vacun. à Vacun. 1. declarat. 8. n. 2. & 3. lib. declar. 5. n. 2. Bodin. de Repub. c. 4. Cujac. in not poſter. hic, Hieronym. Setſer. diſput. 2. juris civil. ad 4. lib. Inſtitut. theſ. 30. & fin. Ariſtot. 8. Ethic. 2. Arum. diſput. 2. Inſtit. theſ. 1. Alii juri civili, *Vult. ad princip. Inſtitut. de patria poteſtate n. 15. Hottom. ad princip. Inſtit. dict. tit. Weſenb. dict. princip. & in paratit. de his, qui ſui, vel alien. n. 3. Johannes de Platea de patria poteſtate n. 7. Balduinus hîc, Ravardus ad l. 12. tabb. c. 3. Boëtius in Topic. Cicer. Andr. Gerhard. diſp. 2. Inſtit. quæſt. 1.* Alii diſtinguunt inter originem patriæ poteſtatis, & formam ejuſdem, quod reſpectu illius ſit juris gentium, reſpectu hujus verò juris civilis. Alii itidem aliter diſtinguunt, ut videre eſt apud *Vacon. de Vacun. dict. loc. & Setſer. d. loc.* Ego tentabo, an non aſſerentium, imò patriam poteſtatem eſſe jurisgentium ſententia ſit verior, ex cujus ſententiæ declaratione itidem quomodo affirmans & negans opinio in concordiam reduci queat patebit. Sic autem eám in ſe & per ſe juris gentium eſſe evincere conor. Quicquid civibus Romanis cum aliis gentib. eſt commune, id eſt jurisgentium, *l. 1. §. final ff. de juſt. & jur. § jus autem gentium Inſtit. de jure na-*

re natural. gent. & civil. Donell. 1. comment. 6. non verò civilis, quod quiſq; populus ſibi conſtituit, *dict. §. jus autem. Inſtit. de jure natural gent. & civ.* Atqui patria poteſtas cum Romanis aliis etiam gentib. eſt communis, *Ariſtot. 8. Ethic. 2. & 1. Polit. 8. Bodin. 1. de repub.* E. & certè hoc ipſi diſſentientes concedunt & docent: ſic enim *Vult. n. 15. in princip. Inſtitut. h. tit. de patria poteſtate* non negat, alias etiam gentes liberos ſuos habere in poteſtate, ſed hoc negat, poteſtatem illam & talem eas habere. Quin cujuscunque rei effectus aliis gentibus, quàm Romanis ſunt communes, ea etiam eſt ipſa juris gentium. Effectus enim omnis præſupponit cauſam, *Philoſophi communiter*, & ab effectis cauſæ arguuntur, *Valentin. Forſter. libr. 1. de ſucceſſ. c. 20. in fine pagin. 26.* Atqui effectus, quos diſſentientes attribuunt patriæ poteſtati, ſunt juris gentium. Ergò etiam ipſa patria poteſtas. Effectus enim patriæ poteſtatis fuit Jus vitę & necis in liberos, *l. 11. ff. de lib. & poſthum. l. final. C. de patria poteſtate, Bodinus 1. de republica 4. Vult. ad dictum tit. de patria poteſtate n. 11. Arumæ. diſputat. Inſtitut. 2 theſi 2.* item, quod poſſit tempore neceſſitatis filium alienare, *toto t. C. de patribus, qui fil.*

ibid.

ibiq; Azo, Cujac. & Dd. communiter. Vult. dict. n. 11. Arumæ. dict. loco theſi 3. in princip. Johannes de Platea hîc, Weſenbec. in parat. n. fin. de his, qui ſui vel alien. & ex parte liberorum reverentia & obſequium, *Vult. dict. loco, Weſenbec. dict. n. fin. l. 2. ff. de juſtit. & jure l. congruentius C. de patria poteſtate.* Atqui hi effectus omnes, ut & alii, obtinent etiam apud gentes alias. Sic enim Galli feruntur habere Jus vitæ & necis in liberos, *Julius Cæſar*, ut & populi alii, *Bodinus 1. de republic. cap. 4. Exod. 22. Ezech. 22.* E. & cauſa ibidem erit; cum effectus neceſſario arguant cauſas, *Valen. Forſter. d. loco,* Sunt verò hi patriæ poteſtatis effectus. E. Inquis, cum diſſentientibus de larga largiri manu, quod & aliæ gentes liberos ſuos habeant in poteſtate, *argument. eorum, quæ habet Bodinus in dict. loco, Vult. dict. loco, n. 15. & fin.* at exinde tamen non ſequi, quod patria poteſtas ſit juris gentium, cum illæ gentes non habeant talem poteſtatem, qualem Romani, *Vult. dict. n. 15. Weſenbec. in paratit. dict. tit. n. fin.* & hîc non quæri de omni poteſtate patria, ſed de poteſtate patria Romanorum, & de hâc cum non ſit communis aliis gentibus, *l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. ff. de his, qui ſui §. 1. Inſtitut. de patria poteſtate,*

poteſt

poteſt rectè dici, quod ſit juris civilis, *Vult. dict. n. 15.* ex quibus pro hac ſententia ſic colligo: Quicquid civium Romanorum proprium, aliis gentibus non poteſt communicari: proprium enim quatenus communicatur, non manet proprium, *Jacobus Scheck. libr. 8. topic. tit. 3. Keckerman. in ſuo ſyſtem. logic. pag. 188. Clemens Timpler. in Metaphyſic. libr. 3. Metaphyſic. cap. 3. quæſtion. 13.* commune enim eſt, quod communicatur: at commune quod eſt τῷ ἰδίῳ contra diſtinguitur *Keckerman. dict. loco.* Atqui poteſtas patria eſt civium Romanorum propria, *dict. princip. Inſtitut. de patria poteſtate, dict. l. 3. l. 4. l. 5. ff. de his, qui ſui, vel al. Johann. de Platea. dict. loco, Weſenbec. dict. loco,* E. Jam verò quod aliis gentibus non eſt commune, id non eſt juris gentiũ, *argum. §. jus autem Inſtitut. de jure natural. gentium & civil. l. 1. §. final. ff. de juſtit. & jure.* At hæc poteſtas aliis non eſt communis gentibus, *dict. princip. de patria poteſtate, dict. l. 3. & l. 4.* E. At hoc argumentum non ferit. Nec enim nos quærimus hîc de patria poteſtate modificata, (ut ſic loquar,) vel aliter informata, qua uſi Romani, ſed de patria poteſtate in ſe & eſſe ſuo ſubſtantiali. At argumentum concludit tantum de eſſe tali ſeu modificato ipſius patriæ poteſtatis,

teſtatis, non verò etiam de ſubſtantiali & abſoluto. E. Inſtas quaſi reſpectu eſſe modificati ſeu talis hic diſputent Dd. & patriã poteſtatem dicant eſſe juris civilis, quod multa puta ſolennitates nuptiales, legitimationes, adoptiones, &c. in ea à Romanis inventa, & recepta, quæ tamen aliis gentibus fuerint incognita, *dict. n. 15.* ſic colligentes forſan. Quoties juri gentium quid addimus, vel detrahimus, toties Jus civile efficimus, *l. 6. ff. de juſtit. & jure.* At multa à Romanis addita ſunt patriæ poteſtati, *Vult. & Dd. dictis locis.* E. Dicerem 1. id dari poſſe, at non niſi impropriè, quomodo nuptiæ forſan propter ritus diverſos dici poſſunt juris civilis, cum tamen in ſe & propriè ſint juris gentium. *princip. Inſtitut. de jure naturali gentium & civil. ibiq; Vult. Johan. de Platea Johan. Fab. & Dd. communiter.* 2. Dubito, an originem rei rectè & doctè æſtimemus ab ejus informatione, & ſolennibus, quæ ei à jure civili addita, de origine enim ſeu ortu eſt quæſtio: at res verbi gratiâ patria poteſtas ab iſtis ſolennibus non habet ortum & originem, imò illa informatio rem præexiſtentem præſupponit. E ſic ergò. Quicquid rei non dedit eſſe ſeu originem, illi etiam non poteſt ea

teſt ea res adſcribi. At ſolennia illa juris civilis patriæ poteſtati non dederunt originem ſeu eſſe, nec enim rei accidens eidem dat eſſe. E. Quia cum illa juris civilis informatio & quaſi modificatio præſupponat ante fuiſſe patriam poteſtatem, cum omne eſſe tale præſupponat ſimplex, ut accidens ſubjectum, *Zabarella lib. de indiv. conſtit. cap. 4.* patet male reſpectu illius informationis ſeu ſolennium originem ejus tribui juri civili: Et hoc apertè probatur *in princip. de patria poteſtate l. 4. l. 5. de his, qui ſui, vel* (quos textus aliàs diſſentientes maximoperè urgent,) ubi dicitur, quod aliæ gentes non habeant talem poteſtatem propriam. E. habebunt omninò aliquam: omnis ſiquidem comparatio fundata in tertio, *Scaliger Exercit. 300. ſ. 1.* Ex quibus patet noſtræ ſententiæ Dd. loqui de prima & propria patriæ poteſtatis origine: at diſſentientes de quaſi & impropria, & veros eſſe de ejus informatione, non etiam conſtitutione ejusdem. Paſſim etiam Dd. diſtinguere ſolent, ut dicant, patriam poteſtatem ratione originis eſſe juris gentiũ: at ratione formæ juris civilis: quomodo etiam diſtinguunt, ſi quæritur de origine tutelæ, teſtamentorum, emphyteuſeos, &c.

ut vide-

ut videbis apud *Mynſ. Inſtitut. de tut. n. 10. Hackelman. diſputat. 15. theſi 1. liter. f. Hottom. ad* §. 5. *enunciat. 1. in fine de Attil. tut. Vult. n. 1. & ſequent. ff. de tut. Connan. 3. comment. 5. n. 6. Chiflet. de ſubſtit. cap. 1.* At hi quomodo poſsint defendi, (ſi propriè loquuntur,) neſcio. Etenim ſi poſita forma ponitur Eſſe, Scholaſtici *Keckerm. in ſyſtem. logic. pagin. 163. Heſſelbein. in theor. logic. cap. 4. quæſt. 5. pag. (mihi) 169.* & forma dat eſſe, *l. Julianus* §. *ſi quis rem ff. ad exhib. Weſenbec. in paratitul. de tranſaction. n. 2.* & quicquid eſt, per formam ſive eſſentiam eſt, *argument. dict. l. 9. Scaliger Exercit. 307. ſect. 14. & Exercitat. 28. ſect. 2. & idem libr. 2. de cauſ. latin. ling. c. 25. Exercit. 16. ſect. 1.* quomodo poteſt dari forma abſque origine, & origo abſq; forma? ſic ergò diſtinguentium diſtinctio aut nulla, aut dabitur rei eſſe abſque forma, quod non dixerim. Et ita forſan eſt dicendum, ſi de rei forma & origine loquimur propriè. Si autem per formam intelligas formulam, ſeu ſolennitates, illa diſtinctio ex *l. 6. de juſt. & jur.* tolerari poteſt: at ſic abutimur voce formæ, & non ſatisfacimus quæſtioni inſtitutæ de origine, cum ſic non doceamus de origine vera & prima, ſed de tali & qualificata.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An etiam mater tempore neceſſitatis & famis liberos ſuos poteſt diſtrahere?

UT homines liberi vendi & alienari non poſſunt, *Azo in ſumm. C. de patribus, qui filios diſtraxer. n. fin.* niſi ſe venundari ad pretium participandum patiantur, *l. 1. C. quibus ad libert. proclamat.* non licet, *Azo n. fin.* ita nec etiam parentes liberos vendere, *l. 1. C. de patribus, qui fil.* quod Jus mutatum illo caſu, ſi ſubſit maxima fames & neceſſitas, ubi parentibus datum, ut poſſint eos vendere, *l. 2. C. d. tit. ibidem Dd. communiter, Schneidw. Inſtitut. de patria poteſtate, Vultej. d. n. 11. Azo in dict. ſumm.* quæritur ergò jam, an etiam matri id ſit datum, ita ut & illa, ſi fame nimium prematur, filium poſſit diſtrahere? Negant id Dd. communiter, *Azo in dict. ſumm. n. 3. & fin. Cujac. in dict. tit. C. de patribus, qui fil. Sichard. dict. tit. n. 8. Rebuff. in tract. de privil. ſcholarum privil. 177. n. 5. volum. 11. Pinell. ad rubr. p. 1. C. de bonis matern. n. 22. Schneidw, §. 1. Inſtitut. de patria poteſtate, Vultej. dict. loc. num. 11. & Dd. communiter*

N *in dict,*

in dict. l. 2. C. de patribus, qui filios diſtrax. Et hi nituntur rationibus non condemnendis Et certè titulus eſt de patribus. At patres diſtinguuntur à matribus. Ergò. Et cum textus matris non faciat mentionem, *Azo in d. ſumm. C. num. 3.* nec nos etiam ad eas hoc jus extendere debebamus: maximè cum verſemur in illo, quod contra juris rationem receptum, *argum. l. 1. C. dict. tit. Azo dict. num. fin.* quod non trahendum ad conſequentiam, *l. 14. l. 15. ff. de legibus. l. quod verò 183. de regul. jur. l. 141. dict. tit. ubi Decius Valentin. Förſter. lib. 1. de ſucceſſ. c. 10. p. 25.* Quin negata cauſa, negatur effectus, *Valentin. Forſter. dict. lib. 1. c. 10.* & cauſæ ſunt effectuum cauſæ, *Valentin. Forſter. dict. loc. argum. gloſſ. in l. 1 verbo cauſam de poſtulat. latè Tiraquell. in tractat. regularum ceſſante cauſa.* Atqui patria poteſtas eſt cauſa hujus diſtractionis, *Azo in ſumm. dict. n. 3. Sichard d. n. 8. Pinell. dict. loc. Vult. dict. n. 11 & 12 Schneidew. dict. loc. Arumæus dict. quæſt. in princip.* matres verò liberos in poteſtate non habent, *§. fœminæ Inſtit. de adopt. Azo d. n. 3. Schneidw. d. loc. Arum d quæſt. 3.* E. Alii affirmant *Gomez. in §. fuerat Inſtit de act. col. 1. & 2. Forſter. diſput. Inſtit. 3. th. 4.* & alii,

alii, de cujus veritate exercitii gratia videbimus. Sic ergò. Ubicunque eadem ratio, ibi idem jus ſtatuendum, *argum. l. illud 32. ff. ad l. Aquil. l. & ideò 11. l. 13. de legibus l. 1. §. 2. de fonte l. Pomponius 9. verſ. & quemadmodum ff. de negot. geſt. Moller. 1. ſemeſtr. c. 41 n. 4. Donell. ad l. 3. C. de codicill. n. 3.* At eadem ratio deciſiva, ſcilicet fames, extrema neceſsitas militat etiam in matre. E. & eapem diſpoſitio, *d. l. 2.* in ea militare debet. Nec eſt, ſi dicis, quaſi hoc argumentum ſit reſtringendum in matre, cum verſemur in odioſis, quæ omninò reſtringenda, *c. odia. de regul. jur. in 6. l. 42. de pœn. l. 155. §. fin. de reg. jur. Gomez. 2. reſol. 4. n. 4.* Etenim reſpectu parentum, ut & liberorum hoc ſatis favorabile, cum ſic utrorumque vitæ & ſaluti conſulatur, cum aliàs fame perire haberent neceſſum, *Ariſtoph. in Acharne Ovid. 8. Metamorph. in fine.* Et 2. Dd. non ignobiles diſputant, imò in odioſis & minus favorabilibus etiam poſſe fieri extenſionem ob eandem rationem vel majorem, *c. porrò ſi dominum 2. feud. 24. l 64. §. 1. verſ. cum ideò prohibuerit, de R N. l 7. ibi, ſatis enim C. de revoc. donat.* Sic ergò: Caſus quos nectit paritas rationis, quoad juris diſpoſitionem, non ſunt ſeparandi, *d. l.*

 illud 32.

illud 32. ff. de l. Aquil. Moll. 1. ſemeſt. 5. etiam in odioſis, *d. c. porrò ſi dominum. d. l. 64.* §. 1. Atqui noſtros caſus ſcilicet matrem & patrem nectit identitas rationis, *d. l. 2.* & verſamur in favorabilibus ex dictis. E. quoad diſpoſitionem juris mater & pater nō ſunt ſeparanda. Ergò, quomodò pater diſtrahit tempore neceſſitatis filium, ſic etiam mater fame majori preſſa. Quæ argumenta ſatis ſtringunt, niſi dixeris, in eis committi fallaciam cauſæ, ponens diſtractionis cauſam, non famem, ſed patriam poteſtatem, quæ cum matre ceſſet, *§. fœminæ. Inſtitut. de adopt. Azo dict. ſumm. dict. num. 3.* ceſſabit ergò & diſpoſitio. At (ut pace doctiſſimorum JCtorum quid dicam) alii poteſtatem patriam non agnoſcunt pro cauſa illius diſtractionis. 2. Et certè Imperator ad illam non attendit in d. l. 2. ſed ob ſolam nimiam paupertatem egeſtatemq; filium vendi victus cauſa permittit, d. l. 2. Quomodo cum egeſtas ſit vera cauſa, & hæc etiam cadat in matrem, liquet adhuc ſuperiora ſtringere. Quin ex ipſius verbis d. l. 2. hoc evinco: Maſculinum ſi quis continet fœmininū, *l. 1. ff. de verb. ſign. l. pronunciatio 195. in pr. d. t. l. 204. l. 52. l. 172. l. 40. §. 1. ff. de verbor. ſignif. & ad dict. l. 1. Gœdd.*

Alciat.

Alciat. Dn. Suevius in prælect. ſuis ad hunc tit. in princip. & aliis. At in d. l. 2. habetur SI QUIS, quod complectitur utrumque ſexum, d. l. 1. E. Nec eſt, ſi excipis, qſ. maſculinus ſermo fœminam contineat in favorabilibus, non etiam in odioſis, *Dd. paſſim.* Etenim 1. nos ſumus in favorabilibus. 2. maſculinum ſermonem proprietate ſermonis fœmininum continere etiam in pœnis & delictis, ſi modò ſint in indifferentia, docet *Decian. 6. pract. crimin. 5. & 18. Gentil. diſputat. 1. Cod. ſi quis Imper. maledixit*, & 3. maximè ſi odium rationabile, *Gentil. dicto loc:* quale hoc etiam eſt ex dictis. Si urſeris per Rubricam, quæ eſt de patribus, maſculinum ſermonem reſtringi ad patres tantùm; dixerim te argumentari à Rubricà, qualia argumenta ſunt admodum infirma, cum ſæpius Rubrica generaliter reſtringatur ex nigro, & contra ſpecialior per idem extendatur, ut benè animadvertit *Nicol. Everhard. in topic. in loco à Rubro ad Nigrum n. 11. Petrus Gerhardi de Petr: ſanct: ſingul: 7. vide Alciat. libr. 2. parad. 18.*

QVÆSTIO III.

An pater etiam ex alia cauſa juſta, præter nimiam paupertatem & egeſtatem poteſt vendere filium?

NImia egeſtas ſeu paupertas eſt in *dict. l. 2.* expreſſa; quæritur, an non etiam extra illam, ob aliam inſignem neceſſitatem poſſit filium pater diſtrahere: id negat *Accurſ. cum Covarrv. 3. vari arum reſolut: 14. n. 4. verſ. tertio forte ob verba dicta l. 2.* venditione in hoc tantummodo caſu valente, quæ ſunt reſtrictiva. Alii patri vendi-tionem permittunt etiam ob aliam neceſſitatem præter egeſtatem, *Sichard. dict. loco, n. 9. Pinell. p. 1. Rubr. 2. C. de bonis matern. Schneidw. Inſtitut. de patria poteſtate n. 29.* quorum ſententia an non ſit benignior, videbimus. Sic ergò: ſi id ineſt, quod minus ineſſe videtur. E. multò magis id, quod magis ineſſe videtur, *Philoſophi communiter.* Atqui parentibus licet liberos diſtrahere ob magnam egeſtatem, ubi non ſtatim extimeſcenda mors, cum homo non ſolum pane vivat, *Johan. 6.* & per aliquod inter-

intervallum nullo forinſecus aſſumto alimento naturaliter vivat, ſecundùm quorundam Phyſicorum placita: quemadmodum hoc tradũt de puella, quæ Anno 1542. in diœceſi Spirenſi per triennium abſque cibo ſervata ſit, & de alia, quæ Anno 1604. itidem per tot annos non edit, vide *Paulum Lentulum ſub tit. hiſtoria admiranda de prodigioſa Apolloniæ Scroyeræ virginis in agro Bernenſi inedia.* Ergò multò magis venditio liberorum parentibus erit permiſſa, ubi ejusmodi ſubeſt neceſſitas; ut aut patri ſit moriendum, aut ut tot ſolvantur aurei libri diſtrahantur, id quod ſæpius fieri poteſt in captivitatibus, ubi aut tot ſolvendi aurei, aut poſt quosdam paucos dies moriendum. Quis hic, ſi aliunde non ſuppetant nummi, non æquum & juſtum dixerit, ut filii pro ſalute patris diſtrahantur? *arg. dict. l. 2. C. de patribus, qui filios diſtraxerunt.* Quin ubicunque militat ratio deciſiva & finalis, ibi militat etiam jus & deciſio, *argum. dict. l. illud ff. ad l Aquil. Weſenbec. in paratit. n. 6. ff. ſi quis jus dicenti non obtemperat. Donell. ad dict. l. 3. C. de codicill. Harprecht. ad §. 7. n. 23. Inſtitut. de publ. judic.* Atqui ratio & cauſa deciſiva & finalis d. l. 2. quæ eſt ſalus & conſervatio paren-

tum militat etiam extra caſum famis & egeſtatis ex dictis. E. Et hæc Dd. in tantum volunt vera, ut etiam in odioſis permittant collectionem à paritate rationis *d. c. porrò ſi dominum 2. feud. 24.* ut ſuprà dixi, licet etiam particulæ taxativæ appoſitæ, *Donell. ad dict. l. 3. C. de codicill.* Quomodo parum movebit Accurſius, urgens particulam tantummodò, quaſi per illam illa venditio tantum ad caſum paupertatis reſtringatur: ſiquidem ejusmodi particulæ taxativæ non ſimilia vel majora, ſed diſſimilia, & alia excludunt, illa verò includunt, *l. 32. ff. depoſiti*, *Donell.* Et favores omninò ampliandi, *c. odia de R. J. in 6.* & beneficia Principum latiſſimè interpretanda, *l. 3. ff. de conſtit. Princip.* At diſtractio illa eſt favorabilis, *Bl. in dict. l. 2. Arum. dict. diſput. 2. quæſt. 2.* & ex indulgentia Principis, *Harprecht. de patria poteſtate, & argum. dict. l. 2. C. de patrib. qui fil. diſtrax. E.*

QVÆSTIO IV.

An puella ex amore ſingulari cum quodam luxurioſè ſeu impudicè vivens ſit turpis & peccet?

Menoch.

MEnoch. *lib. 2. arbitr. judic. caſu 328.* ut adoleſcentibus, quibus *dict. caſ 328. n. 3.* talia magis arridere, quàm graviora & utiliora, ait, placeret, & quidem ita, ut dicat illam puellulam non eſſe meretriculam, nec infamem aut turpem, quæ ex amore vehementi capta ſui copiam faciat, d. n. 3. Nos tentabimus, an non ſit turpis & meretrix. Non tamen indiſtinctè, puto enim referre, an de moribus & jure noſtri temporis, quo omnis coitus extra juſtum matrimonium damnatur & illicitus eſt, *Noveb. Leon. 91.* ne ergò, inquit, hoc legislatoris erratum dedecore noſtram politiam afficere ſinamus, itaq; lex illa in æternum ſileto, & quo generali conſuetudine, *Gœdd. ad l. 144. n. 9.* receptum jus divinum, quo omnis injuſta conjunctio damnatur, *1. Corinth. 5. verſ. 1. & 1. Corinth. 6. verſ. 9. cap. 10. verſ. 8. Coloſſ. 3. verſ. 5. 1. Timoth 1. verſ. 10. Hebr. 13. verſ. 4. Geneſ. 6. & 19. & 31. Deuter. 22. verſ. 13. & 23. verſ. 17. paſſim Salomon in Proverb. maximè in cap. 5. & cap. 6. & 7. Ariſtotel. 7. Polit. cap. 17. Weſenbec. in paratit. ad L. Jul. de adult. n. 21. & in paratit. de concubin. Gœdd. d. l. 42. n. 6. de verbor. ſignif. Idem ad dict. l. 144.* de hoc, inquam, jure noſtri temporis putem

N 5 referre,

referre, an ejusmodi puella amore vehementi capta, alteri copiam ſui faciens ducatur in matrimonium; an verò non, ſed negligatur & derelinquatur. Priori caſu non erit turpis & meretrix, ſiquidem matrimonium ſubſequens omnem maculam & omnem turpitudinem tollit, *cap. tanta extra qui filij ſint legit. c. reliqui Novell. 89. Weſenbec. Vult. ad §. fin. Inſtitut. de nupt. Schurff cent. 1. conſil. 1. Mynſing. 5. obſervat. 42. Hartman Piſtor. lib. 2 quæſt. 29. n. 4.* Nec eſt, ſi dicas, ſemper tamen quantam cicatricem turpitidinis movere, quæ nunquam proſus coeat & coaleſcat, *Vult. 1 de feud. c. 9.* & non abolevi turpitudinem, quæ poſtea intermiſſa, *l. 43 §. 4 de R. N.* Equidem id verum eſt quidem naturaliter, at non civiliter, ibi enim matrimoniũ retrotrahitur, & tollit omnia vitia præcedentia, *dict. c. tanta extra qui filij ſunt legit. dict. c reliqui Tiraquell. in l. ſi unquam C. de revoc. don. gloſſ. in d. c. tanta Schurff. dict. loc. Gail. lib. 2. obſervat. 141. n. 1 & 2. & 3* quomodo enim filius ex illa conjunctione ante matrimonium ſuſceptus, de reliquis filiis juſtis non differt, *Novell. 49. c. 9.* & eaſdẽ cũ iis ſucceſſiones habẽt, *d Novell 89 c 8* in tãtum, ut etiam in feudis ſuccedat, *Gail. d. obſ.*

141. n.

141. n. 2. Hartman. Piſtor. dict. quaſt. 29. n. 41. Schurff. dict. loco, quomodo etiam pro tali ab initio naturali in Camera reſponſum fuiſſe, atteſtatur *Mynſing. dict. l. 5. obſervat. 42. n. 2. & 3. Gail dict. n. 2.* Poſteriori caſu erit turpis & meretrix. Aut enim quoad actum illum venereum honeſtè & pudicè facit, aut inhoneſtè, impudicè & turpiter. Nõ illud, hacten' enim agit cõtra leges divinas, *1. Corinth. 5. & 1. Corinth. 6. Rom. 1. v. 26. 1. Timoth. 1. v. 10. Salom. dict. c. 5. Exod. 22. v. 16. Deuteronom. 22. Weſenb. dict. n. 21. & dict. n. 3.* contra leges humanas, *Novell. Leon. 91. extra de cohab. Cleric. Ariſtot. 6. polit. cap. 17.* & univerſam Germaniæ conſuetudinem, *Gœdd. ad d. l. 144 n. 0. in fin.* E. erit poſterius. E. impudica & meretrix, (ſic enim conjungit *Gail. dict. lib. 2. obſervat. 141. n. 7.* inquiens, impudicam aut meretricem ducens, opus charitatis exercet, *Gail. dict. loc. 2.* Quin meretrix eſt, quæ alterius, quàm mariti conſuetudine utitur, *Connan. l. 8. c. 13. n. 1.* Atque hic noſtra puella alterius, quàm mariti uſa conſuetudine. E. 3. ſi illa quæ paupertatis obtentu, quæ tamen μέγιστον ἄλγος, *Menander*, & miſerrima res, *Homer. Odyſſ. M.* ac extra nos cui non poteſt reſiſti facilè ſuo non parcit pudori, dicitur

turpiſ-

turpiſſimam vitam agere & eligere. E. multò magis illa, quæ ex amore & libidine, quæ intra nos & cohiberi & frenari poſſũt. At prius verum, *l. 43. §. 3. ff. de R. N.* Ergò. Quæcunque mulier probrum facit, illa eſt turpis, *l. 42. ibiq; Gœdd. de verbor. ſignif.* At & illa, quæ non palam, *l. 41. de R. N.* hoc eſt, paſſim & ſine delectu cum omnibus rem habet, dicitur facere probrum, *d. l. 41. de R. N.* Ergò etiam erit turpis & meretrix. Aliud, ut dixi, attamen jocando, d. n. 3. tentavit Menochus probabiliter aliquot fundamentis. Sic ille, meretrix illa dicitur, quæ quæſtum meretur, *l. athletas. § ait prætor. ff de his, qui not. infam. l. palam. §. non eſt 5 ff de R N.* At quæ amoris cauſa copiam ſui facit, non meretur quæſtum. E. Sic *Accurſ. d. caſu 328. n. 4.* At in propoſito eſt fallacia definitinois. 2. Eſt argumentum à notatione Valla, quæ interdum levior, interdum ſtrictior, *Ariſtotel. paſſim, Nicol. Everhard. in loco ab etymolog. num 9. & 10.* quomodo argumenta inde ducta admodum infirma, *Everhard. dict. loc.* etiam negativè inde ducta, ſi non ſit etymologia à natura rei petita, *Everhard. d. loc.* 4. Non ſtandum etymologiæ cum per legem aliter declaratum poſt *Br. in conſil. 169. Everb. dict.*

loco

loco n. 11. At turpibus annumerat Octavianus etiam eam, quæ ſine quæſtu ſe proſtituit, *dict. l. 43. § 3. de R. N. E. Et 5. dictis legibus in l.* probant neceſſariò, & tantum de occaſione, ac eo, quod ſæpius fit loquuntur. Sic & illud non neceſſario ſtringit, Furioſus non delinquit. At amore capta eſt furioſa, *argum. Novell. quibus mod. nat. effic. legit. c. illud verò novimus.* Id enim impropriè dicitur, nec enim amat privatus omni ratione. At ipſe *Menoch. caſ. 327. n. 7.* notat, quod ne dormiens quidem excuſetur, habens uſum rationis & intellectus. 2. contrahat matrimonium, 3. vitet otia, quæ Venus requirit, Ovid. & furor iſte ceſſabit. Benè. Ad alia putem reſponderi poſſe diſtinguendo inter animæ concupiſcentiam, quæ rapitur & movetur ab amore; & rationem ſeu partem animæ nobiliorem, quæque illi debebat imperare, quæ non afficitur. Et 2. illa argumenta procedunt de facto, at ex jure & rationis dictamine aliud debebat eſſe, ut vides in hoc. Quæ coacta ſe proſtituit, non dicitur meretrix, *l. fœdiſſimam C. de adult.* At puella noſtra amoris vi, quæ igni etiam fortior, coacta ſui copiam amico fecit. E. Et in illo. Qui ſuperioris mandato obedivit, culpa caret, *l.*

is dam-

& damnum dat §. *1. de R. J.* At amore capta, eſt amoris ſui ſerva, ſecundum illud Propertii:

Libertas quoniam jam nulli reſtat amanti,
Nullus liber erit ſi quis amare volet.

In his omnibus pro jure allegatur factum, præſit enim anima & ratio ut domina, appetitui & concupiſcentiæ ut famulæ, ut præcipit *Plato Phil. in pr. ibr. de anima, & Ariſtoteles quoque monet 1. polit. 5.* & furor ceſſabit, ut affectus erunt caſtigati, *c. vidua eſt diſtinct. 34.* cui meretrix eſt, quæ multorum libidini patet, ut & *c. meretrices 23. quæſt. 4.* de vulgari meretrici accipio, qualis non eſt noſtra, maximè cum *gloſſ. in dict. c. vidua diſtinct. 34.* velit, ut meretrix ultra 23. millia hominum admiſerit.

QUÆSTIO V.

Quid ſi quis dormiens delinquit qua pœna plectitur?

SÆpius (proh dolor) audimus, ut matres filiolum in lectum aſſumant ac lactent, ac forte fortuna ſomno correptæ infantulum opprimant; quæritur ergò, quid ſit cum his agendum. Et quidem de ordinaria

pœna

pœna expeditum, quod illa non teneatur, hæc in tantum competit, ubi dolus eſt προαίρεσις adeſt, *l. 1. §. 3. l. 7. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Tantum dubitatur, an non extraordinaria quadam affici poſſint? Ego puto referre, an negligentia & imprudentia quædam præceſſerit, an verò nihil tale præceſſerit. Si illa, puniri poteſt, attamen tantùm extraordinariè, *arg. l. 3. §. 2. ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Quomodo ſi mulier inebriata in lecto infantulum opprimat, dehortata tamen, ne in lectum ſumeret, poteſt extra ordinem puniri, *argum. l 4. § 2 ff. ad l. Cornel. de ſicar.* Hactenus enim eſt in culpa, quæ excuſationem per omnia non meretur, *l. pen ff. de incend. ruin.* ſed tantum pœnam mitigat, *Br. & Jaſon. in l adipiſcimur de acquir. poſſeſſ. per clem un. extra de homicid.* Quomodo ſcio obſtetrici inebriatæ contra prohibitionem parentum, puellam adhuc lactantem in lectum recipienti & eam opprimenti, fuſtigationem cum perpetua relegatione fuiſſe adjudicatam, propter dicta. Quod ſi autem nulla culpa vel negligentia præceſſit, in totum excuſatur, *Clarus lib. 5. cent. §. final. quæſt. 60. §. quæro etiam pag. (mihi) 283. Menoch. caſ. 327.* qui enim culpa caret, ab omni

pœna

pœna etiam immunis eſt, *dict. Clem. un. extra de homicid. Menoch dict. loco n. 4.* Quia caſum fortuitum nemo luit, *l. 23. de R. J. ibiq; Dd.* Atqui id factum caſu fortuitò, omnem enim negligentiam abfuiſſe præſuppono. E. quomodo mater infantulum in lectum recipiens, & ob laſſitudinem forte obdormiens, ac infantulum opprimens excuſabitur, quomodo hîc etiam in ſcabinatu deciſum fuiſſe ex Clariſſimis Dominis Præceptoribus audivi. Et rectè quidem. Furioſus enim delinquens non peccat, & non tenetur, *l. infans ff. ad l. Cornnl de ſicar.* idem ſiquidem eſt, ac ſi quadrupes fecerit, *l. ſed etſi quamcunque §. 1. ff. ad l. Aquil. §. 9. Inſtitut. de inutilibus ſtipulat. Menoch. latè caſu 325. Gomez. in §. item ſi quis poſt. n. 6. Inſtitut. de actionib. Cagnola in l. 5. ff. de R. J. ibiq; Philipp. Matthæi, & Dd. communiter, latè Clarus in dict. §. final. quæſt. 60. §. item quæro, num quid, &c.* Atqui dormiens eſt ſimilis furioſo, *c. majores §. ſed adhuc, de baptiſmo*, non eſt compos mentis, *Clarus dict. §. quæro etiam, &c.* Ergò. Et ita ſentit *Menoch. poſt. Alex. Jaſon, ut & Julius Clar. d. §. fin. q. 6.*

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

Quid dicendum, ſi noctambulo alicui noceat?

REperiuntur aliqui hominum, qui interdum vel inſania, vel alio morbi genere ſtatis Lunæ temporibus agitantur, ita ut de nocte inſcii & nolentes quaſi ſurgant & ambulent, quos dicunt noctambulantes, noctivagos, lunaticos, Monſüchtig/ Wahnſinnig. Quæritur ergò, ſi hi aliis noceant, puta quempiam occidant, an teneantur? Et hanc litem puto diſtinctione benè componi poſſe. Aut enim quiſpiam neſcivit ſe hoc morbo laborare, & de nocte ſurgere & ambulare: aut verò ſcivit, quod noctu ſurgeret, gladium evaginaret, aut alios verberaret. Illo caſu omninò excuſabitur, & ab omni pœna liber erit. Actiones enim invitæ & violentæ neque laudantur neqne vituperantur, *Goclen. in Eth. quæſt. 118*. At tales ſunt actiones lunatici ſeu noctambulonis, E. 2. Et furioſus non peccat, non delinquit, non tenetur, *dict. l. infans l. 5. de R. I. l. 12. de judic. Menoch. dict. caſu 315. Clarus dict. loco, Gomez. dicto loc.* Atqui noctambulones & lunatici tales,

ſunt inſtar furioſorum, E. Quomodo etiam excuſarem lunaticum, de morbo ſuo factum certiorem, at non niſi rariſſimè obambulantem, *argument. eorum, quæ habet Menoch. dict. caſu 325. n. 11.* Et certè hîc lunaticus ſuo punitur morbo. Hoc caſu poſteriori putem referre, an ſciens ſuum morbum præcavere malum voluerit claudendo ſcilicet oſtium, an verò oſtium non clauſerit, & ſeras non occluſerit. Illo caſu in ſuo conclavi quem occidens, vel alteri damnum dans, non tenebitur, ſi occiſo de morbo ejus conſtiterit, hactenus enim extra omnem culpam, & furioſo ſimilis, qui de nullo tenetur, *l. 12. ff. de judic. Decius in l. 5. de R. J. Menoch. dicto loc.* Hoc verò, cum ſcilicet oſtium non clauſit, tenetur & punitur etiam, at pœna extraordinaria, *Clarus poſt Br. in l. penult. ad l. Pomp. de parricid. dict. quæſt. 60. §. quæro etiam.* Etenim cum ſciverit ſe tali morbo eſſe tentatum, & cum potuerit impedire malum, quod exinde oriri poſſe jam animadverterat, claudendo ſcilicet oſtium, nec tamen fecerit, eſt in culpa, non quidem ob actum credendi, hactenus enim eum excuſatum habeo, cum ſic ſit ſimilis furioſo, *dict. c. majores §. item quæritur de baptiſmo & morte*

clem.

clem. 1. in fin. de ſumm. Trinitat. quales non intelligunt, *dict. l. 12. de judic. dict. l. 5. de R. J. ibiq; Dec.* non peccant, non puniuntur, *dict. l. 12. ad l. Cornel. de ſicariis*, reſpectu Dei etiam, *Menoch. & Tiraquel. dict. c. 325. n. 4.* ſed quod ſecurus & negligens ſe non cuſtodiverit, oſtium non clauſerit. Ac de pœna ordinaria eſt communis Dd. opinio, ut ex *Placa lib. 1. delict. 31. n. 3. refert Clar.* ac ita docet etiam *Menoch. d. caſu 327. n. 4.*

QVÆSTIO VII.

An filius magiſtratus aut in honore eminentiori poſitus, poteſt præferri patri privato aut inferioris conditionis?

SÆpius accidere videas, ut ruſtici, paſtores pecorum, opifices, & alii homines fortunæ & conditionis iniquioris & inferioris educant liberos, qui bonitate naturæ, fidelitate doctorum, ac felicitate fortunæ, ad ſummos evehantur honores, fiant Doctores, Patricii, Conſiliarii, aut in Emporiis nobilioribus Conſules, quæſtio jam anceps eſt, an pater filio, an filius patri ſit

præferendus.Et certè tàm pro patre & filio militant rationes, at probabiles, ut ſunt omnia politia, *Ariſt. 1. Eth. c. 2. Herod. in Thal. Plat. alibi, ſecundum Coraſ. c.3. de jure civili in artem redig.* Liberi ſuos parentes debent honorare, vereri, magnifacere, *Geneſ. 9. verſ. 23. & 22. verſ. 2. & 7. Deuter. 5. verſ. 16. & 21. verſ. 18. Proverb. 1. 4. 8. 10. 13. & per totum ferè Coloſſ. 3. verſ. 20. 1. Timoth. 3. l. 2. ff. de juſt. & jur.* At id fit, ſi filius Doctor vel Conſul jubeat parentem ſuum, etiam infimæ conditionis hominem præire, & in loco ſedere honoratiori, E. 2. Quicquid ab aliquo dependet, id eſt inferius & minus præſtans eo, à quo dependet. Atqui à patre dependet filius, non contra à filio pater. E. pater eſt ſuperior. Ergò rectè etiam præfertur. Et 3. Juniores ſemper debent vereri ſeniores, & illis cedere; Benè priſci:

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si Juvenis vetulo non aſſurrexerat!

Ergò multò magis patrem filius. Et omnis beneficiarius ſuo benefactore ad remunerandum eſt naturaliter obligatus, *l. 25. §. conſuluit ff. de petit. heredit.* At filius patris maxi-

maximus eſt beneficiarius, ut à quo habet vitam & fortunam. E. Omne imperans eſt prius & dignius eo, cui imperat, *Ariſtotel. latè 1. polit. 5.* Atqui filius eſt imperans eſt magiſtratus; pater verò ſubditus & cui imperatur. E. Et nobilis præferendus ignobili. At Doctor eſt nobilis, *l. 7. C. de poſtulat. l. diximus ff. de excuſ. Alex. conſil. 94. volumin. 1.* pater ignobilis, E. Et pater rectè præfertur filio. Atqui filius Conſiliarius, vel Patricius, vel magiſtratus eſt pater regionis & ſubditorum, §. *filius familiàs 5. Inſtitut. de adopt. Xenophon.* Inter quas cum ſit pater; ergò rectè illi etiam præfertur filius. Quin in publicis muneribus non attenditur patria poteſtas, *l. 14. ad Sctm Trebell. l. 9. ff. de his, qui ſui vel alien.* At reverentia & honor ille maxime debetur propter eam. E. Illa ceſſante & reſpectus ac prælatio ceſſabit. Sic his probabilibus æquius lector, qui novit eatenus exactam in unoquoque genere explicationem quoq; requirendam eſſe, quatenus pati ejus natura poteſt, *Ariſtot. dict. lib. 1. cap. 1.* contentus ſit. Ut enim mens ejus poſſit acquieſcere melius cum Tauro Philoſopho apud *A. Gellium in noct. Attic. lib. c. 2.* Diſtinguo inter actus publicos, in locis & muneribus

 publi-

evecti, in congreſſibus privatis non tantùm non primum dant locum parenti, ſed etiam illum derident, aut de eo interrogati ab opulentioribus, eum ſe non noviſſe, impio & ſuperbo ore reſpondent. Quantò magis piè & modeſtius præ illis Agathocles, Rex Syciliæ potentiſſimus, qui patre figulo natus, ut ſuæ conditionis eſſet memor, ſemper aureis & argenteis poculis vaſa teſtaria permiſcebat, ut benè de eo canit Auſonius.

Fama eſt fictilibus cœnaſſe Agathoclea Regem
Atque abacum ſamio ſæpè oneraſſe luto:
Pocula gemmatis cum poneret et aurea vaſis
Et miſceret opes, pauperiemq; ſimul.
Quærenti cauſam reſpondit: Rex ego qui ſum
Sicani figulo ſum genitore ſatus.
Fortunam reverenter habe, quicunq; repentè
Dives ab exili progrediere loco!

QUÆSTIO VIII.

An homo natus ad ſocietatem?

ITa dixerim. Inde id *Ariſtot. 1. polit. 2.* ἄνθρωπος τῇ φύσει ἐστὶ πολιτικὸν ζῶον, quod habet ex *1. Eth. 5.* Eſt natura omnibus ad ſocietatem appetitus, *Ariſtotel. 1. polit. 2. p.*

 (*mihi*)

(mihi) 381. eſt homo φιλάλληλον, animal ſociabile, & ad mutui convictus commercium proſeminatum, *Ariſtot. de republ. c. 2. Cic. de finibus Seneca lib. 1. de clement. cap. 3. Arria. lib. 2. differta. c. 23. Scal. l. 1. d. c. ling. lat. c. 28.* Inde contra *Heitz Buſch.* hominem per ſe & natura & non neceſſitate actus eſſe convictus amantem, familiarem ſocietatem, *Goclen. in dicuſſ. quæſtion. logic. & philoſophic. quæſt. 2. an homo mutus deſtitutus hominis proprietate, th. 9. pag. (mihi) 12.* eruditè docet. Sic nos ex *Ariſt. 1. polit. c. 2.* Deus & natura nihil faciunt fruſtrà, *Ariſt. 1. de cœlo c. 4. t. 32. c. 11. t. 59. & l. 3. de anima c. 12. Scalig. Exercit. 6. ſ. 1.* ſed ſemper quod melius appetens, *Ariſtot. 8. Phyſ. t. 48.* At Deus & natura homini contulit ſermonem, *Ariſtot. dict. cap. 2. Goclen. dicto loco, pag. (mihi) 13.* E. non fruſtra. E. ob finem qui erit ſui affectus cum aliis communicatio qualis in convictu cernitur. Et ſive ſimus in ſtatu corrupto ſive integro, ſemper tamen nobis eſt ſocietatis appetitus, *Ariſtot. dict. cap. 2. lib. 1. polit.* Etenim in integro, quo cum communicaſſet ſapientiam & felicitatem abſque ſocia. Et cum Geneſi 2. verſu 20. dicatur, Adamum ſociam inveniſſe nullam: videtur ergò inſe-

rendum

dum eum illam deſideraſſe. In corrupta propter infinita mala, & defectum ac penuriam rerum non poſſumus extra ſocietatem vivere. Naturâ ergò homo πεφυκὼς & conditus ad ſocietatem colendam, *Ariſtot. 1. polit. c. 2.* per accidens verò alii ſunt μισάνθρωποι & ſolitarii, *Goclen. d. l. p. (mihi) 13.*

QVÆSTIO IX.

An feudum emptum eſt proprium vel improprium?

FEudum Feudiſtis eſt proprium vel improprium ſumma diviſione, *Motz. de diviſ. feud. n. 35. tractat. feud. Curt. jun. de feud. p. 1. quæſt. 1. in princip. Sonsbec. p. 3. n. 1. de feud. Weſenbec. de feud. c. 2. n. 1. Schrad. de feud. p. 2. c. 3. in princip. Hackelm. diſput. feud. 1. th. 13. & Dd. communiter.* Proprium, quod propriam feudi naturam habet, rechte Lehen / ſeu ſecundum Feudiſtam *in c. 1. §. præterea tit. quid ſit inveſt.* communem feudi naturam, qua de Feudiſta in *c. un. §. fin. in quibus cauſis feudum amitt.* Improprium, cum feudi natura in aliquo immutatur. Quæritur ergò, an feudum emptum proprium ſit, an improprium? Sonsbecius.

cius diſputat, ut maximè feudum ſic ematur, id quod fieri poſſe, patet ex *c. un. de natura feudi, & c. un. de dato feudo invicem leg. commiſſ.* id tamen eſſe proprium, *Sonsbec. p. 2. n. 8. de feudis*, quaſi nunquam in jure noſtro probetur, Feudum debere eſſe gratuitum. At præ illo alii rectè id improprii feudi ſpeciem ſtatuunt. Pro quibus ſic paucis concludo. Feudum proprium habet communem feudi naturam, *d. c. un. quid ſit inveſt.* At feudum emtum eſt proprium. E. feudi natura communis erit, ſeu naturale feudi, ut id ematur. Atqui jam quæ naturalia rei ſunt, illa inſunt, licet id non exprimatur, *Dd. communiter.* Atqui naturale feudi eſt, ut ematur. Ergò illi naturaliter & ſemper extra conventionis legem inerit. At concluſio abſurda, *d. c. un. in quibus cauſis feudum amittitur, c. un. de feud. cogn.* Ergò ex præmiſſis una. Atqui non major, ergò minor, ergò falſum feudi naturale eſſe, ut ematur. Ergò nec etiam emtum feudum erit proprium. E. improprium.

DE CU-

DECURIÆ IX.

QVÆSTIO PRIMA.

An Princeps poteſt regna & ditiones ſuas pro libitu & arbitrio oppignorare, alienare, permutare?

HÆc regia & præclara quæſtio, *Hottom. illuſtr. quæſt. 1. in princip. Bronch. cent. 4. aſſ. 87. in princip.* tempore Caroli IV. oppignorantis & obligantis bona & ditiones Imperii Electoribus, ut ſuum filium Wenceslaum in Cæſarem eligerent, mota fuit, *Hottom. d. loc. Bronch. d. loc.* & eam quidem communiter Dd. tradunt ad procemium I. in vocabulo *Auguſtus*. Negativa autem videtur veriſſima, *Bronch. d. aſſ. 87.* quā tuentur *Bruckm. in l. ſoluta poteſtas. c. 4. memb. 2. effectu 7. n. 52. gloſ. in Nov. quomodo oportet Epiſcopum in proœm. vocabulo Conferens, Schneidw. in rubr. d. proœm. I. n. 8.* ac omniū latiſſimè & eruditè *Hottom. d. q. 1. Bron. d. loc. & Bruckm.* indiſtinctè negant eum ditiones Imperii vel alienare vel oppignorare poſſe multis rationibus quas ibi vide. Ego in hac quæ-

quæſtione diſtinguo, & puto referre, an ſubditi plenariè & ſimpliciter Regi ſeu Principi ſint ſubjecti: an verò certis fœderibus ei ſubjecti, ac fidei & benevolentiæ quaſi ejus commiſſi. Priori caſu, ſi ſimpliciter & plenariè illi ſunt ſubditi, ut ſunt illi, qui per vim in bello Regi ſubjiciuntur, illos cum ditionibus indiſtinctè alienare & oppignorare poteſt, quod putem clarè probari, *l. 11. ff. de eviction.* abutuntur quippe *d. l 11.* qui ex illa indiſtinctè volunt Principem privatorum bona alienare vel oppignorare poſſe, ut ſcitè animadvertit *Hottom. d. quæſt. 1. pag.* (*mihi*) *22. Bronch. d. loco*, tantùm enim meam intentionem probat ſcilicet Principem vi & Imperio occupata & ſubditis conceſſa liberè alienare poſſe, *Hottom. & Bronch. d. loc.* nihil ulterius. Pro hoc membro etiam *text. in l. cotem. 11. §. agri ff. de publ. & vectigal. l. item prædia 10. ff. famil. hercif.* Sanè unusquisque verus & plenus Dominus regulariter poteſt res ſuas alienarè & oppignorare, *l. in re mandata C. mand. l. nemo C. de Judæis:* at rerum in bello captarum ſimus domini, *§. item ea Inſtitut. de R. D. ibiq; Vult. Mynſing. Hottom.* ac maxime immobilium & ditionum Imperator, *l. 20. §. 1. ff. de capt. & poſtl.*

poſtl. l. in agris ff. de acquir. rer. dom. Bronch. 3. aſſert. 77. Ergò illa immobilia, illas ditiones, quæ ſua facta, *dict. l. 20. §. 1. Bronch. dict. loco*, alienare etiam poterit. Quomodo Rex Hiſpaniæ novam Inſulam oppignorare poterit. Poſteriori caſu, ubi certis fœderibus ſunt ſubditi, & potiùs in clientela, quàm Imperio Regis vel Principis, iſti non ſunt, quo ad plenitudinẽ poteſtatis, *Alb. Gentil. diſput. Regiâ*, quoad plenitudinem arbitrii illi ſubditi, *Alber. Gent.* & ideò pro arbitrio etiam cum ditionibus non poſſunt alienari vel oppignorari. Et taliter ſe habent ſubditi in Imperio Romano. Etenim Imperator ab Electoribus eligitur, *Aurea Bulla, Schleidan. libr. 1.* & certis Imperii legibus ſeu fœderibus Imperiũ Romanum ei committitur, *Aurea Bulla, Capitulatio Caroli IV. Schleidan. dict. libr. 1. in fin.* Pro qua ſententia ſic: omnis alienatio, omnis tractatio de re, cujus non eſt commercium, eſt inutilis. Atqui liberorum hominum, quorum ſunt ditiones, quique ſimul cum eis alienandi ſunt, alienatio eſt oppignoratio ejus rei, cujus non eſt commercium, *l. liber homo de V. O. l. 30. §. 1. ff. de contrahend. emt.* Ergò alienatio illorum eſt inutilis & nulla. Nec eſt, ſi dicis,

cis, quaſi ſint in Regis poteſtate & dominio. Etenim hi ſunt potius in ejus fide ac cuſtodiâ, *Hottom. dict. quæſt. 1. pag. 23. in fine*, 2. ſunt in ejus Imperio, at certis cum legibus & fœderibus. *Aurea Bulla, Schleidan. dicto loc.* Quin, ubi electa eſt induſtria perſonæ, ibi negotium alteri non poteſt committi, *l. 9. C. de excuſ. mun. l. inter 21. ff. de ſolut.* Atqui Imperator fuit electus à ſtatibus Imperii, ut ejus ſalutem & commoda diligenter procuraret, & incommoda averteret; quomodo etiam Electores jurant: Das Sie wollen einen gerechten/ guten / vnnd nützen Menſchen zum Römiſchẽ Reich vnnd zukünfftigem Keyſer zu Heil dem Chriſtlichen Volck erwehlen / *capit. 2. Aureæ Bullæ in princip.* ohn alles Geding/ belohnen / *&c. dict. capit. 2. Aureæ Bullæ.* Et hodierno tempore id tanto verius, cum in Capitulationem Carolinam jurare cogatur, *Schleid. in fin libr. 1.* in qua manifeſtè cautum; Das Er die Rechte / Freyheiten / vnnd Würde deren Fürſten vnnd Ständte des Reichs nicht auffheben / noch mindern wolle / *Schleid. dicto loc.* Pro 2. contra juramentum ſuper re honeſtâ nemo venire debet & poteſt, *c. cum contingat extra de jurejurand. gloſſ. in C. ex reſcripto extra de jure-*

jurand.

jurand. argumen. l. 1. cum Avthen. ſequent. C. ſi adverſus vend. Num. 20. verſ. 9. Eze. 17. Matth. 5. Eman. Soarez in theſ. com. op. n. 299. At juramentum Imperii ſuper Capitulatione Carolinâ de promovendâ ſalute Imperii Romani eſt de re honeſtiſſima, ergo contra id venire non poteſt. Atqui in eâ nominatim continetur, quod in Imperio Romano vel cum ejus bonis, privilegiis, &c. nihil velit mutare, vel ſuſcipere, vel imminuere abſque Electorum & Statuum conſenſu & voluntate, *Schleid. dicto loco,* ergo ditiones alienare non poteſt. Ut verò integras ditiones Imperii alienandi vel oppignorandi poteſtatem adimimus ex dictis & iis, quæ latè & eruditè tradit *Hottom. dicta quæſt. 1. Bronch. dicto loco, Bruckman. dicto loco:* ita illarum rerum alienationem, quæ non magnum ſunt incommodum allatura Imperio Romano, lubentes concedimus, *arg. l. 29. §. fin. ff. de legat. 1.*

QVÆSTIO II.

An Imperator Romanus rectè dicitur dominus totius mundi?

Ita

Ita ſanè Imperator expreſſis verbis *in §. 2. proœm. Inſtitut. in verbis: omnes populi legibus à nobis, &c.* videtur aſſerere. Unde *Dd. communiter verba dict. §. 2.* crude intelligentes totius mundi Imperatorem dominum eſſe docent, *Zoanettus de Imperio Roman. Lancellottus in templ. judic. libr. 1. §. 1. Rubric.* Imperator eſt Dominus mundi, *Treutler. par. 1. diſputat. 1. theſ. 5. liter. a. Schneidw. in dict. proœm. n. 5. Dreſſer. in oratione de quatuor Monarchiis.* Et ſane hi non ſunt ſine fundamentis. Sic n. paſſim dicitur Imperator eſſe dominus mundi. Sic dicitur Antoninus *in l. deprecatio: 9. ff. ad l. Rhodiam de jactu:* Sic omnia dicuntur Imperatoris, *in l. final. C. de quadr præſc.* Omnia Regis ſunt, inquit *Seneca de benef. cap. 4.* Rex omnia Imperio poſſidet, *Seneca dict. libr. cap. 5.* Omnia Cæſar habet, *idem dict. lib. cap. 6. Cujac. 15. obſervat. 30. Alber. Gentil. diſputation. 1. Reg.* Sic pro utilitate mundi laborare dicitur, *in l. præcipimus 32. C. de appellat.* Et ab his ſacra etiam non abhorrent. Sic n. *Lucæ 2.* totus mundus ſub Auguſto fuiſſe dicitur, *Danielis 2. verſ. 37.* dicitur, tu Rex Regum es, & omnia, in quibus habitant filii hominum, dedit in manum tuam DEUS. *Jeremiæ 17. Danielis 4.*

lis 4. Nabuchodonoſor, Rex omnibus gentibus & linguis mandata præcipit ſervanda. Ergo omnes etiam fuerint ſub Imperio ejus neceſſum: extra territorium enim jus dicenti impunè non paretur, *l. final. ff. de jurisdict.* Et ad hoc forſitan etiam Alexander Magnus attendit, Dario ei volenti filiam in matrimonium dare, ut pacem cum eo haberet: Mundum non poſſe ferre duos ſoles reſpondens. Ita *Dd. communiter.* Aliud diſputat *Covarruv. in cap. peccatum par. 2. §. 9. n. 5. & 6.* Et neſcio, an non præ aliis verum doceat. Certè *Novell. 1. in præfation. in princip.* videtur illam ſententiam manifeſtè confirmare: Ibi enim Trani, primum dicuntur redacti tempore Juſtiniani in poteſtatem Romanorum. Ergo anteà non fuerunt ſub Imperio Juſtiniani: redigendum enim nondum eſt redactum: At ibi Trani erant redigendi. E. Præterea nititur *Covarruv. l. mercat. 4. C. de commert. & Merc.* Ubi Rex Perſiæ cum Imper: Romano diviſum habet Imperiũ. Ad quę diſſentientes reſpondere conantur, quaſi de facto nõ habeat Imperium in toto mũdo, cum aliqui populorum ſe exemerint jurisdictioni ejus, cum tamen de jure ei ſubeſſe deberent. At quod neque de jure

P juris-

juriſdictionem univerſalem in omnem mundum habuerit, putem ſatis probari *in dict. Novell. 1. in princip. præfation.* ibi enim dicitur, quod antea nunquam Deus Tranos ſubjecerit Imperio Romano. Quomodo liquet in illos antea non habuiſſe Juriſdictionem Imperatorem etiam de jure: cum quicquid poteſtatis Imperator habeat, id ſit à Deo, *Roman. 13* Sic E. In quemcunque populum Deus Imperatori non conceſſit juriſdictionem, is jure exemptus: Omnis quippe poteſtas à Deo, *dicto capite 13.* E. Et ſi juriſdictio totius mundi penes Majeſtatem Imperatoriam eſſet, neceſſum ut illam ei vel Deus vel natura vel populus conceſſerit. At nullum horum. E. Non Deus vel natura, à quo omnis aliàs eſt magiſtratus, *dict. capit. 13. Roman. verſ. 1. Prov. 9. verſ. 15. Pſal. 82. verſ. 6. N. 60. c. 1.* Nec enim Deus & natura quid faciunt fruſtra, *Ariſtoteles 1. de cœlo cap. 4. text. 32. & libr. 2. c. 11. text. 59. lib. 3. de anima cap 12. Scalig. Exercitat. 6. ſect. 1. & 297 ſect. 1.* At hactenus eſſent fruſtra, ſi juriſdictionem in omnem orbem conceſſiſſent; cum nullus unquam illam habuerit taliter. E. Nec etiam populus: licet enim hic omne imperium & poteſtatem, *Theoph. Inſtit. tit. 2. Duarenus 2.*

anni:

anni: 19. & πᾶσαν βασιλεῖν δέδωκε καλὰ τȣ̃ δήμȣ τὴν ἐξȣσίαν, *Theop. Alb. Gent. dict. loco*, Imperatori conceſſerit; non tamen potuit in totum mundum ei largiri jurisdictionem: Nec enim ipſus unquam eam habuit, at nemo plus juris in alium transferre poteſt, quam ipſe habuit, *l. nemo ibiq; Dd. de Regulis Juris.* Cum ergò certum ſit, nullum unquam Imperatorem fuiſſe univerſi orbis dominum, rectè videor docere, Imperatorem non eſſe dominum mundi, nec contra faciens ponam ejusmodi præceptū, cui non reſpondeat res extra mentem: vel regulam, cujus nullum ſit exemplum, ad *d. §. 2. proœ. Inſtitut. l. 9. ff. ad l. Rhodiam de jactu*, & alios textus, rectè reſpondebis ibi, dici, Imperatorem dominum mundi non quod ſit, vel unquam fuerit totius mundi dominus, ſed quod vel ejus potiſſimam partem habuerit, *Lutherus in præfatione in Danielem*, vel toti mundo timorem ſuam ob potentiam invictam incuſſerit, vide *Geſne. in diſp. Bib. c. 7. Dan. th. 57.*

QVÆSTIO III.

An in Imperio Romano omnia ſunt Imperatoris?

ITa viſum ſane *Lancellotto in templo judicum libr. 1. §. 1. Rubr.* Imperator eſt Dominus, *Zoanet. de Imperio Roman. Seneca dict. cap. 4. 6. 7. lib. 7. de benef. Alberic. Gentil. dict. loco pagin. (mihi) 13. & 14.* Et hi videntur habere fundamentum *in dict. l. 9. ad l. Rhodiam de jactu, ac l. bene final. C. de quadri. præſcript.* Ubi omnia dicuntur Imperatoris eſſe. Et horum doctrinam in tantum veram alii credunt, ut Imper: etiam templorum, & reliquorum ejusmodi omnium Dominum eſſe ſtatuant, *Alberic. Gentil. dict. libr. 3. de jure bell. cap. 6.* Aliud viſum *Balduin. Inſtitut. 1. tit. Cujac. 15. obſervat. 30. Hotto. illuſtr. quæſt. 1. & Dd. vulgò,* qui nihil minus admiſerint, quàm Imperatoris eſſe omnia, in tantum, ut Balduinus dicto loco fatuos Interpretes vocet illos, qui ſic docent, *Alberic. dicto loc.* Et quidem tali fundamento: duo nunquam poſſunt unius rei eſſe domini in ſolidum, *l. 5. §. 15. ff. commoda: Hottom illuſtr. quæſt. 19. Cujac. 15. obſervat. 30.* At verò privati in ſolidum rerum ſuarum ſunt domini. Ergò non poterit etiam illarum dominus eſſe Imperator, nec contrarium ex *dict. l. 9. dict. l. final. & Seneca* probari autumant: Ex eodem enim *Seneca* dicente *dict. capit. 7.* Regem Impe-

Imperio poſſidere omnia ſingulos autem dominio reſpondent, omnia quidem eſſe Imperatoris, at tantum quo ad jurisdictionem Imperium, & tuitionem, non verò etiam quoad dominium. Quorum diſtinctionem non admittit poſt Bulgarum *Alberic. Gentil. dict. loco*, indiſtinctè docens, omnia eſſe Imperatoris, etiam quo ad dominium, ſcilicet univerſale. Et jam eam non omnimodò abſurdam eſſe docebo. Quicquid & qualiter habuit populus Romanus, id etiam per Legem Regiam tranſtulit in Imperatorem, *§. ſed & quod, Inſtit. de jure nat. gent. l. 1. ff. de conſtit. Princip. Theoph. inſtit. tit. 2. Duar. dict. loco, Donel. 1. commen. 8. Alberic. Gentil. dicto loc.* Atqui ditiones in Imperio Romano non tantum quo ad adminiſtrationem ſeu jurisdictionem in ſua habuit poteſtate, ſed etiam dominium, ergo etiam id in eum contulit, *aſſumt. prob.* quæ enim jure belli acquirimus, illorum pleni domini ſimus, *§. item ea 17. de re diviſ. l. 20. §. 1. ff. de capt. & poſtlim.* Atqui plæraſque ditiones populus Românus habuit jure belli, *Cicer. paſſim, & Julius Cæſar. Juſtinus, l. 2. ff. de origin. juris. ergo.* nec obeſt diſſentientium fundamentum, quaſi duorum dominium

Rei non poſſit eſſe in ſolidum, *dict. l.5.§. 15. Hottom. dict. loco*, id enim ut verum de eodem dominio, ita fallit in diverſo, quale hîc eſt directum & utile, univerſale & particulare, *Alberic. Gentil. dict. loco, Molin. ad conſuetudines Pariſienſium tit. 1. §. 1. gloſſ. 1. n. 5. & 6.* Nec eſt, ſi dixeris, hoc admiſſo Imperatorem poſſe privatis pro libitu auferre ſua contra legem id, quod de Regulis Juris *l. 9. l. 14. C. de operibus publ. Reg. 3. 1. & 4. Reg. 9.* per homagium enim ad mutuam fidem ſe invicem obſtringunt Princeps & ſubditi, qua dominium Principis univerſale ob ei fidem præſtandam à ſubditis, in tantum reſtringitur, ut tantum quid Imp. in rebus illorum poſſit; ſi vel ſecundum leges illæ in fiſcum redigantur, *l. unica, Cod. ne ſine juſſu Principis vel utilitas publica ſubſit dict. l. 9. & 14. modò juſtum det precium Cicer. 2. offic. Mynſing. 5. obſervat. 27. Johan. Woppen quæſt. 59. Gail. 2. obſerv. 56.* licet aliud velit *Pruckman. in §. ſoluta poteſtas.* At malè ut ſupra vidimus.

QVÆSTIO IV.

An citatio à Principe vel Pontifice poteſt omitti?

Quod

Quod ex plenitudine poteſtatis, vel ex plenitudine arbitrii, uti loquitur *Alberic. Gentil. dict. loco*, ſummus Princeps citationem jure omittere poſſit, docet poſt *gl. in cap. apoſtolicæ 31. quæſt. 9. Bald. in l. ceſſante in princip. Cod. quomodo & quando judex & conſilio 2. num. 2. Melchior. Kling. ad cap. 1. n. 10. verſ. tu in hoc, extra de cauſa poſſeſſionis, Vult. 2. jurisp. Rom. 28. c. n. 15.* Putem contrarium eſſe verius & etiam æquius, ita ut ſummus Princeps etiam qui eſt ſuper omnes in omnibus, *Alberic. Gentil. dict. loco*, & qui nihil ſupra ſe, niſi Deum agnoſcit, *Bodinus*, citationem omittere non poſſit. Quæcunque enim ſunt juris naturæ vel divini, illa ne ſummus princeps omittere, vel contra ea facere poteſt, *Balduin. in l 1. ff. de conſtit. Princip. Clementina paſtoralis verſ. cæterùm de ſententia & re judic.* licet enim ſit ſupra jus civile, *Balduin. 4. conſ. 269. Conan. 5. comm 8. num. 3. Vult. ad §. 2. Inſtit. de jure nat.* eſt tamen etiam infra jus, ſcilicet naturale & gentium, *Bald. dict. loco. Morla in ſuo emporio tit. de LL. quæſt. 1. Tho. 2. quæſt 96. art. 5. Vaſq. illuſtr. con. lib. 1. cap. 1. n. 14 Alb. Gentil. dict. loco pag. (mihi) 17.* Atqui citatio vel eſt juris divini (ut volunt *Socinus de citat. art. 2. nu. 1.*

Menoch. arbitr. judic. quæſt. 17. n 5.) quod tamen ridicule probari agit *Franſ. Sarmi- ent. 2. ſelectarum interpretat. n. 7.* Citatione à Deo facta in Adamo, priusquam eum è Paradiſo ejiceret: vel juris naturalis, *textus in dict. clement. paſtoral Afflictus deciſ. 307. n. fin. Covarruv. princ quæſt. 23. num. 6.* Ergò eam Princeps ſummus vel Pontifex omittere etiam non poterit. Quin defenſio juſta nulli temere poteſt adimi, ne etiam hoſti, *Bald in l. 1. n. 51. C. unde vi Jaſon ad l. 3. de juſt. & jur. n 19. Clarus §. homicid. n. 7.* At verò citatio eſt ſpecies defenſionis juſtæ, *dict. clement. paſtoral.* E. Ad argumentum gloſſæ Bald: facile reſpondebis, ſi cum *Decio 1. conſilio 15. Vaſq. dict lib. 1. c. 5. & 25. Auguſt. 2. de civitate Dei cap. 10. Seneca Epiſt. 34.* negaveris diſtinctionem poteſtatis principis in ordinariam & extraordinariam, ſeu plenitudinem poteſtatis & arbitrii, *Alberic. Gentil dicto loc.* Quam ponunt *Bald. in l. final. Cod. de teſt. Latè Alberic. Gentil. dict. loco*, quam litem jam non facio meam. Et certè alii impium credunt principi tribuere plenitudinem poteſtatis, *Vaſq. dicto loc.* Et tamen admiſſa illa diſtinctione nihilominus non poterit eam omittere princeps, etiam ex plenitudine

dine poteſtatis, uti vult *gloſſa d. l.* non enim verſamur in terminis juris civilis, quo ſolutus eſt, *l. 31. de ll. l. 1. de conſtit. Princip. Alber. Gentil. d. loc.* ſed juris gentium & naturalis, *d. clement. paſtoral.* quibus omninò ſummus Princeps tenetur, *Bald. 4. conſ. 269. Morla d. loc. Vaſq. d. loc. Alb. Gentil. d. loc.* At contraria procedunt in terminis juris civilis, non etiam naturalis.

QVÆSTIO V.

An abſq; citatione ſummus Princeps poteſt contra delinquentẽ procedere, ſi notorium factum eſt per omnia?

ET quod regulariter abſq; citatione non fit, judici etiam ſummo procedendum, ex dictis patet, & ex iis, quæ *Maranta de citationibus num 3. Sotus lib. 5. de juſt. & jur. Morla tit. de juriſd. quæſt. 2. Mynſing. 6. obſerv. 6. in pr.* habet. Sed quid ſi de qualitatibus facti ſeu delicti per omnia judici conſtat, an & tunc neceſſariò citandus? Et ita videtur velle *Menochius caſu 542 n. 21.* quaſi adhuc ſit citandus, licet notorie ſit quis

facinoroſus, tantùm ut ſuas defenſiones allеget *Menoch. d. loc.* Aliud docet *Mynſ. d. loc. obſ. 6. n. 6. & 7.* quaſi poſſit condemnari ejuſmodi abſq; citatione id quod de deprehenſo in flagranti delicto, tradit etiam *Morla d. q. 2 n. 5.* & non irrationabiliter admodum. Etenim ceſſante fine citationis debet ipſa ceſſare citatio, *c. ceſſante de R. J. in 6.* At finis citationis qui eſt defenſionis cauſarum allegatio, *d. c. paſt. Menoch. d. loc. Mynſing. d. loc.* in caſu noſtro ceſſat: E. Præſupponimus enim manifeſtè conſtare de omnibus delicti qualitatibus, quomodo fruſtrà erit reus allegans ſuas defenſiones, quæ forſan vel nullæ vel frivolæ futuræ. Et hoc probatur etiam in *c. cum olim, extra de re judicata, gl. in fin. d. l.* Tantùm ſi dubitatur de notorietate & qualitatibus, nũquam eſt omittenda citatio, *arg. c[illegible]s. act. & eorum quæ habet Morla d q. 2.*

QVÆSTIO VI.

Quis citationem commiſſam exequi poteſt?

Citationem à judice commiſſam (abſq; hac enim commiſſione ne ad inſtantiã partis quis rectè citat, *arg. l. f. ubi Cynus de*

exhi-

exhib. reis, Dd. in c. 1. extr. de judiciis, Socin. de citat. art. 11. n. 1.) per privatum hominem exequi poſſumus, & ſic etiam per famulum ipſius judicis aut alios, *Socinus d. loc. art. 8. Mar. de citat. n. 44 Specul. de citat. §. ſequetur.* Imò judex ipſe etiam rectè exſequitur quoque, *l. 2. C. quomodo & quando judex*; & pars partem etiam citabat, *Brin. l. juſtè 11. ff. de acquir. poſſ. Felin. in c. cum ſit Romana, 5. n. 12. de appell. Specul. d. §. 4. n. 2.* Quanquam ſæpius illa non teneat: nec enim abſq; commiſſione judicis citare poſſumus *arg. d l. fin.* quam tamen parti adverſæ aſſerenti ſibi eſſe commiſſam nō creditur, *Specul. d. loc.* Unde Dd. tradunt, tutius eſſe ut pars partem nō citet, idq; hodiè veriſſimum per ordinationem Curiæ ſcriptam, Denn vermöge derſelbigen müſſen alle Citationes alleine durch die geſchworne Boten inſinuiret/ von denſelbigen gnugſam Relation einbracht/ vnd die durch den Protonotarium mit fleis zu den Actis regiſtriret werden: Id ꝙ etiam habetur in ordinatione Curiæ impreſſa, *Rubric.* von Botten. Et ita quidem prudenter, cum hęc ratio exequendi citationem per nuncium juratum, *Socinus dict. tractat. artic. 10. n. 5.* ſit expedita, reliqua verò quæ ſit, vel per partem vel per alium privatum difficilis

& du-

& dubia. Quid enim ſi reus neget ſibi citationem inſinuatam? Et ut maximè demus, præſentationem poſſe fieri coram teſtibus & Notario, qui conficiat inſtrumentum ſuper hac re: hæc tamen exequendi ratio adhuc & difficilior, & majores ſumptus & circuitus requirit, ut ſic adhuc melius ſit per nuncium juratum citare, idque eò magis, cum hodie nuncii relatio ſit de proceſſu, *Thomas Grammat. conſil. 151. num. 19.* ut & ejus ad acta regiſtratio, *Gail. 1. obſerv. 54. n. 7.* quæ forſan ſæpius omitterentur, ſi alio modo citare permitteremus, unde judicia fierent eluſoria, quod fieri non debet.

QVÆSTIO VII.

An fœmina poteſt eſſe in magiſtratu & Imperium tenere?

QVa de quæſtione latè *Caſus primo Politicorum 8. & 3. c. 11. Gregor. Tholoſa. 7. de Repub. Bodin. 6. de Repub. c. 5. Arniſ. 1. Polit. c. 9. pag. (mihi) 226. Junius parte 1. quæſt. Polit. 13.* Et quidem Johann. Bodin. negat, mulie-

mulieres poſſe tenere Imperium, quem ſequitur *Arniſæus dicto loc.* Simpliciter imperium fœminarum ut non damno vel inutile judico, aut non tutum, *Bodinus, Arniſæus d. loco*, ita nec etiam ſimpliciter probo, ſed quandoq; eas admitti poſſe ſtatuo; *Caſus 3. polit. c. 11.* ita tamen ut diſtinguam, puto enim referre, an quispiam præficiatur regno à Deo, an verò mediate. Si immediate, id quod factum fuit, potiſſimum in Teſtamento veteri rectiſſime admittitur fœmina, & hactenus omnia ceſſant, quæ late contra fœminarum imperium diſputant, *Bodinus dict. loco*, & *Arniſæus dict. loco*, talis enim haud dubie virtutibus ἀρχικαῖς inſtructa erit, cum Deus ſapienter agat, & à ſummo bono non poſſit, niſi id, quod optimum in unoquoque rerum genere, proficiſci, *Scaliger.* Exemplum eſt in Debora *cap. 4. lib. Judic.* & aliis compluribus. Quin Deus cum velit conſequens mulierem ſcilicet ſedere ad gubernacula, videtur etiam largiri antecedens puta virtutes ἀρχικάς, ſine quibus Reſpublica commode geri non poteſt, *Arniſæus dict. loco, l. 2. de jurisdict. Kobl. Exercit. 1. legat.* Si mediate quispiam regno præficitur, id fit vel electione vel ſucceſſione: (an verò electio, an

verò

verò ſucceſſio in principatu præſtet, diſputat *Caſus dict. l. 3. c. 11.* quod hîc non controverto,) Si electione præficitur, non autor fuerim, ut mulier imperium habeat, niſi adſit defectus virorum prudentum. Nec enim ſine prudentia, conſilio, taciturnitate, &c. Felix eſt imperii adminiſtratio, *Arniſæus 1. polit. c. 9.* At verò his virtutibus ut plurimum fœminæ carent, *Arniſ. dict. loco, Terent. in Eunuch. actu 1. ſcen. 2.* E. Nec juvat dari etiam mulieres viris peritiores & prudentiores, quales fuerunt Amazones. Debora, &c. nam primò id rarius fit, quod Politici non attendunt, *l. 4. 5. de ll.* 2. Licet ſit prudens, non tamen ſtatim eligenda. 3. Prudentia enim ejus cum inconſtantia & garrulitate parum proderit, ut ſemper ſatius ſit virum imperare, cui id natura inſevit, & fœminam obedire, quod itidem à natura, *Ariſtoteles 1. polit. cap. 5. Arniſæus dict. cap. 9. priori ad Thimoth. 2.* Si ſucceſſione defertur, per illam delatam imperium fœmina cur non debeat vel poſſit ſuſcipere & adminiſtrare, ſatis cauſam prægnantem non video; nec enim vel natura ſimpliciter vel lege divina removetur ab imperio, *Caſus lib. 3. cap. 11. p. 202.* & id quidem probatur clarè *in c. cum devotionem 12. quæſt. 2.*

Cagno-

Cagnola in l. 2. de R. J. n. 4. Quin: ubicunque eſt conſilium, prudentia, taciturnitas, conſtantia, ibi felix eſt Reipublicæ adminiſtratio, *Arniſ. dict. loco c. 9.* At & in mulieribus illæ virtutes ἀρχικαὶ eſſe poſſunt: exemplo Deboræ, Amazonum, Eliſabethæ Reginæ in Anglia, & ſi quis eſt illarum defectus ille graviſſimorum Conſiliariorum prudentia ſupplendus. 2. Quicquid alicui defertur ſucceſſione & moribus id is retinet & exercet optimo jure, *§. conſtat inſtit. de jure naturali l. 32. ff. de ll. 2. feud. 1. l. 3. §. de illo ff. pro ſocio.* Atqui alicubi imperium defertur ſucceſſione & moribus etiam fœminæ, *Caſus dict. lib. 3. cap. 11. Tiraquellus quæſt. 10. de jure primogenituræ, Arniſ. dict. loco, Vantius de null. ex defect. jurisdict. de legat. n. 73.* Ergo fœmina optimo jure imperio præeſt. Et 3. moribus receptum, ut ad officia virilia non admittatur uxor, *l. 12. §. 2. ff. de jud.* E. moribus contrariis contrarium poterit induci, cum jus civile ſubinde mutetur, *§. f. inſt. de jur. naturali,* & nil tam naturale ſit, quàm unũquodq; eo modo tolli, quo eſt colligatum, *l. nihil de R. J.* Concludo ergò cum Antonio *in Horolog. princ. libr. 2. cap. 7.* cum fœmina corpore & anima perinde ut vir conſtet, cum ratione æq;

ac vir

ac vir utatur eum vitam mortemque communem habeat; cum generationi non minus ac vir apta ſit, iniquum fuerit eam non æquè ut virum ad adminiſtrationem admitti: videatur, *Arniſ. late d. loc. & Ilico Ilmmius præceptor meus in æternum colendus in ſuo proceſſ. judic. diſp 1. th. 8. num. 50.*

QVÆSTIO VIII.

An formæ & corporis dignitas, pulchritudo & perfectio in magiſtratu eligendo ſpectāda?

ET pro pulcris ac perfectis quod ſint admittendi ad Imperium: & pro mutilis etiam & deformibus probabiliter diſputari poteſt, quemadmodum videris apud *Caſum in dict. cap. 11. Cic. Tuſc. quæſt.* 3. Et hic putem referre, an magiſtratus deferatur ſucceſſione, an electione. Si ſucceſſione, etiam imperfectus, parvus & deformis (ſi non obſtante illo vitio rectè magiſtratum obire poſſit) ad imperium aſſumendus, *arg. cap. un. t. an mutus vel alius imperfectus.* Nec enim ſine cauſa jure noſtro ſumus privandi, *l.*

di, *l. id quod de R. J. c. unic. de feudo ſine culpa non amittendo cap. un. q. f. 1. c. b. a.* Atqui ponimus magiſtratum deberi ſucceſſione & jure. E. Cum aliàs ſimus idonei, defectus iſte non oberit: nec enim afflicto addenda eſt afflictio, & quod à natura profluit, fraudi cuipiam eſſe non debet, *argument. l. maximum. Cod. de lib. præterit. l. penult. Cod. de leg. her.* Si verò electione viciſſim arbitror referre, an is, qui pulcer & perfectus, ſit virtutibus ἀρχικαῖς inſtructus, an verò deſtituatur iis. Priori caſu præferrem perfectum mutilo, licet hic etiam ſit prudens. In electione enim ad inſtar naturæ, quæ ſemper melius appetit, *Scalig. Exercit. 11. & 449. ſect. 1. ex Ariſtot. oct. Phyſ. tex. 48.* ſemper id quod melius & excellentius minus bono præferre debemus. Atqui verò perfectus hic eſt melior imperfecto, itidem virtutibus ἀρχικαῖς ornato. E. quicquid enim duobus bonis præſtat, id melius quod unum tantum ex iis habet. At perfectus hic habet duo bona, ſcilicet corporis & animi, imperfectus autem tantum animi. E. & certe Auguſtam Regis perſonam Auguſta etiam decet facies, cum quid admiratione dignum videatur continere pulchritudo, *Cornelius Martini diſputat. Illuſtr.*

Cujus rei inſigne exemplum dat Saulus, qui inter Iſraelitas fuit pulcherrimus, & omnes humeris ſupereminens, *1. Regum 9.* Idem de Xerxe cum Hectore, Achille, notat *Herodotus lib. 1.* Si deſtituatur, præferendus ei imperfectus, habens virtutes ἀρχικάς. Sic colligo: ſub imperfecto prudenti & perito facilius finē ſuum Reſpublica aſſequi poteſt, quàm per perfectum, at ſtultum & inertem. E. Nec enim ſine conſilio, prudentiaque diu poteſt ſtare Reſpub. *Arniſ. d. cap. 9.* Ad hæc non ſunt in perfecto, ſunt verò in manco & mutilo, E. & certè melius Regem, quàm Regnum claudicare, *Caſus dicto loc.* Paucis: ſi quid eligendum præſtat Regem quam regnum oculo carere, *Senec. Epiſt. 69.*

QVÆSTIO IX. ET X.

An ſervitiorum præſtatio eſt de ſubſtantia feudi?

ILla quæ feudis inſunt dicuntur ſubſtantialia, vel naturalia, *Zaſius de feudis part. 1. num. 7. Schraderus part. 2. capit. 2. num. 24. Sonsbec. p. 4. n. 1. Roſenthal. in tractat. feud. cap. 2. concluſ. 53.* Subſtantialia Dd. ſunt,

ſunt, quæ ſemper & omni inſunt tempore, nec ulla pactione, ne inſint, ſalvo feudo effici poteſt: naturalia, quæ ſemper quidem, ſi aliud actum non eſt, inſunt, attamen ſalva feudi ſubſtantia per pactum abeſſe poſſunt, *Zaſ. d. l* Cum v. inter Dd. non conſtet, quæ ſint feudi ſubſtantialia, (alii n. pro ſubſtantiali tantum fidei præſtationem agnoſcunt, *Schrad. de F. c. 2. n. 33.* Alii & hanc & retentionem dominii directi, *Zaſ. d. l.* alii ſeptem habent, ut *Intrigl. de F. q. 9.)* Quæritur an inter illa etiam ſit referenda ſervitiorum præſtatio: & ita quidem viſum fuit *Præp. in c. un. q. f. 1. b. a. Jac. de Belv. c. 1. §. eſt & alia in d. c. un. q. f. 1. c. b. a.* qui moventur definitione feudi, quam ponit *Obert. de Orto in dict. cap. un. q f. 1. c.* ex quo ſic colligi poteſt, definitio rei exprimit eſſentiam & ſubſtantiam, *l. 1. §. dolum ff. de dolo mal. Ariſt. 7. topi. c. 4. Schal. Ex 311. ſ. 4. Zab lib. 1. poſt. analytic. contex. 30. Rod. Agric. lib. 1. de invent. c. 5.* At verò in definitione feudi requiritur præſtatio ſervorum, *d. c. un. q. f. c. 1.* E. Quo fund. non moventur *Andreas de Iſernia cap. 1. n. 9. ex quib. cauſis feud. amittatur, Decius in l. 2. §. idem impub. n. 5. ff. de rerum divi. Schrad. par. 2. de feud n. 32. cum ſeq. & Dd. vulgò.*

 qui

qui docent præſtationem ſervitiorum non eſſe ſubſtantiale feudi. Sit fundamēt. quicquid à re ſalva illa permanente per pactum poteſt abeſſe, id non eſt de ejus eſſentia: hæc enim nunquam poteſt abeſſe ab eo, cujus eſt eſſentia, *l. 12. ff. de preca. l. 27. de donat. cauſ. mortis.* Atqui pacto ne præſtentur ſervitia, effici poteſt, id quod fit in feudo Franco, *cap. un. t. de feudo non habente propriam naturam feudi, Borcholt, de feud. c. 4. n. 20.* Fundamentum propoſiti non ſtringit, eſſentialis ſiquidem definitio tantum rei eſſentiam exprimit, *Petr. Ram. lib. 1. Dial. c. 30. Gocl. par. Dial. p. 85.* At talis illa non eſt, quæ habetur in *cap. un. q. f. 1. c. 6. a.* E. 2. Hottom. benè diſputat contra illa in *cap. 4. diſp. feud. 3.* non rei eſſentiam, ſed modos feudi exprimit, quod definitionum Canones non patiuntur, *arg. l. 1. & 2. ff. de pactis.* 4. Et plura ibi ponuntur, quæ ipſi non habent pro ſubſtantialibus. 5. Inde *Quir. Piſo in præld. feud. 69. c. 10.* deſcript. non v. definitionem ibidem agnoſcit, nec enim quid ſit feudum, ſed quale ſit, exprimit, *Q. P. d. l. 6.* Et ob hoc Dd. alias tradūt definitiones feudi, ut videbis apud *Duar. c. 2. in pr. de feud. Schrad. part. 2. c. 2. n. 1.* ; *feud. Vult. lib. 1. c. 2. de feud. Borcholt. & alios.*

QVÆ-

345.

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Centuriæ primæ Decuria decima, & Centuriæ ſecundæ Decuria prima.

Reſpondente

ADAMO FABRO JUNIORE,
Salfeldenſi.

DECURIÆ X.

QVÆSTIO PRIMA.

An emancipatio etiam hodie jure noviſſimo eſt capitis diminutio?

QUæ fuerit olim ante Conſtitutionem Anaſtaſii, de quæ in *l. fin. d. tit.* emancipationis, facies, explicat *Connan. 2. comment. 14. Vult. in J. R. 24. l. 1. §. 1. ff. de capite minutis, Cajus lib. 1. I. tit. 6. §. 3.* Et quin illa

propter imaginarias venditiones, & intercedentes manumiſſiones, *§.7. inſt. quib. mod. jus patriæ poteſtatis ſolv. ibiq. Joh. Fab. & Johan. de Platea. Vult.* quæ neceſſum erat intervenire in emancipationibus, *dict. §. 7. l. 3. §. 1. ff. de capite minutis, l. penult. & final. C. de emancip. liber. Cajus dict. loco, Connan. dict. c. 14.* capitis fuerit diminutio, nulla eſt inter Dd. controverſia. At hodie cum per cônſtitutiones Anaſtaſii, & Juſtiniani venditiones figuratæ ſint antiquatæ, & rhapiſmata injurioſa, quorum nullus rationabilis invenitur exitus, ſublata *l. penult. & text. ad verba in l. final. C. de emancip. liber.* Dd. crux orta, num etiam hodie emancipatio, de jure noviſſimo ſit pro capitis diminutione minima habenda? Et quidem eam non eſſe amplius capitis diminutionem video Dd. vulgo placere. Ita ſanè docet *Weſenbecius in §. 4. inſtit. de capit. dimin. n. 2. & in parat. dict. tit. n. 6. in fine, Vult. ad §. final. inſtit. de capit. dimin. n. 2.* Et ipſus quoque aliquando poſt *Niellium diſputat. feud. 6. theſ. 2.* ita diſputavi. Et quidem non ſine colore. Etenim cum hodie emancipatio fiat quovis modo, *§. 7. inſtitut. quibus modis toll. patr. poteſt.* nuda etiam voluntate, *dict. l. final.* exinde ea capitis diminutio cen-

cenſenda erit, quod per eam is, qui alterius poteſtati ſuberat, jam incipiat eſſe paterfamiliàs, & ſui juris fiat, *Johannes de Platea n. 7. de capit. diminut. J. Vult. & Weſenbec. dicto loco.* Ac ſi ideò emancipationem, quod per eam quis ſui juris fit, dicimus capitis diminutionem minimam; cur non etiam tunc, cum ſervus manumittitur, eam accidere fingimus; Nam & ibi ſervus liberatur a domini poteſtate, & fit ſui juris, *tit. de libertinis manifeſtè contr. §. ſervus inſtit. de capit. dimin.* Quin cur non etiam filius familiàs capite minui dicitur, cum pater ejus moritur, cum & tunc fiat juris ſui, contra *l. 3. §. final. ff. ad Sctm. Macedon.* Cum ergò hanc rationem claudicare in hiſce viderem, illam non veram eſſe, cur quis dicatur capite minui, concludebam: cum ubi ſit eadem ratio, eadem cauſa, ibi idem jus & effectus ponendus, *argument. l. illud ff. ad l. Aquil.* Quod tamen hic non fit. *Ad §. minima 3. I. de cap. dim.* reſpondebam, cum *Vult. dict. loco*, quo de jam plenius agam. At jam hæc ſententia non placet, & videbo jam, an non etiam adhuc emancipatio capitis ſit diminutio? Ita ſanè *Johan. de Platea dict. l. n. 7.* Et hæc ſententia nititur claro textu, in *§. minima inſtit. de cap. diminut.*

Ad quem cum *Vult. dict. loco* aliquando reſpondebam, ibi Juſtinianum reſpexiſſe ad modum emancipandi, qui fuit ante conſtitutionem Anaſtaſii, & Juſtiniani, in *dict. l. penultima, & dict. l. finali.* ubi, propter imaginariam ſervitutem emancipatus, capite quaſi minuebatur: Non verò ad jus ſui temporis, quo non amplius fuit. Et hoc non novum eſſe dicebam Juſtiniano, cum & in *§. præterea novatione inſtit. quibus modis toll. oblig.* reſpondeat, de obligatione pupilli, ut fuit ante conſtitutionem D. Pii, Non verò, ut fuit poſt eam, & ſuo tempore, Cujacius. At jam neſcio, an hoc admodum juvet: Imò in eo petitio principii committitur. Et certè hoc unicum id effugium diluit, quod Juſtinianus in Inſtitutionibus nihil, niſi, quod in ipſis rerum argumentis obtinet, proponere voluerit, *§. cumq; in proœmio inſtit.* At quomodo hunc finem aſſecutus erit, ſi dicimus in *dict. §. minima* veſtigium juris veteris, quod jam ante bienniũ, per *d. l. fin.* antequam Inſtitutiones fierent, erat ſublatum, irrepſiſſe. Et ſi in his elementis quandoque jus vetus inſerit, non tamen omittit novum, contra quam hic fieret. Non relevat reſponſum *Cujac. ad d. §. præterea inſtit. quibus modis toll. oblig.* Id enim

enim docti viri non admittunt, idque falſum eſſe, & non ſtringere, *l. cum illud 25. §. 1 ff. quando dies legat. l. 95. §. aditio ff. de ſolut. l. ult. verſ. ſi verò ff. de jurejur. l. 127. ff. de V. O.* clare evincit, quam tamen litem hic nolo motam, *vide Donell. in l. 127. de V. O. Gædd. in tractat. de contrahend. ſtipul. c. 7. n. 239. cum ſequentib.* Niſi ergò ſummæ oſcitantiæ & negligentiæ Juſtinianum incuſare velimus, veſtigium juris antiquati, in *dict. §. minima* agnoſcere non poſſumus. Quomodo patet, noſtram ſententiam benè per *dict. §. minima* ſubſiſtere. Quin & exinde huic firmiſſimè fides fit, quod etiam poſt *l. fin. ut & dict. l. penultim. C. de emancip. liber.* emancipati habentur pro cognatis, nõ etiam agnatis, nec etiam jura agnatorum habent, *Novell. 118. cap. 4. in verbis: differentiam vacare præcipimus, & l. final. §. 1. & §. 4. C. de legit. hered.* Quomodo patet emancipatos adhuc hodie minui capite, cum ob capitis diminutionem amittatur agnatio, & omnia quæ ſunt juris civilis, *§. fin. inſtit. de legit. agnat. tut. l. 7. in princip. de capit. diminut.* Sic argumentor: Poſito effectu capitis diminutionis minimæ, ponenda etiam ipſa diminutio. Atqui in emãcipatis hodie obtinet etiam effectus capitis

dimin. min. ſcilicet amiſſio agnationis, *d. §. fin. dict. l. 7.* E. erit etiam capitis diminutio. Minorem probo. Omnis privatio præſupponit habitum, *l. 3. ff. de injuſto rupto l. 116. de V. O. Weſenbec. in comment. de tranſactionib. n. 5.* Atqui diu poſt *dict. l. final. C. de emancip. liber.* tollenda eſt differentia agnationis, & cognationis, quo ad ſuos & emancipatos, *dict. Novell. 118. c. 4.* quæ lata Anno Imperii 18. Juſtiniani. E. neceſſum ut fuerit etiam. E. etiam poſt *dict. l. final. C. de emancip. liber.* agnati deſinunt eſſe emancipati. E. etiam capite minuentur, cum minutio capitis tollat jus agnationis, *dict. §. fin. d. l. 7.* Et cur ab hac ſententia recedam, fundamentum ſolidum non video. Id non admodum ferit, quando urgent, hodie ceſſare trinam imaginariam venditionem, *d. l. fin. d. §. 7. quibus modis toll. patria poteſt.* ob quam tamen emancipatus, diductus quaſi in ſervilem cauſam, dicebatur minui capite, *dict. l. 3. §. 1. ff. de capite minutis.* Etenim licet circumductiones inextricabiles, & injurioſa emancipationis rhapiſmata, ſublata ſint, *dict. l. f. dict. §. 7.* Non tamen ob id ſtatim deſiit eſſe emancipatio capitis diminutio: Sublatis ſiquidem inanibus & ridiculis ſolennitatibus, actus, vis, & efficacia

cacia ejus permanſit, id quod ſatis putem probari, exemplo condictionis, litis conteſtationis, ſtipulationis, in quibus ſublatis ſolennitatibus vis & virtus permãſit. Quomodo vides etiam priora fundamenta, quibus alibi in contrariam ſentẽtiam movebar, non obſtare. Et hoc haud dubie Imperat, intendit, quando in *dict. l finali in fine* aſſerit, ſe vanam tantum obſervationem tollere. Exinde etiam videmus, *Donell. lib. 21. commentar. cap. 5.* in errore verſari, ſtatuentem, hodie omnem reſtitutionem ex edicto de capite minutis eſſe ſublatam. Olim enim uſus fuit beneficii reſtitutionis facta emancipatione vel arrogatione, *l. 2. §. 1. de capit. minut.* quod ſic ſtricto jure obligationes perirent. Emancipatus ſiquidem per imaginariam venditionem fiebat ſervus, *d. l. 2. §. 1.* & arrogatus nil in bonis retinebat, in aliam poteſtatem tranſiens, *d. l. 3. §. 1.* quomodo obligationes peribant. At quia durum fuit, creditores ſine cauſa, ſic ſuo fraudari debito, ideo prætor iis reſtitutionem ex edicto, de capite minutis dabat, contra emancipatos & arrogatos, ac ſi nunquam capite fuiſſent minuti, *dict. l. 2. §. 1. de capit. minut.* Hodie ergò cum adhuc emancipatio ſit capitis diminutio, per eam

quoq;

quoque tollentur obligationes, & ſic ne in damno ſint creditores, prætor largietur reſtitutionem. Ad fundamentum Donelli in ipſo conflictu.

QVÆSTIO III.

An conſenſus parentum in nuptiis liberorum eſt neceſſarius de Jure Civili?

ITá ſtatuunt *Dd. communiter ad princip. inſtitution. de nuptiis*, *Borcholt. in tractat. de gradibus tit. quomodo contrahatur matrimonium pagin. (mihi) 38. Vult. ad dict. princip. n. 15. Bronchorſt. centur. 3. aſſert. 1. Schneidw. de nuptiis licitis n. 29. Weſenbec. ad dict. princip. & in paratit. de R. N. Duaren. cap. 2. de nuptiis Coraſ. 1. miſcellan. 7. Alberic. Gentil. libr. 4. de nuptiis cap. 2. Baſilius Monner. part. 3. cap. 1. & 2. pagin. (mihi) 43. cum ſequentibus*, *Hœnon. diſputat. 2. theſ. 2. n. 3. Arum. diſputat. Inſtitut. 2. theſ. 8.* Et hi quidem moventur rationibus, & naturalibus, & civilibus, *Schneidw. Monner. Vult. Borch. dictis locis.* Naturales: Natura ſiquidem obligamur ad ἀντίδωρα, *l. 25. §. conſuluit 11. ff. de petit. heredit. Donell. 12. comment. 2. Weſenbec. in*

hec. in paratit. ff. de condict. indeb. num. 6. Decius ad l. amplius §. final. n. 2. de R. J. vide Duaren. ad tit. C. de O. & ff. c. 2. Atqui à parentibus maxima & innumera accepimus beneficia, ſcilicet, Deo ſic benedicente, vitam, educationem, inſtitutionem, honores, facultates, & alia innumera, *Borcholt. dicto loco, Monner. dict. cap. 2.* E. naturaliter iis ad ἀντίδωρα, & gratitudinem ſumus obſtricti. At quomodo animum gratum declarabimus, ſi ne tantum honoris illis tribuamus, ut conſenſum eorum, in contrahendo matrimonio, requiramus, *Borcholt. dict. loco, Monner. dict. loco.* Et 2. natura debemus noſtris parentibus reverentiam, pietatem, obſequium, *l. 2. ff. de juſtit. & jure l. 3. l. 4. C. de patr. poteſtat. l. parentes C. de in jus vocando l. in conjunctione Cod. de nuptiis l. ſi quis 5. §. à milite 15. ff. de agnoſc. & alend. libr. l. 9. ff. de obſeq. parent. & patron. præſt. Coloſſenſ. 3. verſ. 20. Exod. 20. verſ. 12. Matth. 15. verſ. 4. Bronchorſt. dict. loco, Borcholt. d. loco, Monner. dict. cap. 2. in princip.* At quomodo illos honoramus, reveremur, ſuſpicimus, ſi illis non requiſitis, imò etiam invitis & reluctantibus, nuptias contrahimus. Et inde eſt, quod in ſacris literis etiã parentes liberis ſuis de nuptiis proſpicere juben-

jubentur, *Exod. 22. 1. Cor. 7. verſ. 27. 2. Cor. 6. verſ. 14. Coloſſ. dict. loco,* cujus rei plurima exempla habebis in ſacris, *Geneſ. 28. v. 6. Geneſ. 21. v. 21. Geneſ. 42. verſ. 3. & 5. Judicum 14. verſ. 3. Tobiæ 6. & 7.* Ubi ſemper ad monita & conſilia parentum inita matrimonia. Alia vide apud *Monn. dict. cap. 2. Borcholt. dicto loc.* Etiam ratio civilis ſubeſt: *Vult. dict. loco, Monner. dict. loco princip. inſtitut. de nupt.* Nemini quippe invito & ignoranti ſuus heres debet agnaſci, *§. ſed ſi quis 7. inſtitut. de adoption. l. 6. l. 10. ff. dict. tit. l. in oratione 16. §. 1. ff. de R. N.* At id fieret, ſi daremus contra parentum cõſenſum & voluntatem, filios poſſe inire matrimonium. E. Quin ſine quo, quid fieri non poteſt, id omninò eſt neceſſarium: *Philoſoph. 5. Metaph. cap. 5. Scaliger exercitation. 250. ſect. 3. Heſelbein. in theor. logic. cap. 6.* Atqui ſine parentum conſenſu, nuptiæ filiorum, de jure, eſſe non poſſunt. E. Minor probatur: Abſque conſenſu enim liberorum, ſcilicet filii & filiæ, non fiunt nuptiæ, *princip. inſt. de nuptiis l. 2. ff. de R. N. Schneidw. dict. loco à n. 29. cum ſeqq. ll. l. 30. de R. J. c. 1. 2. 3. & 4. 27. quæſt. 2. Monner. dicto l.* Atqui ſine parentum conſenſu liberi, de quibus hic agimus, non poſſunt conſentire,

l. 3. l.

l. 3. *l.* 4. *de R. J. ibiq; Decius, Cagnol. Phil. Matthæ. & alij.* E. parentum conſenſus omninò erit neceſſarius. Quo de vide late *Borcholt. dict. loco, Monner, dict. cap.* 2. *cum ſequent. Duar. dict. cap.* 2. *Bezam de divortiis pag.* 76. *Bidembach. de cauſ matrim. cap.* 1. *quæſt.* 1. Id verò parum intereſt, an conſenſus iſte ſit expreſſus, an tantum tacitus: *text. in l.* 5. *C. de nuptiis l* 7. §. 1. *de ſponſalibus. Borcholt. dict. loc.* Nam quod pater non contradicit cum poſſet, videtur conſentire, *l. item quæritur* §. *qui impleto ff. locat. l.* 2. §. *voluntatem ff. ſolut. matrim.* Et hæc ut regulariter veriſſima, ita fallunt, ſi pater furioſus, §. *unde inſtit. h. tit.* hujus ſiquidem liberi, ſine patris interventu, matrimoniū rectè contrahunt, modò curator ex paternis bonis, dotem & donationem propter nuptias conſtituat, quæ præſentibus curatoribus, à præfecto urbi, præſide, vel antiſtite, æſtimabitur, *l.* 25. *C. de Nuptiis.* Inſuper non requiritur conſenſus patris, qui ultra triennium abfuit, & quidem maximè illo tempore, quo nubilis ætas fuit, *l.* 9. §. 1. *cum l. ſequenti de R. N.* Alias limitationes habet *Baſilius Monner. dict. part.* 3. *cap.* 6. Aliàs liberi, in ſacris patris conſtituti, neceſſariò debent habere conſenſum patris,

dicto

dicto princip. dict. l. 2. de R.N. etiam milites, *l. 25. ff. dict. tit.* Id non urget, quando dicunt, quaſi ejus non fiat mentio in definitione nuptiarum, *§. finali inſtitut. de patria poteſtate*, & ideò non ſit neceſſarius. Quaſi verò definitio omnia neceſſaria includat. 2. Et in ea ſit mentio conſenſus parentum, ſi non explicitè, attamen implicitè: nec enim Imp. intelligit quamvis conjunctionem, ſed civilem & legitimam, quæ legibus conformis, quæ requirunt conſenſum parentum. 3. reſpondeo ex *l in civile ff. de Legib.* Et 4. eſt argumentum ab authoritate negativè. Et tandem nomen viri & uxoris juncto, §. *adverſus inſtit h. tit.* idem probat. Ad alia benè reſpondet *Borcholt. dict loco, Bronch. dict. l Duar. d. l.* Quæ hic brevitatis cauſa non aſſcribenda.

QVÆSTIO IV.
An etiam de Jure Canonico eſt neceſſarius?

OMnes quidem Canoniſtæ requirunt parentum conſenſum, attamen non uno & ſimili modo. Alii enim de honeſtate, alii de neceſſitate. De honeſtate: *gloſſ. in c.*

in c. ſin. 32. quæſt. 2. Decius & Panormit. in c. veniens extra de ſponſalibus Weſenbec. in paratit. de R. N. n. 3. in fine Schneidw. h. tit. p. 2. num 33. Coſtal. 2. obſervation. quæſt. 3. nu. 3. Gail. 2. obſervat. 93. num. 3. Mynſinger. in Rubr. inſtit. de nuptiis n. 7. Sichard. ad l. 2. C. h. tit. n. 4. Alii diſtinguunt inter Canones veteres, & recentiores, *Baſ. Monner. pag. 3. Weſenbec. dict. n. 3.* Nos tentabimus: imò indiſtinctè etiam de Jure Canonum neceſſarium eſſe parentum conſenſum, & quidem adducimus, *cap. non omnis 32. quæſtion. 2.* Ubi Leo Pontifex ait: Paternus conſenſus deſideratur in nuptiis, nec ſine eo legitimæ nuptiæ habentur. Exinde ſic concludo ſtrictiſſimè pro neceſſitate canonica: Sine quocunque, quid eſſe non poteſt, id ei eſt neceſſarium, *Ariſtot. 5. Metaphyſic. c. 5. Scaliger Exercit. 250. ſect. 3. Heſſelbein. d. loc.* Atqui juſtæ nuptiæ non poſſunt eſſe abſque parentum conſenſu, *dict. cap. non omnis, E. 2. Eſt text. in c. non aliter 30. quæſt. 5.* Ubi non aliter eſt legitimum matrimonium, quàm ſi & parentes conſentiant. Sic E. omnis conditio voluntaria debet impleri, ſub forma ſpecifica, & non per æquipollens, *l. medius l. qui hereditati ubi Dd. ff. de condict. & demonſtr.* Atqui matrimonium

 eſt

eſt legitimum, demum ſub conditione, ſi parentes conſentiant. E. illa ſupplenda. E. niſi ſic ſuppleatur, non erit legitimum, hoc eſt, niſi parentes conſentiant. Vel ſic: conditio nil aliud eſt, quàm in alicujus rei vel facti eventum, actus fiendi, adjecta dilatio, *Gœdd de contrahendis ſtipulat. capit. 8. num. 131. per l. 213. l. 64. ff de V. S. l. cum qui ff. de V. O. ibiq; Dd. l. 8. ff ſi quis omiſſ. cauſa teſt.* At conſenſus parentum, in *dict. cap. non aliter*, eſt conditio matrimonii legitimi. E. niſi is adſit, matrimonium legitimum non erit. Idem probatur *c. honorantur 32. quæſt. 2. cap. 27. quæ. 2. cap. 1. de ſponſalibus impub. & alii textus complures*, pro qua ſententia eruditè diſputat *Donell. 13. commentat. 20. Alberic. Gentil. libr. 4. de nuptiis cap. 4. & 5. Cypræus paſſim in tractat. de matrimon. Conſ. 1. miſcel. 3. & 17. & 7. miſcel. c. 29. Bronch. cent. 1. aſſert. 15. Arumæus diſputat. 2. theſ. 9. inſtitut. Forſter. diſputat. 3. theſ. 19. vid. Borcholt. de gradibus p. 40. Heigius hic num. 17. & ſequent.* Ad textus, in contrarium potiſſimos, reſpondebis, dicendo, vel in eis fieri fallaciam oppoſitorum, quo refero *c. ſufficiat 27. quæſt. 2. C. cum locum extr. de ſponſalibus* vel ἑτεροζητήσεως, *quo c. fin. extra de ſecundis nuptiis c. cum cauſa extra de raptorib.*

vel

vel conſequentiæ, *quo c. veniens 1. in fine de ſponſalibus c. per tuas de cond. appoſ. & dict. c. cum locum extra de ſponſal.* (ubi putant opponi falſo, quæ ſunt ſubordinata, & excludi, quæ includuntur, *c. tua fraternitas de ſponſalibus cap. cum de ſponſalibus c. ult. 32. quæſt. 2*) *vide omninò Borcholt. dict. loco*, qui benè examinat *Anton. Guibert. 1. quæſtion. memorabil. c. 12. & de matrimon. cap 4. num. 97. & ſequent.* argumenta. Id parum urget argumentum, quo concludunt: In ſpiritualibus non requiri conſenſum parentũ: Et verò matrimonium eſſe de ſpiritualibus: propter *c. fin. extra de ſecundis nuptiis.* Reſp. 1. Nam quatuor ſunt termini in argumento propter ὁμωνυμίαν vocabuli Spiritualis. 2. quatenus in ſpiritualibus canones debeamus ſequi, benè & latè docet *Baſil. Monner. p. 3. de matrimon. c. 4 pag. (mihi) 58. n. 3. 4. 5.* ut ſcilicet non pugnant cum honeſtate, utilitate publica, vel legibus divinis: Tunc enim Deo magis obediendum, quàm Pontificibus, *Actor. 5. verſ. 29. c. f. c. noli diſti. 9. 3.* Quin in ſpiritualibus ſequendum jus divinum, *Eſ. 8. verſ. 8. Baſ. Monner. dict. cap. 4. num. 5.* Atqui matrimonium eſt ſpiritualis res. E. Atqui verò jus divinum requirit conſenſum parentum, de neceſſi-

 tate,

tate, *Geneſ. 6. verſ. 2. & 4 Deuter. c. 7. Hierem cap. 29. Numer. 3. verſ. 4 1. Corinth. 7. verſ. 37. 2. Corinth. 6. verſ. 14. Epheſ. 6. verſ. 1. & 2. Baſ. Monner. dict. p. 3. c. 1. & 2. Bronch. dict. loco, Borcholt. dict. c. 2. p. 66.* E. Reliqua cum ſatis à prædictis Dd. tacta, non tango, conflictus forſan, quantum probent, oſtendet.

QVÆSTIO V.

An ratihabitio parentum reddit matrimonium ab initio juſtum & legitimum?

ITa ſolet quandoque fieri, ut parentes ab initio nolint conſentire, in nuptias liberorum, & ſic ex injuſto matrimonio liberos ſuſcipiant: Poſtmodum verò perſuaſi conſentiant & id ratihabeant. Quæritur, an liberi ante ratihabitionem nati, ſint legitimi & juſti? Ut verò omnes difficultates, & hic paucis tollantur, diſtinguo inter tempus & facta ante ratihabitionem, quæ omnia illegitima, injuſta, peccatum, *Baſ. Monner. d. part. 3. cap. 8.* & inter facta poſt ratihabitionem, quæ juſta & legitima, quo plurima argumenta contraria collimant.

De pri-

De priori membro hic tantum quæſtio eſt, de quo nos dicimus, liberos ante ratihabitionem natos, per illam ſubſequentem non fieri legitimos: Quæ ſententia habet manifeſtum fundamentum, *in l. 8. C. de Nuptiis:* Ubi dos ante conſenſum data fit caduca, nec poſt conſenſum convaleſcit, & *l. 11. ff. de ſtatu homin.* ubi etiam avo mortuo non probante nuptias, filii nepotes non fiunt legitimi, licet jam ſint juſtæ nuptiæ, *vide Monner. dicto loco*, qui pluribus hanc ſententiam firmat. Hoc unicum tantum appono: Conditio voluntaria debet impleri, in forma ſpecifica, & non per æquipollens, *l. qui hæreditati ibiq; Dd ff. de condit. & demonſtr.* Atqui conſenſus parentum eſt conditio, ſub qua debent fieri matrimonia, *c. non aliter 30. quæſt. 5. princip. inſtitut. de nupt. l. 2. de R. N. E.* Non poſſumus urgere, quaſi ratihabitio comparetur mandato, *l. fin. ad Sctm. Maced. c. ratihabitio de R. J.* ac id, quod actum eſt, retrotrahat, *l. 9 C. de pign. act.* Illa ſiquidem maxima varias habet fallentias, ut tradit *Baſil. Monner. dict. cap. 8.*
2. Conſenſus parentum requiritur pro ſolennitate, & forma, *Arum. dict. loco, quæſt. 10. Baſil. Monner. dicto loc.* At verò talis ſemper, vel initio vel in ipſo actu, intervenire

 debet,

debet, *Moller lib. 1 ſemeſtr. cap. 18. n. 4. pag. (mihi) 57.* 3. Inde *Bald. in l. executorem col. 4. C. de execut. rei jud.* ait: non ſufficit ratihabitio, quando mandatum à lege vel ſtatuto pro forma requiritur. 4. Id quod nullum, ratihabitione confirmari non poteſt, *Innocent. in c. prudentiam extra de offic. deleg at.* Atqui hoc matrimonium, abſque parentum conſenſu initum eſt nullum, *§. ſi adverſus inſtit. de nuptiis Baſil. Monner. dict. cap. 8.* Forma ſiquidem non ſervata, actus fit nullus, *Plotin. in tractat. de in litem jurando §. 2. num. 3. Pariſienſ. conſil 95. num. 21. volum. 1.* incipit ſtatutum, *Felinus in c. cum dilecta de reſcriptis in 6.* At conſenſus parentum eſt pro forma, *d. princip. inſtit. h. Monner. dict. cap. 8 num 3 in fine, Borcholt. dict. loco*, quin eſt ſolennitas, *Dd. communiter.* At hæc eſt loco formæ, *Moller. dict. libr. 1. cap. 18.* Ergo & conſenſus parentum erit pro forma. E. illo abſente matrimonium erit nullum. E. non poterit ratihaberi: Ut enim non Entis, non eſt accidens: *argum. l. 116. de V. O. Weſenbec. in paratit. n. 4. de reſcind. vendit.* ita nec ratihabitio. *Bald. in l. fin. §. neceſſitate C. de bon. quæ liber.* Ac ita docent *Dd. communiter. Hottom. illuſtr. quæſt. 9. Cujac. 3. obſer. 5. Mynſin. centur. 2. obſer-*

obſervat. 34. Alberic. Gentil 4 de nuptiis cap. 3. Vult. libr. 1. cap. 18. num. 91. Anton. Fab. in Jurisprudent. Papin. t. 9. pr. 4. illat. 10. Joachim. à Beuſt. princip. de ſponſalibus Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 18. latè Monner. dict. cap. 8. Förſter. diſput. 3. th. 21. Arum. d. q. 10 diſp. 2. Aliud viſum *Phil. Matthæi ad l. 30. ff. de R. J. à n. 25. Hackel. diſput. 14. th. 7.* & alii, quos allegant citati.

QVÆSTIO VI.

An ob cauſam, non requiſiti parentum conſenſus, liberi poſſunt exheredari?

DE filia hoc cõmuniter affirmatur, ſub diſtinctione tamen, an ſcilicet infra 25. annum ſit, an illum exceſſerit, ſi infra, an parentes ei honeſtum maritum dare diſtulerint. Hoc tàm de filio, quàm filia aſſerit, *Arum. 2. diſputat. theſ. 11.* Alii indiſtincte de filio id negant, *Cujac. ad Novel. 18.* Filiam alii exheredari volunt, ſi ante 25. annos abſque parentum conſenſu nubat, vel ſi poſt eam ætatem nubat ſervo, aut meretricio more vivat, *Cujac. lib. 3. obſervat. 5. Hottom. illuſtr. quæſt. 9. Beuſt. de ſponſalibus cap. 20. Wurmſer. pract. obſervat. t. 39.*

de teſtamentis obſervat. 29. Heigius dict. loco num. 29. Philipp Matthæi ad dict. l. 30. de R. J. Ex diſpoſitione *dict. Novell. 115. cap. 3. §. 11.* dicerem: Filiam non poſſe ſimpliciter exheredari, quod nubat abſque parentum conſenſu, ſed hactenus tantum, cum ei honeſtum maritum parentes dare voluerunt; ipſa tamen eum reſpuit, & luxurioſam vitam elegit, & inhoneſto ſe junxit, *d. cap. 3. §. 11.* Quod ſi a. eam elocare parentes diſtulerint, ultra 25. annos ibi etiam in corpus peccans, non exheredatur, *d. §. 11. in f.* niſi nubat ſervo, *d. §. 11. Schneid. h. t. de lic. nupt. n. 32. Borch de gradi. c. Utrum pater poſſit filium exheredare Gail. 2. obſerv. 5. & Conſ. 1. miſcell. 17. Weſenbecius in paratit. de ſponſalibus num. 4.* id quod etiam extendo ad ipſum filium, ſi luxurioſè vivat, aut inhoneſtò ſe jungat, *Borch. dict. loco,* argumento eorum, quæ habet *Arum. dict. quæſt. 11.* Si ergò quis citra parentum conſenſum, honeſtam eligit fœminam, is non poteſt ex tenore *Novell. 115. c. 3. §. 11. exheredari* manifeſtè enim *d. §. 11.* reſtringitur ad luxurioſam vitam, & perſonam inhoneſtam. Id non movet, ſi ita concludis: Quod finis exheredationis ſit, ut ea parentes injuriam ſibi illatam & damnum grave vindicent.

At ma-

At maximam injuriam patri fieri, ſi ſic contra ejus conſenſum ducat quampiam. F. 1. non omnis injuria ſufficiens cauſa exheredationis, ſed expreſſa tantum in *dict. cap. 3. Novell. 115.* 2. Idq; magis hic dicendum, cum nominatim hic caſus in *d. c. 3.* habeatur, & ad vitam luxurioſam vel perſonam turpem reſtringatur. 3. ſatis vindicat illam injuriam pater, quod ſuo diſſenſu filius nõ habet matrimonium, non dotem, non uxorem, non liberos. Non obſtat *verſ. fin. dict. §. 13.* Illum enim de contrahentibus nefarias & inceſtas nuptias, interpretor, & hi aliàs patiuntur graves pœnas. Sunt enim infames, *c. conſanguineorum, juncta gloſſa 3. quæſt. 4. excommunicantur clemen. 1. de conſanguin. & affin.* confiſcantur bona, *vide auth. inceſtas C. de inceſtis nuptiis Schneidw. p. 3. de illicitis nuptiis à n. 9.*

QVÆSTIO VII.

An ita recte contrahimus matrimonium, ut non intercedat copula carnalis?

ITa diſputavit *Johannes Imolenſis in l. ubi ita donatur ff. de donat. cauſſ. mortis Andr.*

Sicul. in capit. ultim. de precario, uti retulit *Andr. Fachin. 3. controverſ. 37.* pro quibus ita argumentor: Si conſenſus & non concubitus facit nuptias, *l 30 de R. J.* ſequitur nuptias abſque concubitu eſſe poſſe. Atqui prius. Ergo & poſterius,& per conſequens, ſi ita in ipſa re poteſt eſſe matrimonium, etiam ſic contrahere poſſumus matrimonium, ne copula interveniat. Quin via ad virtutem & caſtitatem nulli intercludenda. At id fieret, niſi ſic admitteremus, poſſe matrimonium iniri. E. Facit exemplum beatæ virginis Mariæ,& Joſephi,inter quos matrimonium perfectum fuit abſque copula, *c. conjunx 27. quæſt. 2. Fachinæus dict. cap. 37.* quæ ſententia manifeſte falſa. Nos cum *Thoma 4. ſenten. diſtinct. 28. quæſt. ultim. in fine & aliis à Fachinæo d. c. 37. alleg.* dicimus, non poſſe ita contrahi matrimonium, ut non intercedat copula carnalis, propter textum in *cap. ultim. de condit. appoſit.* Ego ſic concludo: Nunquam pactis ſubſtantia rei illa ſalva permanente mutari poteſt, *Schrad. p. 2. c. 2. de feud. l. 17. de donat. cauſ. mort.* Atqui copula carnalis eſt de ſubſtantia matrimonii, *Fachin. dicto loc.* E. Et inducta ad unum effectum non debet contrarium ejus operari, *l. quod favore C. de le-*

de legibus. Atqui ob copulam carnalem inductum matrimonium. E. Ad contraria omnia facile reſponderis, ſi dixeris, quod multa expreſſa nocent, quæ non expreſſa, non nocent, *l. 195. de R. J. ibid. Philipp. Matth. ac Decius*.

QVÆSTIO VIII.

An Polygamia concedenda?

ALii collaudant polygamiam, alii credunt, eam eſſe rem ἀδιάφορον, & indifferentem, *Monner. part. 1. cap. 6.* uti de matre refert. Nos eam dicimus eſſe omni jure inhibitam, cum *Baſilio Monner. dict. loco, Borcholt. dict. tractat. pag. 26. & 27. Licet Meiſnerus in philoſophia ſobria ſect. 7. cap. 5. & ult.* probabiliter diſputet, imò polygamiam patrum non fuiſſe peccatum Deo exoſum. Sic ego: Omnis legis transgreſſio eſt peccatum, *1. Johan. 1.* At polygamia eſt legis transgreſſio, *Geneſ. 2. verſ.* 4. Ubi Deus inſtituit matrimonium, ut duo ſint in carne una, & non tres, vel quatuor, vel plures, *Matth. 19.* ubi renovat Chriſtus illam primi conjugii legem, *1. Corinth. 6.* Nõ obeſt, ſi dicatur, progreſſu temporis ab illa prima matrimonii lege eſſe receſſum,

& per

& per deſuetudinem à patribus beatis illi eſſe derogatum. Nam 1. non exemplis, ſed legibus judicandum, *l. nemo 13. C. de ſent. l. 12. ff. de offic: præſid. Weſenbec. in paratit. de R. N. in fine.* 2. cum patres ſubſint Deo creatori & naturæ: quomodo leges ejus abrogare potuerunt, *Bald. conſil. 269. Bar. Angel. Calvin. in tractat. de Principe. Alberic. Gentil. diſput. 1. Regia pag. 17.* 3. Nullibi legitur Deus illam approbaſſe. 4. cum ob duritiem cordis illorum ſic fuerit tolerata, *Matth. 29. verſ. 8.* patet, eam non fuiſſe approbatam. 5 id quod manifeſtius patet, ex illo Chriſti, ab initio non erat ſic, *dict. cap. 29. Matth. & 1. Corinth. 7.* Inquis, attamen cum Deus multa beneficia illis præſtiterit, videtur ei polygamia non fuiſſe exoſa: cui enim bene cupimus, benefacimus. *Ariſtot. 10. Ethicorum.* Reſpondeo 1. Nego conſequent. Et nobis inſignia confert beneficia, non tamen ob ea probat noſtra peccata. 2. Davidi inſigniter benefecit, non tamen ob id probavit ejus adulterium & homicidiū. 3. ſcilicet non ſemper agit nobiſcum, ſecundum peccata noſtra, ſed ſecundum miſericordiam ſuam, miſericordiæ ſiquidem eſt, quod non conſumimur. Reliqua argumenta non ſtringunt, ut in conflictu videbimus.

bimus. Sic jure noſtro civili etiam reprobata eſt illa polygamia: qui enim eſt polygamus, is notatur infamia, *l. 2. C. de inceſtis nuptiis. l. 1. in fine l. 18. l. 13. §. & 2. ff. de his, qui not. inf. C. ad l. Jul. de adult.* Et tandem Carolina Conſtitutione criminali polygamia vindicata eſt ultimo ſupplicio, *art. 121. vide Baſil. Monner. dict. l. Weſenbecium. in parat. de R. N. Borch. dict. loco Beza de polygamia. Hunnius in Geneſ. c. 2. p. 56.*

QVÆSTIO IX.

An feudum novum jure antiqui concedi poteſt?

Est & inſignis Feudorum diviſio, qua aliud feudum dicitur novum, aliud antiquum, *c. 1. per quos fiat inveſt. cap. unic. de inveſtitura veteris & novi benefic:* Novum, feudiſtis eſt, quod de novo acquiſitũ eſt, & in inveſtiti perſona conſiſtit, *c. 1. §. novam tit. quot teſtes ſint neceſſ. ad novam 2. Feud. 32. 2. Feud. 12. 2. Feud. 18. 2. F. 3. Zaſ. part. 2. de feud. num. 7. Wenſenbec. cap. 2. de feud. n. 16. Julius Clarus quæſt. 8. num. 1. §. feudum.* Antiquum, quod quis non habet à ſeipſo, ſed ab eo, qui id primum acquiſivit, *cap.*

unic.

unic.t. de natum ſucceſſ. feud. Et verò horum ſunt inſignes differentiæ, ego unam tantum attingo; In novo ſcilicet Feudò non ſuccedunt collaterales: In antiquo verò ſuccedunt; *cap. unic. de natur. ſucceſſ. feudi c. unic. tit. de beneficio fratis, niſi forſan ſpecialiter in inveſtitura,* (Hæc enim dat formam & legem feudis, *cap. unic. de duobus fratribus à capitaneo inveſtitis*, ubi Baldus ait: Inveſtituram derogare omni Feudorum naturæ, ſi modò non ſit contra ſubſtantiam contractus) & fratri ſit proſpectum *Roſenthal. de feudis concluſ. 12. cap. 2.* Quomodo Conſiliarii quorundam Principum, quibus obventura ſperatur, in Feudis ſucceſſio attēdere debebant ſollicitè, & maturè, quomodo tenor inveſtituræ quorundam Ducatuum ſit conceptus, an ibi habeatur: cōcedimus vobis ut novum, an ut paternum ſeu antiquum, als ein alt vätterlich Stamlehen / ne poſtmodum ab aliis, qui magis hanc in rem intenti, excludantur. Cum igitur ſint differentiæ inſignes Feudi novi & antiqui, quæritur, an feudum novum jure antiqui: Nach Art vnd Eigenſchafft eines alten vätterlichen Stamlehens Gut / concedi poſſit? Id nos dicimus cum *Hackelm. diſput. 1. feud. theſ. 22.* Quomodo enim ex con-

ex conventione contractus legem accipiunt, *l. 1. §. ſi conveniat. ff. depoſ. l. ſemper ff. de R. J.* ita feuda ex tenore inveſtituræ, *cap. unic. de duobus fratribus à capitaneo inveſtitis, ibiq; Bald. c. 1. de feudo non habente propriam naturam feudi cap. 1. de feudo Marchiæ Gail. 2. obſervat. 50. Mynſinger: 4. obſervat. 84. Clar. in §. feudum dict. quæſt. 8. Borcholt de feudis num. 6. Vult. de feud. cap. 8. num. 6.* Si ergo tenor inveſtituræ ita habeat. Wir leihen dir ſolches nach Art vnd Eigenſchafft eines alten Stamlehen Guts / effectus & naturam feudi antiqui habebit, *Hackelm. dicto loc.* Idq; eò magis dicendum, cum hic tantum agatur de domini præjudicio, cui bene is poteſt renunciare, *l. penultim. C. de pactis.* Aliud viſum fuit *Olrad. conſil. 177. Alexand. conſil. 10. libr. 3. Jaſon. in præludiis feudorum num. 88. & conſil. 57. libr. 1. & aliis relatis à Vult. dict. num. 6. Fachin. lib. 7. c. 58.* Quorum fundamenta quid poſſint, cõflictus oſtendet.

QVÆSTIO X.

An datur Feudum Ligium?

FEudum Ligium, quod & Homologum Dd. vocant, *Vult. libr. 1. de feud. cap. 8. num. 20. Cujac. 2 feud. 7. p. 132.* eſſe docent

Cujac.

Cujac. dict. loco Sonsbec.p.3. de feudis à num. 21. Schneidw. p 1. de feudis num. 46. Weſenbec. de feudis Borcholt. cap. 4. de feudis num. 23. Niellius diſputat. feud. 1. *theſ. 9. lit. a. in not. Vult. dict. libr.* 1. *cap. 8. Gœdd. diſput. feud. 2. th. 7. lit. d. & Dd. vulgò.* Et habent clarum textum, in *tit. de Feudo Ligio 2. Feud. 99. & cap. unic. tit. factum patris fratri in feudo paterno non nocere 2. feud. 93.* Quomodo vides fruſtra hactenus eſſe *Hottomannum in diſp. feudal. cap. 7.* differentem, imò non dari Feudum Ligium, quod ejus, in totis duobus libris, non facta fuerit mentio. Præterquam enim quod colligit, ab autoritate humana negativè, contra Logicos, refellitur ſatis clarè *dict. cap. unic. de feudo 2. feud. 99. & 2. feud. 93.* Nec obeſt, ſi dixeris cum *Hottoman. cc. 2. feud. 99. & 2. feud. 93.* eſſe extraordinaria, & ideò non Authentica. *Nicol. Intrigl. quæſt. 38. num. à 60. 61. 62. Dn. Foman. Præceptor meus honorandus in ſuis concluſ. feudalibus theſ. 4. lit. k.* Etenim & illa eſſe allegabilia, eruditè oſtendunt, *Hartman. Piſtor. lib. 2. p. 1. quæſt. 13. n. 29. & quæſt. 15. num. 45.* Et certè cum Codice noſtro inferta, & longiſſimo uſu obſervata, & confirmata, cur non teneant, *argumen. l. 32. ff. de legibus Hartman. Piſtor. dict. loco,* idq;

Idq; veriſſimum puto, ceſſante ordinariorum deciſione, *Arum. diſp. feud. 1. theſ. 15.* Et ut maxime extraordinaria non eſſent Authentica, ſeú allegabilia, adhuc tamen non concideret aſſerentium feudum ligiū dari opinio: Etenim habent præter *dict. c. 2. feud. 99. & 2 feud. 93. textum in c. unic. tit. de prohib. feudi alieni. per Lothar. 2. feud. 52.* Quod eſt caput ordinarium. Juravit enim domino, nullo homine antepoſito, hic contra omnem hominem, quod nil aliud eſt, quàm feudum ligium, *dict. 2. feud. 99. & 2. feud. 93. Schneid. dict. p. 1. n. 46. Cujac. libr. 4. feud. 93.* Quomodo vides feudi ligii mentionem fieri, etiam in ordinario capitulo. Nec eſt, ſi excipis, cum Hottomanno, exinde non poſſe probari feudum ligiū in *dict. cap. unic. 2. feud. 52.* quod domino vaſallus juvarit nullo antepoſito homine, cum omnes vaſalli ſuis dominis ſic jurent, quod eis contra omnem hominem nullo antepoſito adeſſe velint, *cap. unic. de nova forma fidelitatis 2. feud. 7. c. unic. de prohib. feud. alien. per Frider. 2. feud. 55. c. unic. §. fin. tit. hic finitur lex 2. feud.* 28. Dixerim enim allegatos textus diſertè contrarium docere. Siquidem in illis ſemper, vel Rex aut Imperator, ut *2. feud. 7, & 2. feud. 55.*

vel antiquior dominus, ut *2. feud. 28.* excipitur, quod non eſt in feudo ligio, ibi enim nullus omninò excipitur homo, *dict. cap. unic. 2. feud. 93.* & *2. feud. 99.* Sondern er woll und ſoll ſich gebrauchen laſſen / wider männiglich / niemand ausgeſchloſſen. Cum ergo feudum ligium forma ab aliis feudis differat, cur diſtincta ſpecies non ſtatuatur, (imò nec exinde, quod juravit ſe domino velle adeſſe nullo antepoſito, *2. feud. 52.* poſſe probari feudum ligium, *d. cap. unic. feud. 99.* putem, ſiquidem homo ligius duorum eſſe non poteſt, *dict. cap. un. 2. feud. 93.* At verò in *dict. cap. unic. 2. feud. 52.* eſt is, qui nullo antepoſito juravit domino, duorum vaſallus: Habuit enim duo feuda: *d. cap. unic.* E. non eſt ligius) E. ex hoc ipſo ſic putem fortius urgeri poſſe Hottomãni ſententiam. Si forma feudi ligii cõpetit feudo non ligio, nõ erunt diſtinctæ ſpecies. Vanæ n. ſpecies, quę coëunt Philoſophi: cum formæ non poſſint miſceri. Atqui forma feudi ligii competit feudo non ligio. E. illius n. eſt, ut nullo antepoſito domino juret, *2. feud. 99. Schneidw. dict p. 1. num. 46. Cujac. d. libr. 4. Feud. 93.* At & illa tribuitur feudo non ligio, *in d. cap. un. 2. feud. 52.* E. Nam vaſallus ibi etiam juravit domino nullo antepo-

Ll 2

anteposito. At is non eſt ligius. Homo quippe ligius duorum non eſt, *dict. cap. un. 2. feud. 99.* At is eſt duorum, à duobus enim feuda accepit, *dict. cap. 2. feud 52.* E. non eſt ligius. E. & non ligius jurat domino nullo anteposito. E. cum in hoc ſit differentia harum ſpecierum & illæ coeant, non erunt diſtinctæ ſpecies. Hoc mihi aliquando objicienti reſpondebatur, patrem quidem *in dict. cap. un. 2. f. 52* habuiſſe duo feuda, *dict. 2. feud 52.* At iſtum non fuiſſe ligium, propter *dict. 2 feud 99.* patre verò mortuo, diviſis feudis inter duos fratres, unum fratrem juraſſe domino nullo anteposito, ut & alterum, & ſic filios fuiſſe ligios, non verò ipſum patrem. At certè contra ipſa verba, *d cap. unic. 2. feud 52.* Quomodo enim filius juravit ſuo domino nullo anteposito; ſic etiam pater: & quomodo pater; ſic etiam filius, *dict. cap. un 2. feud. 52.* Manet ergo adhuc, patrem juraſſe nullo anteposito, & tamen non fuiſſe ligium; quia non fuit unius, cum adhuc ab alio Domino recognoverit feudum. Et certè iſta reſponſio eſt divinatoria. Et divinatorium certè, quod de mutatione inveſtituræ proferebat. Quin ut oſtenſum contra ipſa textus verba. Dico E. Imò & in *d.*

c.52.feud.2. patrem fuiſſe vaſallum ligium quippe qui juravit domino nullo antepoſito, *d.c.* At talis eſt ligius, *dict. cap. un. 2. feud. 99.* E. non obeſt, quod ligius duorum eſſe non poſſit, *dict. cap. un. 2. feud. 99.* Et tamen duos habuerit dominos pater, in *d. cap. un. 2. feud. 52.* Etenim huic ſatisfacio, *ex fin. dict. cap. unic. 2. feud. 99.* Ubi clarè probatur, poſſe quem duo habere feuda, ita tamen, ut unius ſit ligius, & alteri inſerviat per ſubſtitutum, *dict. cap. unic. 2. feud. 99.* In *dict. cap. un. Ergò. 2. feud. 52.* pater habuit duo feuda, & pro uno tantum juravit nullo antepoſito, quomodo etiam frater prior fecit fidelitatem, *dict. cap. unic. 2. feud. 52.* alteri verò domino per ſubſtitutũ ſervivit, *cap. dict. un. 2. feud. 63.* id quod probatur ex vocula V E R O, quæ diverſum arguit caſum.

BIBL. NAZ. VITTORIO EMANUELE

CEN-

CENTURIÆ SECUNDÆ

DECURIÆ I.

QVÆSTIO PRIMA.

An, ſi de facto matrimoniũ liberi invitis & nolentibus parentibus contraxerunt, id vi & jure patriæ poteſtatis reſolvi poteſt?

QUa in Quæſtione varii ſunt Dd. *Cajac.* *3. obſervat. 5.* ait: Hactenus jus civile imperfectũm eſſe, quod vetet nuptias abſq; parentum conſenſu contrahi, nec tamen easdem diſſolvẽdas eſſe jubeat, ut ait *Duar. cap. 2. de nuptiis.* Quomodo *Cujac. d. lib. 3. obſervat. 5.* ut & *Duar.* videntur ſtatuere, ejusmodi matrimonium diſſolvi non poſſe, jure patriæ poteſtatis, ſed id permanere debere, licet ſit injuſta uxor, injuſti liberi, injuſta dos, *argum. l. 13. §. 1. ff. ad l. Jul. de adult.* Et ita docent etiam, *Vult. 1. J. R. c. 18. num. 95. Beuſt. de matrimon. c. 47. Arum. diſp. 2. inſtitut. theſ. 11. Schneidw. inſtitution.*

de nuptiis p. 2. num. 35. Treutler. 2. diſp. 6. th. 5. lit. c. forte illam ob rationem, quod conjugium ratum ſit, licet non ſit legitimum, *c. 28. quæſt. 1. c. f. Weſenb. in paratit. n. 8. Gothofred. ad l. 25. de R. N. Heig. hic num. 78.* Alii diſtinguunt, an res ſit integra, vel non, *Kling. de cauſſ. matrimon. in verſ. de conſenſu parentum p. 78. Schneid. dict. p. 2. de nuptiis num. 35. & ſequent.* Qua de diſtinctione forſan in quæſtione ſequenti. In hac quæſtione, ut paucis explanem, quid ſentiam, dico, non temere illa matrimonia, quæ ſunt abſque parentum conſenſu & voluntate contracta, ſi modò ſint benè concordantia, eſſe reſcindenda, *arg. l. 1. §. fin. ff. de lib. exhib. Paul. lib. 2. ſent. 19. §.* 1. ſed diligenter parentes eſſe monendos, ut ſuum conſenſum matrimonio filiorum adhibeant, nec acerbè jus patriæ poteſtatis exerceant, *argum. dict. l. 1. §. fin. & argument. eorum, quæ habet Vult. 1. J. R. 18. Beuſt. de matrimon. cap. 47. Schneidw.* qui ſi perſuaderi nullis rationibus poſſint, omninò de jure ſtricto poterunt quidem reſcindere illud matrimonium, (quomodo etiam ſentiunt, & late ſcribunt, *Dn. Beza in tractat. de divortiis Baſilius Monner. in tractat. poſteriori de clandeſtin. conjug. à cap. 7. cum ſequentibus Gentil. lib.*

4. de

4. de nuptiis c. 7. & ſequent. Donell. 13. comment. 20. Daniel. Moller. lib. 1. ſemeſtr. cap. 5. And. Gerhardi diſput. 2. theſ. 4. Et hanc quidem affirmativam *Baſil. Monner.* ex jure naturali, *cap. 7. dict. part. poſter.* divino, *cap. 8,* & civili, *cap. 10.* ut & jure canonico, *c. 12.* deducit, quem vide. Sic E. Omnia quę lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta, non ſolùm inutilia, ſed pro infectis etiam habentur, *l. non dubium 5. C. de LL.* Atqui verò filius contrahens matrimonium citra voluntatem & conſenſum parentum, facit & peccat contra LL. *pr. inſtitut. de nuptiis l. 2. de R. N. l. 11. ff. de ſtatu homin. l. 7. C. de nuptiis l. 18. l. 20. C. dict. tit. can. 30. quæſt. 5. cap. 1. can. 32. quæſt. 2. c. non omnis in fine cum ſequent. Exod. 22. Deuter. 7. Numer. 30. Baſil. Monner. paſſim Moller. dict. libr. 1. ſemeſtr. c. fin. latè.* E. matrimonium ejus eſt nullum. E. ut de facto proceſſit ſic etiam de facto reſcindetur; Nec enim propriè reſcinditur, nullum enim eſt, *d. l. 5. C. de ll.* At ut non entis, non ſunt accidentia: ſic nec poteſt eſſe reſciſſio, *l. 5. ff. de injuſto rupto l. 116. de V. O.* De facto. Ergò reſcindi id debet. Et pro 2. exinde eſt, quod Imperator in *§. ſi adverſus 12. inſtitut. de nuptiis*, reſpondet, ſi adverſus ea, quę dicta quis coierit, nec nup-

tiæ, nec matrimonium, nec uxor, nec vir, nec liberi, erunt. At inter illa erat & conſenſus parentum, *dict princip. inſtitut. h. E.* Alias rationes vide apud *Dn. Baſ. Monner. Moller. dict. loco Duar. dict. cap. 2. Gerhard. dict. theſ. 4.* Paulus ſupra loco citato non obſtat. 1. Novimus enim ex comparatione veteris voluminis, non eſſe falſam arguendam ſcripturam; *l. 2. §. 19. C. de vet. jure enucl.* Et veterum fragmenta, ut ſunt & allegati Pauli, faciunt ad antiquitatis cognitionem, non etiam ad juris conſtitutionem & probationem, *arg. d. §. 19. Alberic. Gentil. lib. 4. de nupt.* Et 3. de matrimonio voluntate parentum contracto, ac eo non diſſolvendo contrario patris diſſenſu Paulum accipi poſſe, notat poſt *Duar. capit. 2. Andr. Gerhardi d. loc.* Quo de caſu nos non loquimur, ſed quando ſemper defuit, conſenſus patris, an non poſſit authoritate poteſtatis id revocare, vide latius *Baſ. Monner. Moller. Bezam* & ſupra allegatos.

QVÆSTIO II.

Quid ſi acceßit copula, num adhuc poteſt reſcindi?

Ethic

ET hic dicimus parenti eſſe perſuadendum diligenter, ne acerbè patriam poteſtatem exerceat, *arg. d. l. 1. §. f. de lib. exh.* eiq; inculcanda incommoda, quæ hanc ſeparationem ſequantur, ac ſeriò rogandum, ut parcat & filio, & nepotibus, *Schneid. d. loco, & Dd. communiter*, qui ſi nullo modo poſſit perſuaderi ad conſentiendum, de ſummo jure adhuc reſcindere id matrimonium poterit, *Beza in tractat. de divortiis p. 141. & ſequent. Baſil. Monner. dict. loco Cothman. conſil. 1. n. 198. Althuſ. 1. J. R. 38. Moller. dict. loc.* Nec enim per ac propter copulam iſtam, ſi ante non fuit matrimonium, (ut non eſt, vel fuit in caſu noſtro, propter defectum conſenſus paterni, *argum. dict. princip. inſtitut. & dict. l. 2. §. ſi adverſus d. tit. dict. l. 20. C. de nuptiis)* conſummabitur. non enim concubitus, ſed conſenſus facit nuptias, *l. 30. de R. J. ibiq; Philippus Matthæi.* At hic non fuit, ut præſupponimus. E. Alia fundamenta habes paſſim, apud Dd. in præcedenti quæſtione allegatos. Et cur ab hac ſententia recedant Dd. non ſat firmam video rationem. Certè *l. 1. §. fin. ff. de lib. exhib.* hoc non perſuadebit. Primo intuitu aliquid quidem in contrarium probare videtur, at penitiùs inſpecta, pro noſtra ſen-

tentia facit, id quod ſic probo. Etenim aut JCtus Ulpianus in *d. l. 1. §. f.* loquitur de matrimonio, cum parentum conſenſu & voluntate inito, reſcindendo, aut ſine eorundem voluntate, & conſenſu reſcindendo, utrum jam ſumas *d. l. 1. §. f.* contra nos non facit, ſed potius nos firmat. Nam ſi accipias de matrimonio cum conſenſu parentum inito diſſolvendo, (ut eam accipiunt *Duaren. dict. cap. 2. Gothofr. ad l. 5. C. de repudiis Cujac. ad Novell. 22 Alber. Gentil. lib. 4 de nuptiis*, eamq; ſic eſſe accipiendam, ſic conor docere: & quidem ex verbo Nupta: Nupta enim nulla poteſt dici, niſi ubi ſunt nuptiæ, cum omne concretum ſuum præſupponat abſtractum, cum id formatum, hoc v. forma. At formatum omne præſupponit formam, Scaliger paſſim, cũ abſque hac id ſit, ut in ſomnium ſine ſomno, Scaliger. At verò in *d. §. f. d. l. 1.* dicitur uxor nupta. E. præceſſerunt nuptiæ. Si nuptiæ, ergo etiam adfuit conſenſus parentum, cum abſque hoc, illæ non ſint, *dict. princip. inſtit. h. tit. d. §. ſi adverſus l. 2. de R. N. l. 18. l. 20. C. de nupt. Baſ. Monner. dict. loco, Duaren: dict. loco, Donell. 13. commentat. 20.* Si ergò pater poteſt matrimonium ſuo conſenſu initum diſſolvere. E. multò magis

ſine

ſine ſuo conſenſu de facto celebratum. Id enim majus & difficilius; hoc verò minus & facilius. Quomodo vides hoc ſenſu *d. l. 1. §. f.* acceptam, noſtram ſententiam probare, eumque ſenſum fovet, *l. 5. C. de repudiis*. Et ſic verè *d. §. f.* exaudiri, innuit etiam verbum matrimonium concordans, & vox liberi, *argum. dict. §. ſi adverſus ea.* Nec eſt, ſi dicas, etiam matrimonium abſque parentum conſenſu initum, eſſe matrimonium, & ſuſceptos exinde, liberos eſſe: Nam eſt matrimonium, at injuſtum, ut & liberi injuſti; *dict. §. ſi adverſus l. 13. §. 1 ff. ad l. Jul. de adult.* & deinde cum omne verbum in nativa & propria ſignificatione ſit accipiendum, *l. fin. C. de his, qui veniam ætat. l. fin. ff. de legat. 3.* Et maxime quidem in dubio. Matrimonium verò propriè accipiatur de eo, quod jure valet, & initum eſt, cur non etiam in *d. l. 1. §. fin.* in illo ſenſu ſic accipias. Nec etiam (ut demus de injuſto matrimonio, *d. §. f. d. l. 1.* loqui) ſi accipias de matrimonio ſine parentum conſenſu inito, obſtat: Ab initio enim ponit quaſi regulam, quod eo jure utamur, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ poteſtatis turbentur, cujus in ſubſequenti ponit limitationem, inquiens; quod

tamen

tamen ſic erit adhibendum,ut patri perſuadeatur, ne acerbè patriam poteſtatem exerceat; Unde liquet clarè patrem poſſe turbare illa jure patriæ poteſtatis. Quin ſic colligo: Aut poteſt jus patriæ poteſtatis in noſtro caſu exercere,aut non poteſt. Si poſterius ridiculus, & fruſtra eſt Ulpian: docens; patri perſuadendum eſſe, ne turbet. At hoc abſurdum, alibi n. ſapiens dicitur. At hic nil facit fruſtra. E. erit prius. E. de ſtricto jure poteſt turbare matrimonium, abſque ſuo conſenſu initum, etiam liberis ſubnixum, *d. l. 1. §. f.* Et hoc eſt, quod dixi ſupra, rogandum eſſe patrem, ut conſentiat,& ſi nolit,quod poſſit reſcindere illud. Non & illud urgere volunt, quaſi ſcilicet publice utile ſit ejusmodi matrimonia non reſcindi, ſed cogendum potius patrem ad conſentiendum eſſe, ne civitas multis repleatur hominibus ſpuriis,& vulgò conceptis. Imò id tanti non eſt,ut attendi debeat, ſi conjuncta cum parentum contemtu ſint, *Alber. Gentil. lib. 4. de nuptiis c. 8.* 2. Publice utile eſt habere filios pios & obſequentes, *Cicero 3. de offic.* Et 3. id argumentum inverti poteſt. Etenim ſi parentes placari non poſſunt, reſciſſio concedenda, ne ulterius malis hominib. Reſ. repleatur. Ad alia in ipſa exercitatione.

QVÆ-

QVÆSTIO III.

An etiam de Jure Divino ejusmodi matrimonium, ſine parentum conſenſu initum, eſt nullum?

CONſenſum parentum etiam de jure divino, requiri & neceſſarium eſſe *ex Geneſ. verſ. 2. Num 30. verſ. 4 Deut. 7. verſ. 3. 1. Corint. 7.* ac exemplo Iſaaci, *Geneſ. 24. verſ. 3.* Iſmaelis, *Geneſ. 21. verſ. 21.* & aliorum complurium docemur, & de eo Dd. fere conſtat, *Chemnit: p. 3. loc. de conj. p. 500. Bronch cent. 3. aſſ. 1. Beza de divor. p. 76. Baſ. Monner. d. part. c. 8. p. (mihi) 231. Dan. Moller. d. lib. 1. ſemeſtr. c. fin.* licet aliud conetur pluribus, *Bellarm. lib. de matrim. c. 19.* An verò etiam de hoc contractum citra conſenſum parentum ſit nullum, ipſo jure non admodum eſt expetitum? Id quidem communiter Theologi affirmant, ut & *Monner. d. c. c. Moller. d. l.* At videbimus, an non contrarium ſit probabile. Nam abſque lege loqui erubeſcimus. At nullus textus eſt in ſacro Codice, qui tales nuptias irritas & nullas pronunciet. E. Sic Eſavus contra parentum

rum ſuorum voluntatem binas duxit uxores, *Gen. 26. v. 34. & c. 28. v. 9.* nec tamen ullibi ejus matrimonium reſciſſum fuit. Et ut maxime non exemplis ſed legibus ſit judicandum, nihilominus tamen ex exemplis ſæpius etiam quid juris in re ſit addiſcimus, *Caput. 20 Num. verſ. 4.* non leve etiam fundamentum dare videtur. Non obeſt, ſi ſic arguas. Legitimum & ratum eſt id, quod cum parentum fit conſenſu. *Num. 30. verſ. 4. Deuter. 7. verſ. 3. 1. Corinth. 6.* Ergò illegitimum & nullum id, quod ſine illorum conſenſu contrahitur, cum contrariorum contraria ſint conſequentia. Reſp. Nam ex *c. ſ. 28. q. 7.* datur tertium inter legitimum & nullum, ſcilicet id, quod quidem legitimum non eſt, attamen ratum. Non enim omne quod contra leges eſt, irritum eſt: ſiquidem Pontifici *d. l.* quæpiam ſunt illegitima, quæ tamen ſunt rata, licet alia pœna adficiantur. Objiciunt & *cap. 20. & 5. Deut.* ubi jubemus honorare parentes, *Monn. d. cap. cum ſeq.* At quomodo ſi citra conſenſum illorum pro libitu ducamus uxores. At hoc & illa capitula & alia infinita in hoc ſenſu nō concludunt. Nam 1. ipſi Theologi hoc præceptum quartum non tantum interpretantur de parentibus noſtris naturalibus,

ralibus, ex quibus nati ſumus, ſed & de noſtris curatoribus, tutoribus, præceptoribus, magiſtratibus, ſenioribus, & aliis etiam; quomodo ſi hoc argumentum concluderet etiam matrimonium abſque conſenſu magiſtratus vel curatorum, &c. contractum erit irritum & reſcindendum, contra quam ipſi admiſerint. 2. Sequeretur etiam filiam egreſſam de domo, id eſt, patria poteſtate patris non adſtringi voto, contra *d. c. 30. Numer. verſ. 4.* 3. Etiam liberorum emancipatorum matrimonia inita citra conſenſum parentum erunt irrita & reſcindenda, falſum. 4. Unde non injuria dixit *Weſenbec. in not. ad Schneid. ad tit. de nuptiis*, argumentum ex quarto præcepto decalogi eſſe infirmum.

QVÆSTIO IV.

Puella quædam habens matrem & vitricum adoleſcenti promiſit matrimonium ſi parentes conſentire vellent: qui videns parentes non conſenſuros,

ros, clâm ſua in domo convenit cum puella, & datis aliquot aureis, conſenſum purum impetrare voluit; quæ accipiẽs illos aureos, & viciſſim aliquid adoleſcenti dans, dixit, ſe velle eum habere in maritum, ſi modò parentes conſentire vellent; quæritur jam, ſi mater proteſtata ſit coram Conſiſtorio, quod nolit conſentire, an id ſit matrimonium?

QUa in quæſtione admodum prolixus eſt *Baſil. Monner. in parte poſteriori:* Nos negamus hic eſſe matrimonium. Quicquid enim certa ſub conditione promiſſum, deficiente conditione & ipſum deficit. Eſt ſiquidem conditio ejus, quod dicitur vel legatur in incertum eventum dilatio, *l. cedere diem de V.S. Gœdd. alibi.* Atqui verò hic deficit conditio, ſub qua puella

puella promiſit adoleſcenti matrimoniũ, ſcilicet conſenſus matris. Ergò & deficiet promiſſum. Nec poſſumus dicere, puellam purè adoleſcẽti promiſiſſe domi matrimonium, quando dixit, volo te habere in maritum, at matrem offendere nollem. Etenim licet ab initio pura ſint verba, Ich wil dich nehmen / ſtatim tamen ad conditionẽ eadem reſtringit per illa, doch wolte ich meine liebe Mutter nicht gerne betrůben / quomodo illa verba conditionem important, ac idem volunt, ac ſi dixiſſet, vellem, ut eſſes meus maritus, ſi mater conſentiret, addo quod clàm & remotis arbitris, blandis & ſubdolis verbis, ac oſtentatione, ac oblatione aliquot aureorum illa verba puellæ, Ich wil euch haben oder nehmen / cum adjecta tamen clauſula, Jedoch wil oder wolte ich nicht gerne meinen Eltern zu wider ſeyn / oder wil ſie nicht erzůrnen vnd betrůben / extorſerit: quomodo non operabuntur quippiam, ſi etiam eſſent abſque clauſula illa, Doch wolte ich meine liebe Eltern nicht betrůben / ſiquidem puella coacta quaſi verba illa protulit, *arg. l. 1. §. 3. ff. de ſerv. corrupt.* non quidem vi ſeu violentia, ſed tamen fraude & dolo, *l. 31. ff. de dolo.* At talia non tenent, ſed nulla ſunt, *l. 5. C. de ll.* maximè

T negotia

negotia bonæ fidei, *arg. l. 3. §. fin. ff. pro ſocio l. 7. ff. de dolo malo l. 16. de minoribus l. 36. ff. de V. O.* quale etiam matrimonium eſſe ſentit *Jaſon in §. fuerat n. 13. I. de action. Dn. Baſ Monner. d. l.* & matrimonia abſque parentum conſenſu fieri non poſſunt, *pr. I. de nupt. §. ſi adverſus d. t. l. 18. l. 20. C. de nupt. l. 2. de R N. c. aliter 30. q. 5. c. non omnis, c. hoc ſanctum 32. q. 2.* At hic defuit conſenſus parentum. Mater enim coram Conſiſtorio proteſtatur. E. At inquis in nuptiis requiritur conſenſus contrahentium principaliter, *c. ſufficiat 27 q. 2. c. cum locum extra de ſponſal.* & deinde eorum, in quorum poteſtate ſunt, *pr. I. de nup.* At verò mater non habet liberos non poteſtate, § *fœminæ I. de adoption.* E. ejus conſenſus non requiretur, *Schneid. p. 2. n. 32 de nupt. Weſenb. in par. ff. de R. N. n. 3.* Ergo non obſtante illa clauſula: Jch wil meine liebe Mutter nicht betrüben/ ratum erit matrimonium puellæ cum adoleſcente. Hoc verò parum obſtat, ſi vera, quæ diſputat *Dn. Baſ. Monn. d. p. poſter. cap. 11.* quaſi ſcilicet & matris conſenſus ſit neceſſarius in nuptiis liberorum, per *l. in conjunctione C. de nupt. Auth. ut cum de appellat. cognoſcend. juncta l. 4. §. præter ff. de in jus vocand. l. 51. ff. de V. S.* Quomodo etiam

iam docere videtur *Cypræus c. 6. §. 2. de ſponſal. Borch. de gradib. p. 53.* 2. Et licet forſan de apicibus Juris non requiratur matris conſenſus, non tamen diffitendum eſt quin de æquitate & honeſtate requiratur per ea quæ diſputant paſſim Dd. hic. At verò in nuptiis non ſemper quod licet, ſed quod honeſtum eſt, ſpectandum, *l. ſemper 197. ff. de R. J.* Quin ſi honeſtas à neceſſitate non ſejungi commodè poteſt & id quod honeſtum etiam neceſſarium eſt, *l. filius qui ff. de condit. inſtit. Dan. Moller. d. lib. 1. ſemeſtr. c. fin. n. 12.* Et verò matris conſenſus de honeſtate requiritur, *Schneid. d. l. Moller. d. c f. n. 8. Monner. d. c. 11* ſequetur abſque matris conſenſu commodè matrimonium iniri non poſſe. 3. Et certè jus divinum non diſtinguit inter matrem & patrem, ſed utrũque honorari vult, *Levit. 20. Deuter. 21. Dan. Moller. d. n. 8.* At & divini Juris eſt matrimonium, *Geneſ. 2. v. 22.* ut & juris naturalis, *pr. I. de J. N. l. 1. §. 3. de J. & J.* quod nec ipſum diſtinguit *l. 4 ff. de curator furioſi.* 4. Quæ omnia ponamus, non firmiter concludere, adhuc tamen in noſtra facti ſpecie non erit matrimonium, ſiquidem puella ſuum VELLE reſtrinxit ad matris, quæ cum jam nolit, liquet & puellæ expirare.

Conditio n. poſſibilis omnis ut poſita ponit: ſic ſublata tollit.

QVÆSTIO V.

An Chriſtianus cum Judæa vel Ethnica puella: vel diſparis religionis homines matrimonium contrahere poſſunt?

QUa in quæſtione multiplici ſanè opus eſſe videtur diſtinctione *Andr. Gerhard. d. diſput. 2. Juſtin.q. 5. in fin.* Ego puto cum Dd. referre, an levis ſit diſſenſio in quibusdam tantum fidei articulis: ita ut nobiſcum ſint in Eccleſia, an vero maxima hæretica & idololatrica, ita ut ſint extra Eccleſiam. Priori caſu (licet tutius ſit cum pari inire matrimonium: ſic enim omnia fælicius procedent) poteſt eſſe inter eos matrimonium *text. in l. 16. C. de Epiſcop. audien.* ſi modò ab initio cognoverint illã diſparitatem *d. l. 16.* id quodvidetur probare etiam *Paulus 1. ad Corinth. 7. & 2. Corinth. 6. v. 14.* Poſteriori caſu ſi Chriſtianus cum puella extra Eccleſiam p. cum Ethnica vel Judæa contrahere velit, diſtinguendũ inter matri-

matrimonium contrahendum & matrimonium contractum *Bidembach. in tr. de cauſ. matrim. q 5.* Si matrimonium contrahendum & puella hæretica non vult converti, nec etiam ſpes apparet ullam futuram converſionem, non concedendum matrimonium per ea quæ latè cumulat *Dn. Bidemb. d. l. Beza. de repudiis; Alb. Gentil. l. 2. de nupt c. 29. Andr. Gerh d. q. 5. in pr. text. in l. ne quis 6. C. de Judæis & cœlicolis:* Ubi Judæum ducens adulterium admittit. Et tales nuptiæ etiam in Jure divino prohibitæ, *Deut. c. 7. v. 3. 2. Corinth. 6.* ut & canonico *c. cave 28. q. 1. c. de infidelib. de conſang. & affin. c. quanto de divort. c. 9. diſtinct. 1.* Et rectè quidem: Præterquam enim quod diſparitas in religione animorum diſtractionem parit, amorem conjugalem extinguit & omnis generis mala inducit, etiam periculum animæ timendum, ſemper ſiquidem infidelis fidelem ad idololatriam abducere conatur, *1. Reg. 11.* Quæ mala ut evitentur, rectè hoc ita ſtatutum. Et hoc in tantum *Gentil. lib. 2. cap. 19.* arbitratur, verum, ut ne conjugium Lutheranis cum Papiſtis, qui nobis ſunt Antichriſtiani & quibus nos hæretici iniri permittat. Aliud viſum *Cypræo in tr. de connubiorum Jure c. 13.*

 §. 77.

§.77.p.8. qui concedit matrimonium Chriſtiano cum infideli. Si jam contractum; refert an infidelis cum fideli pacificè & quietè vivat nec alterius religionem execretur & hactenus conſtabit matrimonium fidelis cum infideli, *1. Corinth. 7.* Multa ſiquidem optimo Jure diſſuadentur, quæ tamen ſemel facta diſtrahi non debent: an verò ſe invicem turbent & infidelis religionem Chriſtiani execretur, & ſi Chriſtianus infideli cohabitare amplius noluerit, diſſolvetur matrimonium *d. c. 7. 1. ad Corinth. vid. Beza. d. l. Alb. Gentil. d. c. 19. Weſenb. in par. de R. N. in fin. Philip. Melanch. in exam. in quæſt. an liceat Chriſtiano.* Et latè *Covar. p. c. 7. §. 11. Beuſt. de matrim. cap. 37.*

QVÆSTIO VI.

An divortio ob adulterium facto parti innocenti permittendum aliam ducere vivente adultera?

ADulterium eſt juſta cauſa divortii *Mat. 19. v. 9. c. ſignificaſti. extra. de divort. c. 32. q. 5. c. fieri poteſt, 32. q. 7. c. Apoſtolus cap.* *non*

non ſatis §. *rem novam 34. q. 1. l. 8. C. de repudiis. Nov. 117. c. 8 & 9 Beza de divort. in pr. Beuſt. p. 2. c. 16. cum ſeq.* Et quidem ob quam non tantum fit ſeparatio quoad thórum & menſam, ut opinantur Canoniſtæ, ſed quoad totum etiam. *Schneidewin. p. 4. de nupt. num. 35. Beza. d. l p. 156. Treutl. 2. volum. diſp. 6. th. 8. l. 6. per c. 7. 1. ad Corinth. & 19. Matth.* Quærunt jam E. ulterius Dd. an cum pars innocens ſit libera vivente adultera poſſit aliam ducere? Canoniſtæ concludunt hoc etiam parti innocenti non eſſe permittendum, ſed & illam debere manere innuptam, aut adulteræ pœnam remittere, eamque ad ſe recipere, per *cap. 1. cum aliquot ſequent. 32. q. 5. c. quos Deus. 32. q. 2. & c. 2. in fin in verb.* ſemper tamen conjuges erunt *extr. de divort.* At verior & tutior illorum ſententia, qui dicunt, parti innocenti, non temerè quidem hoc eſſe concedendum, ſed ei perſuadendum, ut concilietur cum adultera, eamq; ad ſe recipiat, aut innupta permaneat, quæ ſi ſe continere non queat, ſecunda vota ei largienda, *Beza in tr. de repud. p. 157. Beuſt. pr. de matrim. c. 24. Schneid. I. de nupt. p. 4. nu. 33. Weſenb. in par. de divort. n. 11. Treutl. 2. diſp. 6. th. 8. lit. b.* Quæ ſententia in Jure civili

habet fundamentum *in l. conſenſu.§.virum. C.de repudiis.* & etiam in jure divino probatur *Matth. 19.* ubi qui dimittit uxorem excepta cauſa fornicationis & aliam ducit, mœchatur. E. non mœchatur, ſi ob adulterium eam dimiſerit. Ut verò parti innocenti hanc licentiam damus, ſi ſe continere nō poſſit, ita nocenti eam denegamus cum Dd. communiter per *c. ſi mulier de divortiis,* quicquid velit *Weſen. in par. de divort. in fin. c. quæſivit d. l. vid. Schneid. de repudiis nu. 31.*

QVÆSTIO VII.

An uxori relictæ ſeu desertæ permittēdum, ut alteri nubat, marito adhuc vivente?

UT certum deſertionem malitioſam eſſe cauſam juſtam divortii, *1. Cor. 7. v. 15. latè. Baſ. Monn. in tr. de matrim. p. 5. de divortiis. c. 7 p (mihi) 51. Beuſt. de matrim. p. 2. cap. 26. Beza in tractat. de repudiis. Weſenb. de R. N. num. 8. & in par. de divort. num. 9. Schn. h. t. p. 4. n. 37.* Ita non ſatis expeditum an relicta uxor poſſit tranſire ad vota ſecunda. Canoniſtæ nunquam id permittunt parti innocenti, niſi conſtet de morte mariti,

mariti, quibus reſpondet *Monner. dict. loc. cap. 10. (pag. mihi 165.* Dd. communiter diſtinguunt & putant referre an ſine culpa, juſta ex cauſa quis diutius abſit, an verò ex dolo & malitia ac libidine. Priori caſu sẽper expectandus donec redeat aut moriatur, *c. Dominus de ſecund. nupt. c. in præſent. extr. de ſponſal Auth. hodiè. Cod. de repudiis.* Poſteriori caſu non expectandus perpetuò, ſed per Conſiſtoriales pars deſerens & malitiosè abſens ter per publica Edicta citatur, quæ Edicta publicè à miniſtro Eccleſiæ in his ditionibus præleguntur & poſtmodum valvis Eccleſiæ affiguntur ubi contraxit matrimonium, ut & illis, ubi illum morari fama eſt, *Gail. 1. obſerv. 57. clem. 1. de Judiciis. Monn. d. l.* ad quam citationem ſi non cõparet, pars deſerta abſolvitur, eique datur poteſtas cum alio matrimonium contrahendi; idque ita hic practicari videmus, *Paſ. Monner. dict. c. 7. num. 7.* Et quidem non immeritò. Eſt enim pars deſerta ſic per Magiſtratum abſoluta, verè libera, *1. Corinth. 7.* At talis benè poteſt contrahere matrimonium. Ergò & ob adulterium diſſoluto matrimonio pars innocens rectè tranſit ad ſecunda vota *l. conſenſu. §. virum. C. de repud. Matth. 19. 1. Cor. 7. Beza dict. l. Schneid.*

T 5 *de nupt.*

de nupt p. 4. nu 33. At & hæc deſertio ſemper ſolet eſſe cũ adulterio. *Monner. Schneid. Beuſt. dict. l.* E. & hoc Dd. etiam ad militem gregarium, qui non amore patriæ, ſed ut pro libidine vivat, militatum abit, extendunt, quaſi nec tunc ſemper expectare debeat uxor, *l. fin. C. de repud. Baſ. Monner. de part. c. 7.*

QVÆSTIO VIII.

An mulierculæ, quandoq; verberibus excipi poſſunt?

DIonyſ. Halicarnaſ. lib. 2. ἀρχαιολογ. docet, Romuli lege conceſſam caſtigationem marito. Et *Ariſtotol. 1. Polit. 8.* ait poteſtatem γαμικὴν, ſeu maritalem reſpondere imperio civili in cives. E. quomodo Magiſtratus ſæpius animadvertere debet in cives malos & refractarios, ſic etiam maritus in ſuam uxorem immorigeram & negligentiorem. Et quin de facto aliqui maritorum illam legem Romuli exequantur, & ſæpius malè tractent ſuas mulierculas nulli dubitamus. Jam verò an rectè videbimus. Puto autem referre, an uxor ſit bona an mala, ſi bona & in re familiari diligens hactenus iniquiſſimus eſt maritus aliquid

contra

contra illam attentans & illam malè tractans; & hoc in tantum verum, ut, ſi major ſit ſævitia, poſſit fieri quoad thorum ſeparatio *c. ex transmiſſa. c. literas. de reſtit. ſpoliator. Schurff. centur. 1. conſ. 42. à num. 3.* cui petenti non reſtituitur, niſi ſufficienti præſtita cautione, *dict. c. ex tranſmiſſa.* (quę qualis ſit, explicat, *gloſ. in d. c. ex transmiſſa.*) Et ſi etiam præſtitâ cautione non videtur poſſe provideri, ut ſecurè & absque periculo cum eo habitet, omnimodo quoad thorum ſit ſeparatio *c. transmiſſa. c. literas. Schurff. d. l. Panorm. in d. c. transmiſſa.* Quomodo etiam *Imp. in* §. *2. l. 8. C. de repudiis:* concedit repudium, ſi probarit ſe loris vel verberib. affectam, *Weſenb. in par. de divort. nu. 9.* Si mala & negligens tunc diligenter ad mores & ingenium hominis attendat, an ſcil. verbis blandis & amicis corrigi, & ad meliorem frugem redigi poſſit? an verò non. Priori caſu viciſſim videbit an τύχῃ ſeu caſu, quem non præſtamus *l. 12. de cuſtod. reor. l. 24. de R. J.* ibiq; *Decius*; an verò τέχνῃ aut ex deliberato animo ſæpius delinquat: ibi ut nunquam ad verbera deveniendum, ſed cogitandum, quod facilis deſcenſus averni: quod nemo ſine crimine, quod omnes quandoque quid humani

mani patiamur. Sic hic diligenter monenda, ut ab ejusmodi facto deſiſtat, quod ſi non facit, ſed contumaciter reluctatur, modicè caſtigari poterit: nec enim debent delicta, manere impunita *arg. l. ita vulneratus. in f. ff. ad l. Aq.* & malitiis hominum non indulgendum *l. in fundo ff de rei vindic.* quod tamen fieret, ſi marito non modicam concederemus caſtigationem. Si verò videat ſe verbis fore fruſtra ad verbera devenire poteſt, maximè ſi etiam ſit contumax & proterva, idq; poſſe illum, at modicè tamen (immodicè n. ſi tractetur, licitè diſcemen *d. c. ex transmiſſ. d. c. literas*) probati videtur *l. 8. § 2. & 3. C. de repudiis*, ut & *arg. d. c. ex transmiſſa & c. literas*, ubi ſævitia tantum prohibetur. Id quod etiam hac ratione probo: Deus conceſſit viro imperium in uxorem, *Geneſ. 3. v 15.* E. etiam ea ſine quibus id imperium obtinere non poteſt: Qui enim vult conſequens, vult etiam antecedens, ſine quo conſequens haberi non poteſt, *arg. l. 2. de Juriſd.* At verò imperium in tali muliere immorigera maritus obtinere non poteſt absq; caſtigatione hac modica. E. & modicam caſtigationē Deus marito conceſſit, *vid. Danæum quoq; in Politic. lib. 2. cap. 13. pag. 182.*

QVÆ-

QVÆSTIO IX.

An Judæi in benè conſtitutis Rebuſpublicis tolerandi?

Si non recepti ſunt in civitatem, circumſpectus Magiſtratus eos non facilè recipiat: Per quoſcunque enim cives ad inopiam rediguntur malis artibus, illi nō ſunt tolerandi. *Ad id fit per Judæos.* In commerciis ſiquidem miſerè miſeros defraudant cives, unde illorum proprium eſſe fallere *Gail. 2. obſ 33. n. 7. ait:* & licet quandoq; beneficium præſtare dando pecuniam mutuò videantur, tamen exitus & fœnus, ſub quo dant, aliud docet. ſi recepti ſunt, tolerandi, ſi aliàs pacatè degunt, venenū ſuum non diſſeminant, Chriſtum non blaſphemant nec immoderatum, ac prohibitum fœnus exercent *Joan. Nicol. Arelatum. in tractat. de hæretic. notab. 25 n. 3.* Et id in tantum verum, ut de jure noſtro civili non ſint lædendi, nec diebus feſtis conveniendi, *l. die 13. & l. 14. C. de Judæis & cœlicolis.* Quin Synagogæ quoque iis conceduntur, *d. l. 13. & l 14. C. d. t.* Sin verò ſint rixoſi, miſerè homines decipiant, alios ad ſuam ſuperſtitionem abducere conentur, ac improbum

probum fœnus exerceant, jam reſecandæ ſunt putridæ carnes & ſcabioſa ovis à cauſis repellenda, ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora, corrumpantur, *c. reſecandæ. 29. q. 3.* Quin quicquid in Deum contumelioſum, eiq; inviſum, ac civibus pernitioſum, id non tolerandum in civitate. Atqui tales ſunt ejuſmodi turbidi & impii Judæi. E.

———— immedicabile vulnus
Enſe reſcindendum eſt, ne pars ſincera trahatur.

QVÆSTIO X.

An Pontifex ſummus poteſt Feuda concedere?

An Pontifex qui dictus à ponte *Varroni lib. 4. de ll.* vel Papa qui à Pape admirandi Interjectione dictus, (& quidem cũ nec homo nec Deus ſit, ſc. ſed quaſi neuter interutrumq; gloſſ. *in clem. verb. Papa.* illa Etymologia non omnimodo rejicienda, & certè non eſt ſimplex homo, ut alii homines, ſed eſt etiã Chriſti vicarius, *gl. in extravag. ad conditor. de V.S.* & omnia non ut homo, ſed ut Deus (ut ajunt) adminiſtrat *c. ad apoſtolicæ. §. nos itaq;. de ſent. & re judic.*

dic. alias notationes ponit *Dn. Borch. de Feud. c.5.n.3.p. 76.)* Feuda dare poſſit quærunt Feudiſtæ? Et ut hic ob pagellarum anguſtiam ſim brevior, nolo hac de quæſtione ut ſatis expedita inter Feudiſtas prolixè diſputare, ſed ſimpliciter Pontificem ſeu Papam Feuda dare poſſe aſſero; quomodo tradunt etiam *Bald. in c. 1. de his qui feuda dare poſſunt. Præpoſitus d. c. 1. F. 1. Schrader. de Feud. p. 4 c. 2. n. 4. Zaſius de Feud p. 5. n. 44. Vult. de Feud. c. 3. Borch. d. c. 5. nu. 4. in fin.* & Dd. communiter: Etenim, ſi id ineſt, quod minus ineſſe videtur. E. multò magis inerit, quod magis ineſſe videtur, *Logici paſſim.* Atqui Archiepiſcopi, Patriarchæ, Epiſcopi, qui ſunt poſt Papam. *Borch. d. l. n. 5. & 6* & minoris poteſtatis feuda dare poſſunt, *d. c. un. 1. F. 1. Matthæ. de Afflictis ad c. un. 1. F. 1. Borch d. l.* E. multò magis Papa qui omnia facit, non ut homo, ſed ut DEUS, *c. inter corporalia. c quanto extr. de translat. Epiſcop.* Qui à nemine judicatur, ipſe verò ut ſpiritualis omnia, *c. aliorum c. nemo & c. 9. q. 3.* non à regibus *d. c. aliorum. d. c. nemo.* qui ſuper gentes & regna Romanus Pontifex à Domino conſtitutus eſt, *per extravag. de conſuetud.* qui DEUS in terris, *c. ſacerdotibus 11. q. 1, c ſatis evidenter diſtinct.*

96. Et

96. Et hoc in tantum verum credunt aliqui Feudiſtarum, ut eum etiam aliarum Eccleſiarum, quæ eum recognoſcunt, bona in feudum dare poſſe, ſtatuant, licet ante non fuerint feudalia, *Schrad. d. p. 4. c. 2. nu. 4.* Et quidem non immeritò: Principatum enim tenet apoſtolatus omniumque Eccleſiarum *c. ſacroſancta diſtinct. 22.* & de ſacris & Eccleſiaſticis, quovis modo diſponit, *c. dudum. 3. q. 6. c. lege diſtinct. 10.* Quin cum ſecundum arbitrium & plenitudinem arbitrii, ut *Alb. Gent. diſp. 1. Regia de Imper. Rom.* loquitur, de jure ſupra jus diſpenſet *c. proſunt. 4. de conceſſ. præbend.* ut poſitus ſupra omnes leges *c. ſatis evidenter diſtinct.* 96. Cur etiam aliarum Eccleſiarum bona aliis in feudum dare non queat. Et ita ſanè dicendum ex præpoſteris Pontificum Canonibus. At de illorum veritate dubitat *Rittershuſ. in part. Feud. c. 5. q. 6.* ut & *Zaſ. d. l.* Et ut Pontifici poteſtas infeudandi concedenda, *d. 1. F. 1.* Ita etiam reſtringenda. Nec enim niſi benè meritis de ſede apoſtolica debet concedere, *Vult. d. c. 10. n. 3. Schneid. de Feud. p. 3. n. 16.* Et ſi de novo concedat, bona illa ſint parvæ quātitatis, *Coler. in c. ad audientiam. n. 1. de præſcript.* & non ab aliis infeudari ſolita, cum ſuo Jure nemo ſit privandus, *c. quanto extr. de divortiis.*

QVÆ-

CENTURIÆ II.

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria ſecunda & tertia.

Reſpondente

EMMERICO Pfefferkorn CRUCIburgenſi Thuringo.

CENTURIÆ II.

DECURIÆ II.

QVÆSTIO PRIMA.

An cadavera eorum, qui ob facinora ſua puniti ſunt, terræ concedenda & mandanda?

ITa apud nos invaluit, ut fures laqueo ſuſpendantur *per §. ſi quis 6 1. de pac. tenend. 2. f.27. Carol. V. Conſt. crim art. 162.* Weichb. *art. 26.* Landr. *lib. 2.*

lib. 2. art. 13. Fachſ. diff. 58. Reinh. diff. crimin. 20. Dd. communiter. Latrones rotæ imponantur, vel aliter occidantur, inde quæritur, ſi cognati petant cadavera eorum, in quos animadverſum eſt, & illa ſepelire velint, an & illa rectè Magiſtratus iis deneget? ſeu (ut in *c. fatendum eſt 13. q. 2. h. q.* concepta) an qui in patibulis ſuſpenſi juxta Eccleſiam ſint ſepeliẽdi? Et ſanè majores noſtri maximum dedecus eſſe exiſtimarunt, cadavera non ſepeliri, *Pompon. in l. quod ſi. ff. de relig. & ſumpt. fun.* in tantum, ut ipſimet inimici etiam impium exiſtimaverint, ſi inimicorum ſua manu interfectorum corpora inſepulta paterentur. *Menoch. de recup. poſſ. remed. remed. 1. n. 445. p. (mihi) 297.* unde complures opinantur, Magiſtratum illum non rectè facere, qui cognatis petentibus cadavera punitorũ, ut illa terræ mandent, & matri, ex qua ſunt, reſtituant, denegant. Et certè non diſputant ſine fundamento, ſed quodcunq; jus attendo, in eo, pro illis quòd facere videtur, invenio, *1. Deut. 21. verſ. fin. eſt textus clarus in verb.* So ſol ſein Leichnam nicht vber Nacht am Holtze bleiben/ ſondern ſolt jhn deſſelben Tages begraben. Denn ein Gehenckter iſt verflucht bey Gott. Ex quibus ſatis patet, cadavera

davera ſuſpenſorum ſub diei veſperam eſſe tollenda: & terræ ex qua ſunt, *Gen. 3. v. 19.* reſtituenda. 2. Hic *d. cap. 3. v. 19. Geneſ.* nonnihil facere, videtur, in verb. pulvis es, & in pulverem reverteris. At quomodo ſi ſuſpenſa cadavera aut rotæ impoſita non tollantur, ſed à volucribus cœli devorentur. 3. Inde rogavit Pilatum Joſephus ab Arimathea, ut tolleret corpus Jeſu, & permiſit Pilatus Joſepho, qui venit & tulit corpus Chriſti, *Joh. 19. v. 38.* ac illud ſepelivit, *Joh. d. c. 19. v. 41. Matth. 27. v. 57. Marc. 15. v. 42. Luc 23. v. 50.* Cum ergò corpus Chriſti, qui habebatur malefactor Judæis, *Joh. c. 18. v. 30.* ſit ſublatum de cruce & honeſtè ſepultum, *Johan. d. c. 19. v. 41. & Marc. 15. v. 42.* Cur non etiam rectè ſepeliantur aliorum malefactorum corpora? 4. Inde etiam jus Canonicum vult de omnibus peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & dignè pœnitentib. concedi ſepulturam, *c. quæſitum eſt 13. q. 2.* & quidem duplici de cauſa. 1. quaſi ꝑ peccatis ſuis pœnã extremã perſolverint, *d. c quæſitum eſt.* 2. Et ꝙ Deus bis in idipſum non judicet, *d. c. quæſitũ in fi.* Et hoc in tantũ alii credunt, verũ eſſe, ut indiſtinctè dicant, cognatos corpora ſuſpenſorum tollere & ſepelire poſſe, etiam non

petitâ & obtentâ licentiâ à Judice ſeculari, qui tulit ſententiam, *per d. c. quæſitum eſt. q. 2. & clem. 1. de pœn. & remiſſ.* Quod tamen dicendum non eſt. Licet dd. cc. indiſtinctè loquantur, nihil tamen vetat illa ita exaudire, ſi modò auctoritas judicis vel principis adſit, quomodo poſt *gl. in d. c. fatendũ eſt 13. q. 2.* accipit ea *Hoſt. in c ex part. in fi. de ſepult. Gomez. reſol. tom. 3. c. 14 n. 8.* Idq; eò magis, cum ſic jus canonicũ cũ divino & civili, quę volunt ſemper corpora ſuſpenſorum à judice, qui tulit ſententiam, eſſe petenda, *d. c. 19. v. 38 Joh. l. fin. ff. de cadav. punit. l. 1. ff. d. t.* concordet, inter quæ contrarietas non inducenda. *c. 1. de oper. nov. nunc.* 5. Sic jus civile itidem cadavera non debere manere inſepulta flagitat. *l. fin. ff. de cadav. punit.* ubi ita JCtus: corpora animadverſorum quibuslibet petentibus ad ſepulturam danda ſunt, *l. 1. ff. d. t. in verbis:* hodie autem eorum, in quos animadvertitur, corpora non aliter ſepeliuntur, quàm ſi fuerit petitum & permiſſum. Nec etiam Impp. in conſtitutionibus vetant, obnoxios digno ſupplicio ſubjectos ſupulturæ tradi, *l. obnox. 11. C de rel. & ſumpt fun 6.* Quin ubi nullum delictum, ibi etiam nulla debet eſſe pœna. At in cadavere ſuſpenſi nullum ſupereſt

pereſt delictum. E. 7. Ex quocunq; multa & graviſſima incommoda Reipub exoriri poſſunt, id tollendum ex Repub. At ſi manerent inſepulta cadavera ſuſpenſorum, multa damna Reipub. oriri poſſent, p aër inficitur, prætereuntes terrent, mulieribus gravidis nocent, & alia damna pariunt, *Gomez. 2. reſolut. 11. n. 56.* E. Inde eſt, quod *Cicero 1. Tuſcul.* ait, horribile eſt, ſpectaculum hominem videre inſepultum, at pium & humanum ſepelire. Et ita docent *gl. in d. c.* fatendum eſt *Bart. Alber. Bald. in l. un. C. ex delict. defunct. Hoſtienſ. in d. c. ex parte de ſepult. Clarus §. fin. q. 110. n. 1. Gomez. d. c. 14. num. 8. Weſenbec. in paratit. de cadaver. punit.* Nos ut concedimus Magiſtratum ſeu Principem poſſe agnatis petentibus ſuſpenſorum aut rotæ impoſitorum cadavera ad ſepulturā dare, *d. l. 1. d. l. fin. d. l. 11. C. de religioſ. d. c. fi. 13. q. 2. d. c. 1. de pœn. & remiſſ. d. c. 19. Joh.* ita mores noſtros, quib. paſſim in omni Germania receptū eſt, ut fures vel latrones de furca, patibulo, rota nō tollantur, & cognatis petentibus ad ſepulturam dentur, non omnimodo abſurdos & à jure omni alienos eſſe aſſerimus. Nam 1. & in jure divino ſæpius malefactorum cadavera non ſepulta fuère, ſed à volatilibus

cœli dilacerata, *Gen. 40. v. 19.* quomodo patet, his moribus noſtris jus divinum non admodum repugnare. 2. Et pro his eſt textus clarus in jure civili, *in l. 28. §. famoſos. ff. de pœn.* ubi furca latrones famoſi ſunt figendi in locis, ubi ſunt graſſati, ut illorum conſpectu alii deterreantur ab iiſdem facinoribus, & ſolatio ſit cognatis & affinib. interemptorum eodem loco pœna reddita. Nec eſt, ſi dixeris in *d. l. 38. §. famoſos. ff. de pœn.* tantùm probari, latrones eſſe puniendos in loco admiſsi delicti, nihil v. ultra. Etenim ex ratione ſubjecta patet manifeſtè, eos nõ eſſe de furca tollendos. Ut enim alii deterreãtur, figendi latrones furca, id quod potiſsimùm fit, ſi furcę ſemper adhæreant, nec ab ea tollantur. 3. Videtur text. eſſe in *l. 1. ff. de cad. pun.* ubi dicitur corpora punitorum non aliter ſepeliri, quàm ſi fuerit petitum & permiſſum. E. non ſemper ad inſtantiam cognatorum cadavera ſuſpenſorum ad ſepulturam ſunt danda, & juſta ex cauſa interdum Magiſtratus corpora non permittit ſepiliri. 4. Quin per quodcunq; provincia purgatur malis hominibus boni detinentur in officio, mali avocantur à malo & facinore, id juſtè & æquiſsimè toleratur in Rep. *arg. l. 6. §. 2. & l. congruit 13. ff. de off. præſ.*

præſ. At per hoc ꝙ cadavera in patibulis, furcis & rotis inſepulta permanent, alii deterrentur ab iiſdem facinoribus, boni confirmantur in bono, & mali avocãtur à malis, *d.l.38. §.famoſos ff. de pœn.* E. nec obſtat, quæ ſupr. allata. Nam & *Pompon in d l. quod ſi.ff.de relig. & ſumpt. & Menoch. d. remed. 1.* loquuntur in longè aliis terminis, quã nos, ſc. quãdo homines naturaliter vitã fungũtur, illorum corpora non debent eſſe inſepulta, de punitorum v. cadaverib. nihil diſponunt E. Non obeſt *c.21. Deut v ſi.* Leges n. forenſes cum multis in rebus ad ll. ceremoniales reſpexerint. *Haſſenreff. in loc. de Leg. & Euang. pag. (mihi) 303.* illis abolitis & hæ ſublatæ ſunt, *Haſenreff. d. loc.* Et certè tantùm ad certum tempus ll. illæ promulgatæ, donec ſc. manſura erat Politia Moſaica, *Haſenr. d. loc. Dn. Philip. in loc. de Lege per c.49. v.10. Gen.* Nec ſtringit etiam *verſ. 19. c. 3. Gen.* Nam licet in patibulis vel rotis maneãt, nihilominus tandem in pulverem & cinerem redeunt, licet non per primam, tamen per ſecundam vel tertiam vel quartã mutationem. Non movet etiam, quod Joſephus ab Arimathea Chriſti corpus petierit, idq; Pilatus ei gravatè haud ad ſepulturam conceſſerit: 1 Etenim ita fieri debebat

 in Po-

in Politia Moſaica propter Legem forenſem, quæ eſt *in d. c. 21. Deut.* quæ, ut diximus, ſublata. 2. Tantum probat, Magiſtratum poſſe punitorũ corpora cognatis petentibus dare ad ſepulturam, id quod nos etiam conceſſimus: attamen mores noſtri temporis, quibus eadem denegatur cognatis, ob rationes *in d. l. 38. §. famoſos.* non obſervandos & irrationabiles eſſe non arguit. Ad *c. quæſitum 13. q. 2.* Dic 1. punitos poſſe terræ mandari, ſi modò non ob delictum ſunt puniti, propter quod cadaver debet manere inſepultum, quale facinus eſt latrocinium, *d. l. 38. §. famoſos. crimen læſæ Majeſtatis. l. 1. ff. de cadav. punit furtum.* Weichb. *art. 26. Carol. V. Conſtit. crim. art. 162 parricidium. l 9. ff. ad L. Pompon. de parricid. Cic. pro ſext. Roſc. Amer. Decian. pr. crim. 16.* Et 2. jus Canonicum, non receptum, nos non ligat *vid. Duar. ad t. C. ubi & apud quèm cogn.* Non adverſantur etiam *d. l. 1. & d l fin. ff. de cadaver. punit.* 1. Nam & illæ pro noſtri temporis moribus faciunt, ex dictis. 2. Ita fuit olim. *d. l. 1.* ſed non obtinet de moribus noſtris, quos nos juſtos eſſe volumus. 3. Dicimus, quibuſvis petentibus cadavera ad ſepulturam illa danda eſſe, *d. l. fi.* ſi modò non tale ſit
deli-

delictum admiſſum, ob quod cadaver manere debet inſepultum. *d.l.1.ff.de cadav.punit.d l 9.d.l.38.* §.*pen.* quomodo ob homicidium punitos ſepeliri interdum videmus, at non ob flıctum. *d.art.162.* non etiam occiſos ob latrocinium. *d* §. *pen.* ſextum urgeret, ſi hic planè nullum etiam ſubfuiſſet delictum. Ultimum non movet. 1. Non enim tanta ſtrages eorum, qui puniuntur, ut aër inde infici poſſit. 2. Si tale quid metuatur, cadavera ſepeliantur 3. Et cum in locis ſe motis & certis ſupplicia ſumantur de facinoroſis, mulierculæ gravidæ illa vel fugiant, evitent, aut ſi quid negocii neceſſariò, ibi peragendum, oculos avertant & dimittant, quo modo nec gravidis mores noſtri oberunt. 4. Ibi tantum militat bonum privatum, hic verò in moribus noſtris publicum, quod eſt, ut tuto ubivis locorum agere, & proficiſci queamus, quod ſemper præferunt privato politici. Ex his jam ſatis patet, mores noſtri temporis, quibus ſuſpenſorum aut rotæ impoſitorum cadavera cognatis petentibus ad ſepulturam denegantur, eſſe optimos & Reipub. utiliſſimos. Et tantùm de hac quæſtione.

QVÆSTIO II.

Quid ſentiendum de illa conſuetudine, quâ ſepultura defuncti debiti cauſa impediri & cadaver areſto detineri permittitur, an admittenda?

ALibi uſu videas invaluiſſe, ut detineantur areſto cadavera defunctorum debitorum, donec hæredes ſolvant, Daß man die Paaren oder die Leiche an Orten auffhelt / quæritur, an benè & piè? Nos cum *Gomez. tom. 2. reſolut. c. 1. num. 56. & Rod. Sua in repet. l. poſt rem judicatam. fol. 127. v.* extenſio quinta, quem refert *Gomez. d. nu. 56. in fin. & Treutl vol. 2. diſp. 20.* aſſerimus, illam conſuetudinem non eſſe juri & rationi conſentaneam, *text. in l. ne corpora. 38. ff. de religioſ.* ubi clarè dicitur, non eſſe detinenda corpora aut oſſa mortuorum, non vexanda. At vexarentur & detinerentur, illâ conſuetudine probatâ, *text. in l. divin. 39. ff. d. t.* ubi caput terræ conditum non inquietandū; *text. in l. 43. ff. d. t. & Clar, in l. fin. C. de ſepulch. violat. ut & Auth.*

ſeq.

ſeq. d. t. ubi reprobatur manifeſtè illa conſuetudo. Quicquid contra ll. id nullum, id iniquum, *arg. l. 5. C. de ll.* At verò illa conſuetudo eſt contra ll. *d. l fin. d. Auth. d. l. 39.* E. Ante conſtitutionem enim *d. l. fin. & Nov. 60. c. 1. & Nov. 15. c. 5.* areſto corpora mortuorum detinebantur ob debita, injuſtum & ſuis temporibus alienum ratus Juſtinus illam conſuetudinem ſuſtulit ſub gravi pœna, id verò quin poſſit Imp, nulli dubitamus. *Auth. omnes peregrini C com. de ſucceſſ. Gail. 2. obſ. 31. n. 6.* Et conſuetudo contra jus divinum & naturale ac gentium non valet. *Panormit. in fin. de conſuetud. nu. 2. & 3. Gail. dict. obſerv. 31.* At talis conſuetudo contra jus divinum. *Deut. 21 Job 19. & jus gentium. Menoch. de recup. poſſ. remed. remed. 1. n. 445. Gomez. d. c. 14. & fi. reſol. E. Clarus §. fi. q. 110. n. 1. Weſenb. in parat. de caduv punit.* Omnium gentium moribus conſentaneum eſt, ne cadavera relinquantur inſepulta, ait *Cic. in Verrem. & 1. Tuſc.* ait, verè horribile eſt ſpectaculum, hominem videre inſepultum, at pium & humanum ſepelire. Et Deus vult, ut honeſtè defunctos terræ cõmendemus. *Gen. 3. 19. Eccl. 12. 7. Gen. 23. 29. Matth. 26. 60. Eccl. 40. in pr.* Unde maximum dedecus eſſe exiſtimarunt antiqui, ſi in-

ſi inſepulta relinquerentur cadavera, *Menoch. d. remed. 1. d. n. 445.* Et omnis conſuetudo debet eſſe rationi conſentanea. *Gail. d. obſer. 31. Morla in emporio t. de LL.* Eſt enim lex, quæ ſancta & rationalis, *text. in c. fin. de conſuetud. actus intellectus. D. Thom. prma 2. q. 17. art. 1. & ibi Cajetan.* vel eſt omne, quod ratione conſtiterit. *Morla in præmiſſ. t. de ll. n. 15.* At talis conſuetudo, quâ areſtantur corpora mortuorum debitorum, non eſt æquitati & rationi conſentanea. E. etenim iniquiſſimum & ab omni ratione alienum eſt, quem areſtari, quin nihil debet. At qui verò mortuus hic nihil debet, morte ſiquidem debitoris omnis ſolvitur obligatio, *argum. §. 4. Inſt. quib. mod. fin. tutel. §. 6. Inſt. de ſocietate §. 11. Inſt. mandat. l. 1. l. 3 l. fin. C. ſi reus vel accuſator mort. fuerit.* Inde illud: mortui omnibus ſatisfecimus. E. ipſi mortui non areſtandi ſunt. Nec ob id, quod areſtum denegatur creditoribus, ipſi ſunt in damno. Etenim habent regreſſum contra heredes, qui ſuccedunt in jus univerſum defuncti. *l. 62. de reg. jur. l. 24. de V. S.* & ejuſdem poteſtatis & juris ſunt, cujus fuit defunctus, *l. 59. ff. de Regul. Jur. de 6. I. de oblig. quæ quaſ. ex contr.*

contr. Nec urget, ſi dicis, fieri poſſe, ut heredes debitum non agnoſcant, vel ſolvere nolint, per areſtum igitur hoc illos ad debitum ſuum pervenire citius & melius poſſe. At 1. ſi debitum eſt liquidum & certum, adeat Magiſtratum, qui heredes cogere ad ſolvendum æs alienum defuncti poterit, & non utatur hac via extraordinaria. 2. Ita noſtrum commodum juvare & promovere debemus, ut tamen alteri non faciamus injuriam. At ſi mortui cadaver areſto detinetur ob moroſitatem heredũ, ei fit injuria, *d. l fin. C. de ſepulch. viol. cum Authen. ſeq. Nov.* 60. *cap.* 1. E. 3. Et licet per 1000. annos areſtetur, tamen ſi heredes ſint contumaces, & durent eſſe moroſi, non facilius creditor ſuum debitum conſequetur. Nec enim unquam defunctus iſte pecuniam illam exſolvet, quomodo patet, adhuc fruſtra eſſe creditorem, niſi imploret auxilium Magiſtratus. Quin abſurdum in jure noſtro & contra omnem rationem, areſtari cadaver. Abſurdus & totus, fruſtra qui areſto diſtringere conatur, id quod nõ eſt. Nec enim non entis ulla ſunt accidentia. E. nec areſtum. Atqui verò in jure noſtro, ii, qui mortui, ſunt nulli, ſunt non entia, *argum. l.* 32. *junct. l. antepen. ff. de R.*

J. &

ſi inſepulta relinquerentur cadavera, *Menoch. d. remed. 1. d. n. 445.* Et omnis conſuetudo debet eſſe rationi conſentanea. *Gail. d. obſer. 31. Morla in emporio t. de LL.* Eſt enim lex, quæ ſancta & rationalis, *text. in c. fin. de conſuetud. actus intellectus. D. Thom. prma 2. q. 17. art. 1. & ibi Cajetan.* vel eſt omne, quod ratione conſtiterit. *Morla in præmiſſ. t. de ll. n. 15.* At talis conſuetudo, quâ areſtantur corpora mortuorum debitorum, non eſt æquitati & rationi conſentanea. E. etenim iniquiſſimum & ab omni ratione alienum eſt, quem areſtari, quin nihil debet. At qui verò mortuus hic nihil debet, morte ſiquidem debitoris omnis ſolvitur obligatio, *argum. §. 4. Inſt. quib. mod. fin. tutel. §. 6. Inſt. de ſocietate §. 11. Inſt. mandat. l. 1. l. 3 l. fin. C. ſi reus vel accuſator mort. fuerit.* Inde illud: mortui omnibus ſatisfecimus. E. ipſi mortui non areſtandi ſunt. Nec ob id, quod areſtum denegatur creditoribus, ipſi ſunt in damno. Etenim habent regreſſum contra heredes, qui ſuccedunt in jus univerſum defuncti. *l. 62. de reg. jur. l. 24. de V. S.* & ejuſdem poteſtatis & juris ſunt, cujus fuit defunctus, *l. 59. ff. de Regul. Jur. de 6. I. de oblig. quæ quaſ. ex* [illegible] *contr.*

contr. Nec urget, ſi dicis, fieri poſſe, ut heredes debitum non agnoſcant, vel ſolvere nolint, per areſtum igitur hoc illos ad debitum ſuum pervenire citius & melius poſſe. At 1. ſi debitum eſt liquidum & certum, adeat Magiſtratum, qui heredes cogere ad ſolvendum æs alienum defuncti poterit, & non utatur hac via extraordinaria. 2. Ita noſtrum commodum juvare & promovere debemus, ut tamen alteri non faciamus injuriam. At ſi mortui cadaver areſto detinetur ob moroſitatem heredũ, ei fit injuria, *d. l fin. C. de ſepulch. viol. cum Authen. ſeq. Nov.* 60. *cap.* 1. E. 3. Et licet per 1000. annos areſtetur, tamen ſi heredes ſint contumaces, & durent eſſe moroſi, non facilius creditor ſuum debitum conſequetur. Nec enim unquam defunctus iſte pecuniam illam exſolvet, quomodo patet, adhuc fruſtra eſſe creditorem, niſi imploret auxilium Magiſtratus. Quin abſurdum in jure noſtro & contra omnem rationem, areſtari cadaver. Abſurdus & totus, fruſtra qui areſto diſtringere conatur, id quod nõ eſt. Nec enim non entis ulla ſunt accidentia. E. nec areſtum. Atqui verò in jure noſtro, ii, qui mortui, ſunt nulli, ſunt non entia, *argum. l. 32. junct. l. antepen. ff. de R.*

J. &

J. & t. t. ſi reus vel cauſ mort. E. Nec eſt, ſi dixeris, corpus in arcula conditum (ut loquitur *Martianus in l. 29 ff. de relig. & sūpt.*) eſſe aliquid, cum videatur, tangatur, portetur, quæ ſunt affectiones rei corporalis. *t. t. de reb. corp. & incorp Inſt.* Id enim verùm craſsè & naturaliter, at non verè & civiliter, *d. l. 32. junct. l. antep. l. 1. l. fin. C. ſi reus vel accuſat.* At in foro civili hic verſor, non verò in naturali. Et in libero homine & ejus corpore non cadit, nec cadere poteſt, pignus vel hypotheca, *text. in l. qui filios C. quæ res pignor.* quod in tantum alii credunt verum, ut ne volens quidem quiſpiam ſe ita pro debito civili obſtringere poſſit, *Specul. in t. de ren. & concl § 1, v.* item eſt beneficium, (interim non diffiteor, erudite *Mynſ 6. obſ. 51.* aliud docere, & contrarium notiſſima Germaniæ conſuetudine receptum eſſe, notare *d. obſ 51 n 7.*) E. multò minus cadaver mortui areſto detinebitur. Et hanc ſententiam, ſc cadavera debitorum fruſtra areſtari, eſſe veram dico, licet creditores ſint perſonæ miſerabiles, aut debitor ſit obligatus per ſententiam vel inſtrumentum guarentigium, contra quam voluit Aug. de Peruſo, ut refert *Gometz d. l.* at falſiſſimè & iniquè, ut *Gometz.*

d. l.

d. l. loquitur. Adducit *Nov. 60. in c. 1.* at manifeſtè ejus ſententiam refellit, ut videbis, ſi verba inſpexeris.

QVÆSTIO III.

Quid emendi & vendendi verbum ſignificat?

VErbum emere eſt generalius, ita ut interdum omnis alienatio, omnis diſtractio dicatur emtio, *text. in l. 29. §. 1. ff. de ſtatu liber. l. 8. §. 11. ff. quib. mod. pig. Pinel. in l. 2. de reſc. vend. p 2. c. 2. num. 10. Briſſ. de V. S.* ver. emptionis. *Cujac. lib. 2. obſ. c. 7.* Quomodo *Robert. 1. animad. 8.* quicquid fit ἐμὸν, hoc eſt meum, emi ſeu emptionis jure nobis deferri dicit, ut emere nihil aliud ſit, quam quid comparare. Id quod probat etiam *Horatius*.

——— *Nocet empta dolore voluptas.*

E. *Plaut.* in Trinum. Talento inimicum mihi emi, & amicum vendidi. Et quia apud Veteres omnis omnium rerum alienatio fiebat venditione vel vera vel imaginaria, ut exemplo eſt emancipatio, adoptio, heredis inſtitutio. §. *1. Inſt. de teſtam.* ibique *Theoph. & Hotom.* ideò illa generalis ſignificatio non omnimodò abſurda. Et hanc ratio-

rationem reddidit etiam *Varro lib. 2. de re ruſtic. c. 8. & 10.* Verum hoc non tantùm ſignificat, ſed etiam frequentèr unum pro altero ſc. emere pro vendere ſumitur, *l. veteres. ff. de act. empt. Morla in præmiſſ. t. de contrah. empt.* Quod non videtur, placere Mercatori, qui ad *d. animad. Robert. 8. docet*, ſtultum eſſe, confundere venditoris & emptoris vocabula, ita ut ſtatuatur, invicem ea poſſe cumulari, ut unus idemque emptor rei & precii venditor ſit, unus idéq; emptor precii & venditor rei. Unde ait, in toto jure noſtro emendi verbum pro vendendi non eſſe poſitum. Paucis ſic concludo pro Mercat. Relativum nunquam eſt correlativum, & contra, & correlativa non poſſunt confundi. Nec enim pater eſt filius, uxor maritus, ſervus dominus. At emere & vendere ſunt correlativa, *l. 1 C. de cupreſſ. l. 11. Franc. de Monte in t. de empt. vend. q. 2. n. 32. Morla in præmiſſ. d. t. de contrah. empt. n. 9.* E. Non quidem diffiteor; emere, & vendere eſſe vocabula diſtincta, & ideò non temere confundenda, nec etiam ſæpiſſimè à JCtis confundi: at quod planè nunquam confundantur, id Mercatori non dandum. Veriſſimus eſt Paulus in *l. 1. §. 1. in f. ff. de contrab. empt.* qui ait, aliud eſt emere,

mere, aliud vendere, alius emptor, alius venditor, ſi ſc. propriè loqui volumus. Hactenus enim dicitur & emptor eſt, qui precium dat, ut rem ſeu mercem accipiat, & è contrario venditor eſt ſeu vendere, qui rem dat, ut precium accipiat: at nihilominus interdum improprie & in latiori ſignificatione vel emptionis vel venditionis verbũ pro toto emptionis venditionis contractu ponitur, *text. in l. 2. §. 1. ff. de contrah. em.* parte pro toto per Synechdochen poſitâ, ita tamen ut frequentius totus hic contractus emptio nuncupetur, *argum. Rubr. decret. ff. & C. de contrah. empt.* Rationem ponit Morla *in d. præmiſſ. n. 9.* ꝙ ſc. utriusq; contrahentis voluntas ſit, ut emat emptor ſc. ut accipiat rem, venditor verò ejus pretium, *Morla dict. l.* Nec hoc tantum, ſed quandoque etiam emendi verbum pro vendendi verbo ſumitur. *Robert. 1. animad. 8. in fin. Vult. ad pr. Inſt. de contrah. empt. n. 3.* contrà quam admittit Mercator *dict. l.* Pro Roberto facit *l. un. C. ſi ſerv. ſe extero emi mand. v. nec tamen. in verb. & empti de precio. l. 13. §. 15. ff. de actio. emp.* è contrario vendendi verbum pro emendi poni, tradunt iidem *dd. loc. l. ex conventione. 11. Cod. de pact. l. 7. §. 4. verſ. quare. ff. pro emptor.*

vide Vult. dict. l. Conatus eſt his reſpondere *Cujac. 9. obſerv 15.* at quam benè, ſcitè enodat, *Vult. à nu 3. Inſtit. de contrah. empt. Ad dict. l. 7. §. 4.* pro emptore, dicit, ibi eum, qui eſt venditor hominis non emptorem dici, quaſi ſit emptor precii, ſed eum, qui eſt emptor hominis dici venditorem ex futuro facto, quod ſc. poſtea eundem hominem alii vendiderit. At divinatoriam dicunt viri docti hanc reſponſionem. Et quis ſecundam venditionem, *Cujac.* revelavit? Hac de ergo cum nil in *dict l. 7. §. 4.* habeatur, putem clarè ibi verbum Vendendi pro emendi eſſe poſitum. Sic *Vultei* ſententia clara eſt, & etiam in *l. 19 ff. de act. empt.* fundata, ubi JCtus dicit, Veteres promiſcuè eſſe his appellationibus uſos, niſi forſan cum *Alciato 3 parerg 22.* illam eſſe Jctorum in *d. l. 19.* intentionem dixeris, quaſi reliqui contractus omnes his appellationibus veniant. 1. At certè verba *d l. 19* illam interpretationem non patiuntur. 2. & *l. ſub ſeq. 20.* eandem non admittit, niſi dicere velimus, & locationis ac conductionis nomine omnes contractus venire, cum id quod dictum fuit in *d. l. 19* de emptione jam dicatur in *d. l 20.* itidem de locatione. At locationis vel conductionis nomine, ne ipſi

ipſi quidem omnes contractus venire dicunt. Concludimus ergò cum JCto Cajo, Veteres in emptione venditioneq; appellationibus promiſcuè eſſe uſos.

QVÆSTIO IV.

An crimen læſæ Majeſtatis committitur in populum Romanum?

CUm poſt latam legem Regiam omnẽ ſuam Majeſtatem & omne jus contulerit in principem populus Romanus *l. 1. de conſt. princ §. ſed & quod Inſt de J. N G.* quæritur, num hodiè etiam in eum committatur crimen læſæ Majeſtatis? Negat *Weſenb. in parat ff ad L. Jul Majeſt nu 4. Guid. Pap dec 418.* Hodie enim recognoſcit ſuperiorem, *Gometz. 3. reſol 1. nu 20. Jul. Clar. lib. 5 ſent § læſæ Majeſt. n 2. & 3. Treutl. vol. 2 diſp 32 th 1. lit* C. E. nec lædi poteſt, modò verum, non entis non eſſe accidentia. *Com Phil Diſſent. alij per l 1. §. 1. ff. ad L. Jul Majeſt junct l. 4. C. Losat.* cui in exercitio ſatisfiet.

QVÆSTIO V.

An verò in Electores hoc crimen committitur?

IN Electoribus hoc affirmat *P. Heig. 1. quæſt. 4. n. 27.* forſan propter *c. 4. Aur. Bullæ Carol. IV.* contra tamen rectiùs ſentire videtur *Mynſ. reſp. 44. n. 9.* imò in Electores hoc non committi. Et certè illi recognoſcunt ipſum Imp. ſuperiorem. At hujus nulla Majeſtas. De aliis Principibus, Comitibus, Baronibus, hoc negat *Gometz. 3. reſol 1. n. 10. p. 169. Job. Fab. in proœm. Inſt. de publ. Judic. Clar. d. §. læſa Majeſt. num. 3.* Et hæc eſt ſententia communis *Socino conſ. 275. poſt. nu. 1. l. 2.* licet hanc rem magnam habere difficultatem aſſerat *Jul. Clar. dict. n. 3.* imò ſe de facto contrarium obſervaſſe, ait *d. loc.*

QVÆSTIO VI.

An adoleſcentibus invitis dantur curatores?

HIc committuntur inter ſe *§. 4. Inſtit. de curat. & l. 1. § fin. ff. de Minorib.* Et ſanè pugna hæc difficilis, unde varii ſunt

Dd. in

Dd. in hiſce legibus conciliandis. Alii *ἀντινομίαν* admittunt, at neſcio an benè, *propter. §. 4. ff. de concep. Dig. l. 1 §. 8. l. 2. §. 16. C. de vet. jur. enucleand.* Alii diſtinguunt inter jus vetus, quod haberi *in §. item inviti. & novum. quod in d. l. 1. §. fin* proponi volunt, propter verba: & hodie in hanc uſque ætatem &c. Neſcio an hæc ſubſiſtere poſſit conciliatio? Scio enim Juſtin in his elementis non ſolere jus obſoletum, niſi etiam addito novo proponere. Imò ipſe profitetur, ſe nihil in libris Inſtitutionum ponere, niſi quod in ipſis rerum argumentis obtineat, §. *4 proœm. Inſt.* Aliter itidem *Cujac. ad h l. 1. de Minor.* hanc diſcrepantiam componit. *Anton. Fab. ad l. 1. §. ult. ff. de minor.* putat referre, an minor tempore mortis paternæ pubes ſit, & non cogi eum accipere curatorem, *d. §. item inviti.* an verò infra 14. annos & impubes, qui cum Tutorem accipere neceſſum habeat. *Don. 3. com. 2.* etiam invitus curatelæ ſubjiciatur, *d. l. 1. §. fin. quaſi* ſc. aſſuetus ſubeſſe tutoribus, facilius curatorum jugum accipiat. *Baro ad d. l. 1. §. ul. d. l. 1. §. fin.* accipit de minoribus habentibus curatores, quaſi ſc. ejusmodi non ampliùs ſoli, poſthabitò curatorum conſenſu, ſua negocia tueri

poſſint, *d.* §. *item inviti.* 4. ver. de minore, qui nondum habeat, & huic invito eum non obtrudi. Quas conciliationes an generalitas, *d l. 1. § fin. & ratio in d. l. 1.* admittat, quivis facilè judicare poterit! Quid ergò? ſanè diſſonantiam admittere non poſſumus, *ob d.* §. *4. de concept. Dig. E.* adoleſcentes benè rebus ſuis conſulentes invitos curatores non accipere dicimus, *d.* §. *item inviti.* Quid vero *ad d l 1 §. f.* quę dicit, quod hodie in hanc uſque ætatem curatorum auxilio regantur, nec ante rei ſuæ adminiſtratio eis committi debeat, quanquā rem benè adminiſtrantibus? ſc. de volentibus ſibi curatorem dari, *d. l. 1.* accipio, hoc eſt, ſi minor aliquis curatorem petit, non eſt illi denegandus, etiamſi rem ſuam benè adminiſtret. *Vult. ad pr. Inſt. de cur. num. 5.* Nec eſt, ſi dicis, ſic vim textui fieri, qui dicit, in tantum minores debere eſſe ſub tutela, ut ne benè gerentibus etiam negociorum adminiſtratio ſit committenda. Dico enim minoribus olim ne volentibus quidem datos eſſe curatores, niſi cauſis probatis, *Revard. 1. var. 17. Ulp. in frag. 4. 12.* Poſtea verò D. Marci conſtitutione effectum eſſe, ut etiam non probatis cauſis Curatores acciperent volentes, ut ma-

ut maximè etiam benè res ſuas adminiſtrarent. Capitolinus in vita Marci, & ſic in *verb. fin. d. l. 1.* ſe refert ad conſtitutionem Divi Marci. Neſcio an *d. l. 1.* propter generalitatē cum aliis ad minorem, qui experitur judicio, poſſit reſtringi, *Vult d. num. 5.* Alii tantum conſilium, *in d. l. 1. § fin ff de Minor.* proponi volunt, quod minoribus, ut maximè benè rem ſuam gerant, non tamen ſit committenda adminiſtratio, cum fragile ſit illius ætatis conſilium, & multis captionibus ſuppoſitum, in *pr. l. 1.* Neſcio tamen, an hoc propter vocem debet, quæ neceſſitatis & juris eſt, alii admiſerint.

QVÆSTIO VII.

An etiam illuſtres perſonæ invitæ curatores accipiunt?

ET quidem Electorum filii minores, annô 18. completo, & Elector, ſunt, & Ducatus ac principatus ſui admiſtrationē habent, ante 18. verò non, ſed proximus agnatus illorum tutor & adminiſtrator eſt. *Aurea Bulla. Caroli IV. c. 7.* Etenim ſi lex aut pragmatica ſanctio aliquē, qui natus 18.

 annos,

annos, pro homine perfectæ ætatis habet, perinde eſt ac ſi iſte annos 25. revera compleviſſet? *Coth. reſp. 44 nu. 10.* At verò conſtitutio Caroli IV. Electorem natum 18. annos habet pro homine perfectæ ætatis, E. & Elector & Ducatuum adminiſtrator erit. In aliis verò inferioribus Principibus hoc non admittimus, cum *Franciſc. de Caldas in l. ſi curatorem. ff de reſt. in integr. verb. hunc contract. n. 45. & ſeq. ſed 25.* annô completô illis demum Ducatuum adminiſtrationem permittendam eſſe dicimus. Cum enim non tantum gubernatio illa concernat propria Principis bona, ſed etiam ſalutem totius populi, ideò ne ex illorum adminiſtratione populo quid damni cadat, prudenter ante 25. annum illis negatur adminiſtratio. Idq; eo lubentius, cum pro hac ſententia inveniamus textum in *Bulla Sigismundi* declaratoria: in adminiſtratione verò, inquit *Sigiſmundus*, Ducatuum territorii, &c. ſecundum diſpoſitionem juris communis, ſc. ante 25. annum, curator adjungatur. Nec audiendi, qui ex *d. loc.* evincere conantur, quaſi Electoribus ante 25. annum non ſit committenda Ducatuum & territorii adminiſtratio. Nam *Sigiſmundus* ſe in ſua Bulla declaratoria refert ad

Auream

Aúream Bullam *Carol.IV*. At verò hæc impleto 18. anno tribuit Electori adminiſtrationem, *d. cap. 7*. E. dicta verba intelligenda de aliis Principibus, qui non ſunt Electores, non verò de Electoribus ipſis.

QVÆSTIO VIII.

An lupanaria in Rebuſpubl. benè conſtitutis toleranda?

ITa alii volunt, & ea forſan libidinoſi ſuadent. *Dambud. in prax. ſua* ait, prudenter illum Magiſtratum facere, tolerantem publicam fornicationem, & ejus doctrinam in aliquibus civitatibus majoribus & celebrioribus ſcio eſſe receptam, neſcio an piè & prudenter. Certe rationes illorum ſunt leves & lubricæ. Nos cum *Treutl. p. 2. diſp. 32* videbimus, an non piè & prudenter faciat Magiſtratus, tollens lupanaria & fornicantes vehementer puniens. Sic paucis concludo. 1. Quicquid eſt contra expreſſum verbum & mandatum DEI, id Magiſtratus non debet tolerare, multò minus inſtituere. Eſt enim omnis Magiſtratus miniſter DEI, *Rom. 13*. At miniſter non debet eſſe ſupra vel cōtra Magiſtratum, quod

tamen fieret, ſi Magiſtratus contra DEI verbum faceret. At ut lupanaria inſtituere vel tolerare, eſt contra verbum DEI, quò omnis fornicatio prohibita, & graviter à DEO vindicatur, *Geneſ. 6. verſ 2. Gen. 9. v 5 Exod 22. verſ 16 Deuter. 32. verſ. 13 Rom. 1. v. 26. 1. Corinth. 5. v. 1. 1. Tim. 1. verſ. 10.* E. lupanaria Magiſtratus inſtituere vel tolerare non debet. 2. Quodcunque medium pugnat cum fine Reipubl. illumq; impedit, amovet, id non inſtituendum, non tolerandum. At verò lupanaria pugnant cum fine Reipub. qui Politicis eſt benè beateq; vivere, *Bodin. 1 Reip. 1.* politici communiter. E. quomodo enim benè beateq; vivere poſſumus, ſi omnis generis vitia & libidines tolerantur, mandantur, inſtituuntur. Et quomodo Reſpubl. beata futura, quàm DEUS ob peccata odit. Nec eſt, ſi dicis lupanaria haberi tantum ob paucos libidinoſos & peregrinos, qui ſe continere non poſſunt. Quaſi verò adhuc præter lupanaria nullum ſit remedium libidinis: ſtrenue quiſque ſuum faciat officium, & certum libidinis habebit remedium, aut, ſecundum D. Pauli conſilium, nubat. 3. Etiam ob hujus vel alterius delictum DEUS totam univerſitatem punit

punit & evertit. *Geneſ.3. Num.16. verſ.21. 2. Samuel. 24.* Diſſentientium rationes cum ſint leves & ridiculæ, huc non aſſcribo, nec quicquam eis reſpondeo, reſponſurus ad eas in conflictu.

QVÆSTIO IX.

An fœminæ accipere poſſunt feudum?

ITa Dd. vulgò *Sonsbec. de feud. Zaſ. de feud. p. 5. nu. 65. Weſenbec. de feud. cap. 5. num. 2. Borcholt. Vult. Niel.* Diſtinguerem hic inter feudi acquiſitionem & feudi ſucceſſionem. Quoad hanc non admittitur fœmina regulariter, niſi vocetur ſpecialiter in inveſtitura. *1. f. 1. verſ. notandum 2. f. 36.* an mutus vel aliàs imperfect. Bellorum enim neceſſitas feuda peperit, *c. un. de form. fidel. c. un. quæ. f. 1. ca. h. a.* ad quæ fœminæ cum non ſint admodum idoneæ, & cum illarum fragilia conſilia, rara ſilentia, lubrica vota, quibus ſæpè contra propria commoda laborant, *l. 4. C. de ſponſal.* contenta in forma fidelitatis, *dict. cap. un. de form. fidel.* præſtare non poſſunt, & ideò jure à ſucceſſione feudorum, quæ data maſculis, excluſæ, cum non ſit juſtior

ratio

ratio amittendi feudum, quàm ſi id non præſtetur, ob quod datum feudum, *cap. un. quæ. f. 1. ca. b. a.* Quod acquiſitionem attinet, de illa omninò feudum habere poſſunt, *1. f 1 1. f. 8. §. ult. 1. f. 15. 2. f. 17. 2. f 30. Vultej. 1 f. 4. n. 5. Niell. de feud.* ſit ratio. Quibuſcunq; donari poteſt, iis etiam concedi poteſt feudum. Eſt enim feudum ſpecies donationis, *c. un. quib cauſ. feud. am.* Ergò quibus donari, illis & feudum dari poteſt, cum quod ſpecies totam generis naturam in ſe contineat. *1. F. 24.* At verò fœminis donari poteſt, *§. per traditionem. Inſt. de rer. diviſ. E.*

QVÆSTIO X.

Hermaphroditus an & is feudum accipere poteſt?

EX precedenti quæſtione concludimus, etiam Hermaphroditum feudum accipere poſſe. Nam & maſculi & fœminæ feudum rectè accipiunt. Certum. At Hermaphroditus ex ſexu prævalente, vel vir ſc. maſculus, vel fœmina eſt. (nec enim uterque ſexus in eis æqualis, ſed aut generare, aut concipere poſſunt, *Ariſtot. 4. de gener. animal.*) Ergò & Hermaphroditus rectè feudum

feudum accipit. Et ita docent Feudiſtæ communiter.

CENTURIÆ SECUNDÆ

DECURIÆ III.

QVÆSTIO PRIMA.

An pœna l. fin. ff. de rer. div. *in murorum & portarum violatores & tranſcendentes conſtituta, tantùm ad muros & portas Rom. civitatis, an verò etiam aliorum municipiorum ſpectat?*

TEntabimus an non rectè etiam ad violatores portarum aliarum civitatum pœna ea extendatur. Et ſanè niſi muros & portas tueretur ſeveritate aliqua Magiſtratus, Reipub. non ea, quæ deberetur, præſtaretur ſecuritas, & civium ſalus, vita, fortuna aliorum irruptionibus & invaſionibus

bus eſſet expoſita, peſſimè. Sic ergò paucis concludo: Ubicunque militat eadem ratio deciſiva, ibi debet militare idem jus, *arg. l. illud 32. ff. ad L. Aquil. l. & ideo l. 13. ff. de LL. l. Pompon. 9. verſ. & quemadmodum ff. de neg. geſt. Don. ad. l. 3. C. de codicill. n. 3. p. 478. Weſenb. in parat. ff. ſi quis jus dic. non obtemp. n. 6. Harpr.* cum multis allegat *ad §. 7. n. 13. Inſtit. de publ. jud.* Atqui ratio deciſiva cur capite plectantur violatores portarum & murorum urbis R[illegible] militat etiam in violatoribus portarum aliorum municipiorum. E. Quod enim portæ & muri civitatis Roman. ſunt ſancti, & ſanctione quadam ex hominum commercio tolluntur, violatores illorum capite plectuntur *§. ſanctæ Inſt. de rer. div. l. fin. ff. d. t.* At & aliorum municipiorum muri ſunt & dicuntur ſancti, *text. in l. 9. §. 2. ff. de rer. div. junct. §. ſanctæ. Inſtit. d. t.* E. & horum violatores capite puniendi. Et ita docent Dd. communiter. *Roman. in ſuis ſing. ſing. 239. Weſenb. & Dd. vulgò ad d. §. ſanctæ Inſtit. de rer. div. Gœdd. in l. 5. n. 17. & 18. ff. de V. S.* Reſpondes, ſuperius fundamentum procedere in favorabilib. quæ amplianda, at non in odioſis & pœnalibus, quæ reſtringenda, *c. odia de R. J. in 6.* at

nos

nos hic verſari in odioſis & pœnalibus, *d.l. fin* E. Inſto. Etenim 1. cum hic ſalus publica & fortuna civium omnium converſetur, ex dictis *à pr. h.q.* erit hoc admodum favorabile, & ſic procedet adhuc argumẽtum, & invertenda erit reſponſio ad illud. 2. Imò etiam in odioſis ob eandem rationem idem jus ſtatuendum, *text. in cap.* Porrò ſi dominum. *2.f. 24. l. 64 §. 1. verſ. cum ideò. ff. de R. N. l. 7. C. de revoc. donat.* quomodo fundamentum diſſent. erit lubricum. 3. Nec pœnam *d. l fin.* extendimus, ſed cùm indefinitè & generaliter de murorum civitatis violatoribus loquatur, generaliter etiam illam intelligimus. Nec eſt, ſi cum *Schneidew. ad d. §. ſanctæ. Inſtit. de rer. diviſ. Bart. in d. l. fin. Boër. deciſ. 212. Weſenb. in addit. ad Schn. Jul. Claro. lib 5. ſent. §. fin. q 68. n. 25. Menoch. arb. jud. qq caſ 493. n. 5.* urges, verba ſubſeqq *d. l fin.* ſatis reſtringi ad muros civitatis Rom. per verba cives Rom. alia quàm per portas exgredi via non licet, confirmat id exemplo Remi, ob hoc ipſum à Romulo fratre occiſi. *d. l. fin.* Reſpon. 1. ab initio enim proponitur regula generalis, cui ſtamus, donec contrarium probetur, *argum. l. 1* & ſecundum notata, *Dd. in d. l. 1. ff. de R. J. Kobl.*

exerc. legal. 1. nec generalitas reſtringitur per verba cives Romanos & exemplum Remi. Illa enim exempli loco apponuntur, at exempla regulam declarant, non verò reſtringunt, *l. damni. ff. de damn. infect. l. 9. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. Alciat. c. 1. n. 4.* de eo quod intereſt. 2. Aſſumo cives Romanos puniri capite, ſi alia quàm per portas egrediantur, via *l. fi. n.* Jam verò hodiè omnes ſunt effecti cives Romani, qui degunt in urbe Rom. *l. 17. ff. de ſtatu hom.* E. 3. Aſſumo rationem quoq; *d. l. fin.* quæ eſt, ideò puniri capite murorum violatores, quod id hoſtile & abominandum ſit, *d. l fin.* At & in aliis municipiis hoſtile & abominandum, alia quàm per portas via egredi. E. 4. Nec Remi exemplum movet. Quin cum Remus conditor urbis Rom. capite punitus ſit, quod non per portas egreſſus, à majori concluditur, multò magis alios ab hoc eſſe puniendos capite. 5. Et tantùm exempli gratia ejus fit mẽtio, quod regulam non reſtringit. Et certè ab exemplis ad regulam non valet conſequentia: & regula ſemper plus continere debet, quàm exempla ſubjecta Aliàs enim regula non eſſet regula, & exempla non eſſent exempla.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An venationum prohibitiones, quibus P●ncipes & Nobiles ſubditis venationibus interdicunt, rationibus juris ſuffultæ ſunt?

DIcimus prohibitiones illas nō eſſe iniquas,ſed rationibus juris noſtri firmis ſuffultas, & ita docent Dd. quoq; communiter *Zoan. de duplic. venat. n. 42. 43. Heig. p. 1. qq. 15. n. 3. Fach. 1. controv 1. Frid. Mindan. lib. 2. proceſſ Cam. 36. membr. 7. Speckh. cent. 1. q. 97. & Dd. vulgò*. Sic nos: quoties juſta & publica cauſa ſubeſt Princeps privatis jus ſuum auferre poteſt, *l. 14. C. de oper. publ. l. 11. ff. de Evict. l. 15. §. 2. ff. de rei vindic. Dd. ad l. id quod ff. de R. J. Gail. 2. obſ. 56.* quicquid alibi diſputet *Dn. Pruckm.* cujus de fundam. eſt ſuprà quid appoſitum Atqui verò juſtiſſimæ ſubſunt cauſæ, quæ ſuaſere privatis venationem interdicere, quas vide *c. un. §. nemo retia. de pac. tenend. Fach. d. c. Heig. d. q. illuſtr. 15. Gilhelm. in repet. §. feræ, à nu. 27. Roland. à Valle 2.*

le. 2. conſ. 9. Speckhan. dict. l. E. jure venationes Principes privatis interdixerunt. Et ſi poteſt jus quæſitum aliis auferre ex juſta cauſa, *d. l. 14. Zaſ. in l. Princeps ff de LL. Gail d. l. Bodin. de Repub. cap. 8. Dec. in l. id quod. ibiq; Philipp. Matth. ff. de R. J.* Ergò multò magis prohibere uti re, quæ noſtra nondum eſt, ſcilicet perſequi feras, quæ noſtræ nondum ſunt, *§ feræ. Inſtit de rer. div. l. 3. de acquir. rer. dom Schneid Vult. Mynſ. ad d. §. feræ.* Nec enim debet cui plus licet, quod minus eſt, haud licere, *l. 21. ff. de R.J.* Jam autem illa prohibitio fundata in utilitate publica, ad hanc ſiquidem conducit, non omnibus indiſtinctè eſſe jus venandi: aliàs enim facilè lites & neces exorirentur. *d. c. un. de pac. tenend.* communio ſiquidem diſcordias parit, *l. 16. §. ſi cautum. ff. de condit. indeb. l cum pater 77. §. 21. ff de legat. 2. Ferrar p 598.* vel venatio belli eſt meditatio, *Cic. Fach. d. l. Arum diſputat. Pandect. 18. theſ 1.* Non obeſt, ſi dicis, illa ita procedere quidem in humanis, at non iis, quæ ſunt jure divino ſuffulta, contra quæ non valeat prohibitio, inter quæ etiam cum ſit venatio, *Geneſ. 1 & Geneſ. 9* illa adimi jure non potuit, ſit argumentum: Quæ DEUS Adamo & omni

con-

conceſſit homini, illà Princeps non poteſt auferre. Eſt enim infra jus divinum & jusgentium, *Baldus 4 conſil. 269. Bartol. & Angel Albert. Gentil. diſputat. 1. regal.* At Adamo & omni ejus poſteritati conceſſit Deus uſum ferarum & dominium illarum. E. Reſp. nam 1 hujus argumenti propoſitio confellitur noſtro fundamento, ſuprà allatô, & eſt directô contra *l. 14 Cod. de oper. publ. & l. 11. ff. de evict.* 2. Si id argumentum concludit, ego concludam, nec rerum communionem potuiſſe tolli, cum non tantùm ferarum, ſed omnium rerum uſum Adamo & poſteritati ejus conceſſerit, *dict. cap. 1. Geneſ.* At id ne ipſi diſſentientes admiſerint. Ergò propoſitio non erit vera. 3. Tantùm dominium ferarum homini conceditur, *Geneſ. 1. & 9.* in totis verò Biblijs non legitur, iis conceſſa etiam venatio. Inquis ex *l. 21. C. mandati l nemo. C. de Judæis. l. 2 ff. de his, qui ſunt ſui.* Si dominium in feras homini conceſſum. Ergò etiam venatio. Ratio conſequentiæ quia dominus ſua re uti debet, *l. in re. Cod. mandat. dict. leg. nemo. dict. leg 2. ff. de his, qui ſui.* At verò privatis conceſſum dominium à Deo in feras, *d. cap. 1.*

& 9. Geneſ. Ergò & venatio. Qui enim concedit alicui antecedens, eidem concedit etiam conſequens, ſine quo antecedens haberi non poteſt, *arg. l. 2. ibiq; Dd. ff. de juriſdict. Kobl. exercit. 1. legal.* At dominium ferarum exercere non poteſt hac abſque venatione. Ergò illo conceſſo, & hæc intelligitur conceſſa. Reſp. 1. Adhùc nego conſequentiam & dominium ferarum hîc eſſe datum, largior (nec tamen in Geneſi hoc dicitur) conceſſam venationem etiam, at inde non ſequitur, venationem juſta ex cauſa prohiberi non poſſe. Inquis, at DEUS dedit, Princeps verò eſt infra, non ſupra DEUM, *Bald d. loc. Albert. Gentil. d. loco. R*eſp. 1. ad probandum, quod quæ DEUS conceſſit, illa ex cauſa juſta & utilitate Reipublicæ non poſſent reſtringi. ita Adamo omnium rerum conceſſit dominium, non tamen concludendum, communionem tolli non poſſe. Hoc ergò probandum, quod DEUS ita Adamo & poſteritati conceſſerit dominium ferarum & Venationem, ne illa eidem auferetur. Et hactenus concluderent illa argumenta, & Venatio interdici non potuiſſet. Quæ enim juris divini prohibitivi ſunt, illa homo interdicere nequit, ut illa, Non occides,

des, Non furtum facies. At ubi apex in Bibliis de prohibita interdictione Venationis. 2. Reſpon. Dominus quidem re ſua liberè uti poteſt, *dict. l. in re, d. l. nemo.* ita tamen, ut ſi abuti incipiat re illa, & abuſus vergat in damnum Reipublicæ modus iſte diſponendi reſtringi à Magiſtratu queat *dict. l. 2. & dict.* §. *2 ff. & Inſtit.* de his, qui ſunt ſui. At verò abuſi erant Venationibus privati ad turbandam pacem publicam & ad internecionem aliorum & jacturam rei domeſticæ. *Frid. Imp. in c. un. de pac. tenend. Cic. 2. de nat Deor. Roland. de Vall. d. l. Fach. 1. controv 1. Heig. d q 15.* E. rectè dominium privatorum in feras fuit reſtrictum. 3. Illa argumenta concluderent, ſi etiam uſum ferarum privatis ademiſſent Principes, quod tamen non eſt factum. Tantum enim probant, DEUM uſum ferarum homini conceſſiſſe, & eum eidem nō eſſe auferendum, quod poſſumus dare. At hactenus nil contra nos concluditur. Non enim Principes uſum ferarum interdixerunt, ſed venationem tantùm. Non ſtringit, ſi dicis, propter interdictam venationem cenſeri etiam interdictum uſum, cum ſine illâ ad hunc pervenire non queamus, cum negato antecedente, negetur etiā

 conſe-

conſequens, ſine quo ad conſeq. perveniri nequit, *Kobl. d. l.* Negamus enim conſeq. poſſunt n. uti feris ceptis à Principe, quem toto die feras vendere videmus. Excipis, at jam dandum eſſe precium, cum tamen à Deo uſus ferarum ſit conceſſus gratis. Replico precium à Principe vel Nobili accipi non tàm pro ferula, quàm ſumptibus, quos cogitur facere, ut cervos vel lepores capiat. Quot enim alendi canes? quot miniſtri? quot retia? quot caballi? Inde id ſatis decantatum: Es koſt ein Haſe mehr zu fangen/als daß er werth iſt. Pro ſumptibus ergò illis rectè juſto precio captas ferulas divendit. Et deinde cogitent ſubditi, quod interim, dum alii venantur fruſtra, ipſi ſuam ren familiarẽ curent, juvent, promoveant, *Fach.d.contr. 1.* Ex quibus, cum putem, reliqua facilè ſolvi poſſe, & ſupr. citati Dd. hîc ſatis ſint copioſi & dilucidi, ac inſtituti mei ratio pluribus hac de quæſtione agere vetet, lubens hîc ceſſo.

QVÆSTIO III.

An verò contra has prohibitiones ferulam capiens capitali afficiendus ſupplicio?

Ita

ITa paſſim nonnullos Principes morte naturali vindicare venationem inaudivimus, qui certè eo ipſo ſatis ſuperq; indicāt, ſe pluris facere leporem, aprum vel cervulu[illegible]nimal brutum & ferum, quàm homi[illegible] qui creatura Dei nobiliſſimā. *cap.* q[illegible]m *13. q. 2.* qui mundi finis. *Ariſtot.* qui maximum naturæ miraculum : interim tamen, quin interdum id rectè fieri poſſit, non diffitemur omnimodo. Sic ergò & hîc procedamus: vel quiſpiam privatorum, cui non licet venari, ſemel ac iterum ferulas capit, vel ſæpius etiam deprehenſus capit contra præceptum Principis, ita ut Principem ejusq; mandatum contèmnere videatur. Priori caſu non capite plectendus vel cervo imponendus cervulum capiens. Ratio: pœnæ enim ſemper potius mitigandæ, quàm exaſperandæ, *l. penult. ff. de pœn.* Reſpiciendum eſt, inquit *Marcianus in l. 11. ff. de pœn.* ne quid aut durius aut remiſſius cōſtituatur, quàm cauſa depoſcit, *d. l. 11.* Atqui in jure noſtro non eſt cōſtituta pœna capitalis in capiēte feras. Quin de jure civili licet venari *d. §. feræ. & d. l. 3. ff. de acq. rer. don.* & tantū poſtrema conſtitutione inhibita venatio non capitali adjecta pœna. E. nec eam, tali tranſ-

 greſſori

greſſori nos debemus adjudicare. Et ſecundò debet eſſe proportio inter pœnam & delictum. Dd. vulgò. At nulla inter occiſam beſtiolam, quæ nullius, *d. §. feræ.* quæ hominis dominio ſubjecta, *Geneſ. 1.* [illegible] & hominem, qui ad imaginem Dei [illegible]ditus, *d. c. quæſitum 13. q. 2.* qui inæſt[illegible]lis *l. 106 ff. de R. J.* Nec eſt, ſi dixeris, ſi hoc argumentum ſit concludens, nec ob furtum quem ſtrangulari poſſe, aut raptorem interfici, cum & in his militet hominis præſtantia, ut qui quavis pecuniâ, quavis re præſtantior, *d. l. 106.* manifeſtè contra ipſam experientiam, & *Conſtit. Carol. crim. 160.* Reſpon. Hîc enim multa aliud dicere ſuadent: 1. Venatio de jure fuit admiſſa, *d. §. feræ. d. l. 3.* imò per conſeq. quandam à Deo homini indulta, *dict. c. 1. & 9. Geneſ.* at nunquam furtum, *Levit. 19. verſ. 12. 13. Exod. 20. verſ. 15. tot. tit. ff. de furt. t. t. ff. de Rapina. dict. Conſtit. crim. 106.* 2. Contra prohibitionem feras capiens, aufert res, quæ nullius, *d. § feræ. l. 3. ff. de acquir. rer. domin.* at contra fur illas res ſurripit, quæ in proximi ſui dominio fuerunt, *d. cap. 20. Exod. d. c. 19. Levit. l. 1 ff. de furt pr. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* 3. Fures, ut plurimum omnes habent animum

occi-

Digitized by Google

occidendi, turbant pacem publicam, ædes aſcendunt, effringunt, quæ ceſſant in noſtro transgreſſore. 4. pœnam arbitrariam judex non debet extendere ad mortem, *Marant. in ſpec. n. 4. diſt. 4 num. 59. Afflict. deciſ. 275. nu. 6. Joſeph. Ludov deciſ. Lucens. 1. nu. 26.* At ex ſententia Dd. pœna in capientes feras contra prohibitionem eſt arbitraria. Nec enim in jure ulla definitè expreſſa. E. & hanc ſententiam eò libentiùs amplector, cum ſecundum eam pronunciare legam Witebergenſes *in ſuis deciſ. p. 4. rubr. 8.* ubi plures rationes cumulant, cur pœna capitis imponi non debeat. Poſteriori caſu, quando quis ex protervia cœpit feras ſæpius, ita ut Principem pro ludibrio habeat, vel etiam prætextu venationis latrocinium exerceat, dicerem capitis pœnam imponi poſſe, ob abominandam hominis malitiam, & proterviam deteſtandam. Et hactenus locum habet illud, quod habetur, *1. Reg. 14 & Deut. 17.* qui Principi non obediverit, morte moriatur. Eſt enim, Princeps poteſtas DEI, *Rom. 13. 1. Petr. 1.* quæ gladium non gerit fruſtra, *d. cap. 13.* Nec obeſt, hic delictum non eſſe capitale, adeo pœnam capitalem non debere imponi. Nec enim tàm ob ipſum delictum,

quàm ob delicti impiiſſimam reiteratio-nem & contemptum Principis ſic punitur, ob quæ, licet delictum non ſit capitale, capitalis pœna imponi poteſt, *l. 1. C. de ſuper exact Conſule Fach. 1. controv. 1. Heig. 1. qu. 15. Knich. in com. privil. Sax. p. 143. Pruckm. de regal. §. venatio n. 46. & ſeqq. Weſenb. in parat. ff. de acquir. rer. dom. n. 7. Gail. 2. obſ. 68. Tiraq. de nobil. c. 37.*

QVÆSTIO IV.

An furtũ committitur, quando quis putat, ſe contrectare rem domino invito, cum tamẽ hoc faciebat ipſô volente?

POteſt ſæpius contingere, ut quis cujuſdam agrum vel hortum vel vineam ingrediatur, & inde poma, vel uvas decerpat, putans dominum illius horti vel vineæ diſſenſurum, vel ægrè laturum, cum tamen nihil minus faciat, ſed amicè & libentèr conſentiat, an talis furtum committat, quæritur? Et ſanè hæc quæſtio eſt difficilis, & pro utraq; parte non levia pugnant argumenta. Si quis neget, furtum

furtum eſſe commiſſum, affirmo & dico, furtum eſſe æſtimandum ex affectu furandi, §. *placuit* 7. *Inſt. de oblig. quæ ex delict. naſc.* abſq; quo non fit furtum, *d.* §. *placuit.* 7. At in noſtro caſu eſt animus furandi. E. ibi erit furtum. Præterea fur eſt, qui attrectavit, quod invito domino ſe facere ſcivit. *l. inter* 46 §. *rectè.* 7. *ff. de furt.* At in noſtro putavit dominum diſſenſurum, ſeu invito domino ſe uvas attrectare. E. Quin id manifeſtè videtur probare *d. l.* 16. §. 8. ubi in terminis hæc quæſtio proponitur, & deciditur, talem furtum facere. Si quis affirmat, contra ita pugnabo. Furtum non committitur abſque contrectatione fraudulosa lucri faciendi, *l.* 1. §. 1. & 3. *l.* 21. §. *qui furtum l* 52 §. 19. *ff. de furt. Ferrar. in prax. in form. inquiſit. pag.* (*mihi*) 517. *dict* §. *placuit. Inſtit. de oblig. quæ ex del.* quomodo ſi quis rem non fraudulenter contrectet, ſed bona fide, is fur non eſt. Sic apprehendens rem alterius, quem putabat mortuum, ut heres, fur non eſt, *l.* 83. *ff. d. tit.* Sic equum in ſuas equas ſuſcipiendi fœtus tantum cauſa admittens, fur non eſt, *l.* 52. §. *ſi quis. ff. de furt.* quia in his ceſſat fraudulenta illa contrectatio, abſq; qua furtum non fit, *d.* §. *placuit.* An in *h. n. q.* ceſſat

frau-

fraudulenta illa contrectatio. E. ceſſabit & furtum. Scienti enim & volenti non fit injuria nec dolus. *l cum donationis C de tranſact. l. 1 ff. ſi quid in fraud. cred. d. l. inter. 46. §. rectè Jac. Butrig. Ferrarienſ. in ſua prax.* Atqui verò hic conſentit dominus vineæ. Hoc enim præſupponimus. Ergò ceſſabit fraus. E. & fraudulenta contrectatio. Quin hoc clarè probatur, *l. 48. §. 2. ff. d. t.* ubi hæc q. negatur, & tandem additur: quis enim voluntatem domini habens fur dici poteſt? Res omninò difficilis, ut vides. Quid ergò dicendum? Alii JCtos diſſenſiſſe agnoſcunt, at eò forſan non deveniendum, *per leg 1. §. 8. & l. 2. §. 16. Cod. de vet. jur. enucl.* Quid igitur? Judicium meum hic non appono, interim dico, verè furtum quidem eſſe commiſſum, *d. l. 46. §. 7.* at quia ob id dominus propter ſuum conſenſum, quia ſc. conſentit illi ablationi, nunquam eſt furti acturus, *d. §. 7.* ideò fur eſſe negatur, *in d. l. 48. § 2* ut propter effectum negatum & cauſa negetur.

QVÆSTIO V.

Quid ſi fur dicat, ſe credidiſſe dominum conſentire, & dominus contradicat, an liberatur?

Et

Digitized by Google

ET quod non ſit fur, videtur probari, *d. l. 46. §. 7. ff. de furt.* nec deeſt ratio. Abſque animo enim furandi non fit furtum, *d. §. placuit.* At hîc non eſt animus furandi. E. Nec enim volenti fit fraus, *d. l. 11. ff. ſi quis in fraud. l. 145. ff de R. J. Ferrar. d l.* at talem dominum rei eſſe opinatur fur. E. & talem excuſari vult *gloſ in d. l. 46. §. rectè.* ejusq; aſſertioni credendum eſſe. At neſcio an benè ſic tradat gl ſimpliciter ſic docens. Opinarer ſic aperiri feneſtram delictis. Si enim ob id eſſet fur liberandus, quilibet, ſe crediſſe dominum conſenſurum dicere poſſet, quomodo fraus ll. fieret, & delicta manerent impunita, *contra l. locatio. § quod illicitè. ff. de public. l. 1. §. merito. in fin ff. depoſit. l. ita vulneratus ff. ad L. Aquil. Ferrar. in ſua prax. p. (mihi) 528. præter. n. 12.* Cum gl. E. in *d. §. placuit. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* diſtinguo, an furtum inceperit à contractu vel ipſa contrectatione. Priori caſu, ſi à contractu incepit, p. quando fur rem ab initio habuit domini voluntate, & poſtea utitur illa re, p. dominum conſenſurum eſſe, cum tamen nihilominus velit, furi aſſerenti, ſe crediſſe dominum conſenſurum, creditur & liberatur, *gl. d. l. Ferrar. in prax.* Sic ſi quiſpiam mihi equum commodavit, ut proficiſcerer Vinariam,

& ego

& ego proficiſcerer ulterius Erfordiam vel Lipſiam, Naumburgum, mihi putanti, dominium equi & illuc equum conceſſurum fuiſſe, creditur, & liberor. Poſteriori caſu id aſſerenti non creditur, nec liberatur etiam.

QUÆSTIO VI.

Quid ſi quis ſic abducit equum alicujus, non ſalutato ejus domino, & illo vult vehi Vinariam, in via cum equo deprehenditur, qui ſe vult excuſare, quaſi putaret, ſe non invito domino equum abducere, an audiendus & excuſandus?

EXcuſat *gl. d. §. rectè.* at nos non. *Gl. d. §. placuit.* ei non credendum, nec liberandus etiam vult. Stat n. contra eum præſumptio juris, quod ſc. nemo videatur bona ſua jactare, *l. cum de indeb ff. de probat.* niſi for. inſignia inditia aliud ſuadeant, *Bar. in d. l. 46 § placuit. ff. de furt. gl. in d. §. placuit.* Et hoc niſi dicatur, in poteſtate furis

ris erit, ſe liberare à pœna furti, quod abſurdum.

QVÆSTIO VII.

Sed ſi Judex quem deprehenderit cum re ablata, & dominus rei coram judice profeſtetur, quod illam rem ſua voluntate abſtulerit, quæritur an liberetur fur?

ET eum excuſari voluit *Jac. Butrig.* & non videtur eſſe admodum abſurdus. Inquiſitio enim Judicis eſt loco accuſationis partis, ut in *l. ſi ob cauſam C. de Evict.* E. ceſſante voluntate & accuſatione partis ceſſabit etiam inquiſitio. Et eò magis ceſſare debet officium judicis, cum hic non ſubſit furtum propter ceſſantem fraudulosam contrectationem, abſque qua non eſt furtum, *d. l. 1. §. 3. l. 67. l. 52. § 19. ff. de furt. d. § placuit.* At ne & hic feneſtram furtis aperiamus, quod fieret, ſi cum Butrigario liberaremus furtum, ſi dominus rei ablatæ dixerit, ſua voluntate id factum eſſe: hactenus enim in poteſtate domini eſſet, liberare furem:

furem: Dicimus furem non excuſari, nec etiam liberari. Delicta enim non debent manere impunita, *d.l. ita.* At hic eſt furtum admiſſum. E. non obeſt proteſtatio domini, q. ſua voluntate res ſit ablata, & ſic nullum factum furtum. Notandum enim duo jura naſci ex delicto, unum perſonæ paſſæ damnum vel injuriam, quod tollitur per proteſtationem illam: & unum Reip. cujus intereſt, delicta puniri, *d. l ita.* quod non tollitur per illam proteſtationem. *Bart. in dict. l. 46. §. rectè.*

QVÆSTIO VIII.

An vigiles, lictores, carbonarii, & alij miniſtri publici, noctambulatores, νυκτικόρακας, impunè vulnerare vel etiam occidere poſſunt?

UT non laudo ejuſmodi clamoribus, & lapidum ictibus debachantes: ita lictores hos vulnerantes, non ſimpliciter excuſo. Alii his hominib. agreſtib. plus tribuunt, quam juri & rationi conſentaneum eſt, ita ut ſtatuant, officiales poſſe ejuſmodi

delin-

delinquentem vulnerare, ſi ſe defendat, vel fuga aut alio modo ſe ſubtrahat, ubi eum capere poſſint. Et ita docet *Baldus in l. nec timorem. ff. quod met. cauſa. 1. lect. Florian. in l 3. ff. ad L Aquil. Alber. Bald. Fab Bart. in l. fin. C. de exhib. reis. Gometz. in reſol. Tom. 3. c. 9. nu. 6.* At neſcio, an ſatis firmis juris noſtri rationibus. Adducunt *l. ſi ſervus. C. de his, qui ad Eccles,* quæ, ut probat lictores & vigiles armis reſiſtentes occidere poſſe, ita in caſu fugæ, quaſi & ibi delinquentes fuga ſibi conſulentes interficere queant, tacet, quomodo illorum ſententia indiſtinctè vera non erit. Et inde forſan eſt, quod eam nec juri nec rationi conſentaneam eſſe, ait & probat *Fach. 9. contr. 74.* Refert, ſc. an ejusmodi lictores clamoribus & lapidum ictibus debachantes, prius ſtudioſè dehortentur, ne talia faciant, & ut ab ejusmodi deſiſtant, an verò ſtatim absq; omni dehortatione in illos ruant, easque vulnerent, vel etiam occidant. Priori caſu, illi vel deſiſtunt, abeunt, & domum ſe conferunt, vel pertinaciter pergunt, audaciter reſiſtunt, & furioſè ad arma & verbera deveniunt. Illo caſu, quando ſc. abeunt & vigiles etiam illos non inſequuntur, & ſic nil fit, fruſtra eſt noſtra quæſtio. Quod ſi

Z autem

autem illos abeuntes vigiles inſequantur, & quoſdam occidant vel vulnerent, omninò tenebuntur, *text. in l. quoniam multa. C. ad L. Jul. de vi publ.* & quidem capitaliter *d. l.* quoniam multa. Nec enim poſſunt allegare defenſionem. Ea equidem nulla, ubi non eſt offenſio, *arg. l. 3. ff. de I. & I. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq l. 2. l. 3. C ad L. Corn. de Sicar. l. furem. 9. ff. eod. l. 54 §. furem. ff. de furt. Clem. un. de homicid. conſt. crim. Carol. V. art. 140. & 192. §.* Mehr ſo. At hic nulla offenſio. Præſupponimus enim noctâbulones abiviſſe. E. ceſſavit offẽſio. E. etiam ceſſabit defenſio. Nec excuſantur, quod ob clamores, & ronchos illos vulnerarint. Id enim cum ſit Magiſtratus, lictores ſibi hoc ſumere non debebant, *arg. l. non eſt ſingulis. 176. ff. de R. J.* Quicquid ergò factum, factum ex privato odio, & privata vindicta, quæ omni jure inhibita, *l. dotis. C. ſol. matr. l. nullus. C. de Judæis l. æquiſſimum. 13. §. 3. ff. de uſufr.* Hoc v. caſu, quando noctâbulones benè monentibus vigilibus non obtemperant, ſed lapidib. illos obruunt, & gladiis aggrediuntur, impunè quempiam vigiles occidunt, *text. in l. ſi ſervus. C. de his, qui ad Eccleſ. & d. l. quoniam multa. C. ad L. Jul. de vi publ. Bart. Alb. Fab. in d. l. ult. C. de ex-*

de exhib. reis. Gometz.d. loc. Fach. 9. controv. 15. Nec deeſt ratio. Quòd n. quiſq; ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimatur, *d.l.3. de jus.& jur. l 5. l. 45. §. ff. ad L Aquil.l.1. §. 11. ff ſi quadrup paup. Cic.1.offic. Cic. 2. de finib. Ovid. lib. 3. de art. amand.* At vigiles & lictores ob tutelam ſui corporis quẽ interfecerunt. Ergò quomodo volumus etiam vigiles debere obſervare modum inculpatæ tutelæ. *Fach. dict. loc.* contrà quam docuit *Amad. in tr. Synd. n. 100.* Poſteriori caſu, quando ſc. ſtatim in circumeuntes armis ruunt, circumeuntes vel aufugiunt, vel etiam reſiſtunt. Si aufugiunt, & lictores inſequuntur & quem occidunt, omninò non excuſantur. Tantum enim reſiſtentem fiducia armorum impunè occidunt, *d l. ſi ſervus. Fach. d. l.* At verò is, qui fugit, non reſiſtit. E. ſi reſiſtunt & quem occidunt, adhuc tenentur, *text. in d. l. quoniam multa. 6. C. ad L. Jul. de vi publ.* Nec relevat, quod illi in publicis viis clamarint, & ædes lapidibus pulſarint: Hactenus enim carcerandi erant, non verò occidendi. Non etiam excuſat, quod reſtiterint illi debachantes. Nã cum vigiles vim intulerint, illam omni jure propulſarunt, *d. l. 5. d. l. 1. §. 11. l. 5. l. 45. §. 4. ff. ad L. Aq.* idq; eò rectiùs,

eum noctu fugere tutò non potuerint, *l. 45. §. qui cum aliter. ff. ad L. Corn. de Siccar. Harpr. in tr. crim §. item lex Cornelia Inſt. de pub. jud. n. 88. Bocer. de jure bell. c. 9. lib. 2.*

QVÆSTIO IX.

An liberi rectè aluntur ſeu lactantur à nutricibus?

Et hanc quidem quæſtionem benè tractat & explicat *Plutarch. autor elegantiſſ. in lib.* περὶ παίδων ἀγωγῆς *p. (mihi) 20.* cum quo diſtinguo, & puto referre, an matercul æ ægrè ſe habeant, an verò benè, & corporis ſani & firmi ſint. Illo caſu rectè nutricibus illorum curam credunt. Cum n. propter adverſam valetudinem & ſibi & natis mortem attrahere poſſint, eos ſi lactent, quis eas jam non excuſabit. Paucis: Ob neceſſitatem permittitur, quod aliàs non permitteretur, etiam quod non eſt licitum, *c. quod non eſt. de R. J. in 6. Jaſon. in l. 1. §. hujus. 5. ff. de offic. ejus, cui mand. Dec. in l. qui propter. ff. de R. J.* Neceſſarium quippe legi non ſubjicitur, ſed è contrario, lex neceſſitati, *cap. 2. de obſervat. jurejur.*

jur. cap. qui propter. de furt. Alex. in c. quoniam. 48. diſt. Felin. de jurejur. At ſi mater laborat, ex neceſſitate, cogitur curam nati nutrici credere. E. eum verò ad morum & ingenii bonitatem & futuram vitam plurimum conferat lactis alimonia, *Plut. d. lo. Dionyſ. lib. 2. de Cæſarib.* nutrices verò iſtæ ſint, ut plurimum meretriculæ, laſcivæ, leves, incontinentes, *Plut. d lo* non λυχούσας *eligant. Plut. d. loc.* ſed quàm fieri poteſt, maximè probas, hoc eſt, quæ ſint morib. græcæ, h. e. piæ, continentes, ſobriæ, & deinde non quasvis fabulas alendis proponant, poſt *Platonem Plut. d. l. p. 22.* Hoc verò caſu peſſimè faciunt, liberos ſuos ipſę, quæ non alunt. Peccant quippe in naturam, quæ ſuadet, ut parentes natos educent, *pr. Inſt. de jure nat. gent. & civ. l 2. ff. de juſt. & jur.* Et ſanè natura geminas illis conceſſit mammas, *Plutarch.* illasq; lactè inſtruxit. At non niſi, ut lactarent liberos, *Plutarch. d. loc.* Nec enim hæc fruſtra, quid agit *Ariſt. 2. de cælo. t. 59. lib. 1. Polit. l. non cogendum. §. Sabinus. ff. de procurat. l. hæc ſtipulatio. §. divus. ff. ut legat. ſeu fidei com. ſerv. cauſ. Jaſon. paſſim.* E. Taceo quod libidinem & laſciviam à laſcivis illis meretriculis imbibant. Taceo quod ad inconti-

 nentiam

nentiam illos ſtatim aſſueſcant, quod fabulas peſſimas eis proponãt, & fucatè & mercedis tantum gratia eoſdem curent, & ament. *Plutarch. d. loc.*

QVÆSTIO X.

An eſt nullum Feudum Francum?

ALii negant, ac ſi ita concedatur, ut nullum pro eo ſervitium præſtetur, ut fit *in c. un. caſus quibus fœm. ſuc. 2. f. 104.* non eſſe feudum, ſed puram donationem, quomodo *Ioh. Andr. in addit. rubr. C. de praſcript. docere legi* At feudum Francum dari vulgò Dd. ſtatuunt pro quib. eſt. *text. in d. c. un. caſus quib. fœm. ſuc. 2. f. 104.* ubi nominatim dicitur, Feudum ita concedi, ut nullum pro eo ſervitium præſtetur, quod nihil aliud eſt, quam feudum Francum, quomodo putem & Francum jure feudali eſſe inductum, contra quam alii docent. *Fac. c. un. de feud. non hab. propr. nat. feud. Vid. Borch. c. 4.* Ut v. hoc conſtituatur, requirunt: 1. ut in inveſtitura dicatur, in feudum liberum ſeu Francum hoc tibi concedimus. 2. Et ut præter fidei præſtationem, quæ non poteſt omitti, *c. u. de form. fidel. c. un. quid*

un. quid ſit inveſt. Schr. de feud. p. 2. c. 2. n. 25. ad nulla teneatur ſervitia, *d. c. un. caſ. quib. ſuc. 2. f. 1025.* Cum v. id, quod liberum, ſervire non debeat, putem per primum & alterum eſſe expreſſum & ſic eſſe cōſtitutum feudum Francum, ſi inveſtituræ tenor, ita ſit conceptus: damus tibi hoc prædium in feudum liberum, altero requiſito omiſſo. Interim ſi qui apponat, quod nulla ſervitia pro eo præſtare debeat, id forſan, ut omnis cautela ſuperabundans, non nocebit.

CENTURIÆ II.

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria quarta & quinta.

Reſpondente

ANDREA HEINEMANNO

Halâ-Saxone.

CENTURIÆ SECUNDÆ

DECURIÆ IV.

QVÆSTIO PRIMA.

An in jure noſtro duplex occurrit uſusfructus cauſalis & formalis? A.

VUlgò Dd. uſumfructum diſtinguunt ſeu dividunt in cauſalem & formalem. Formalis eis eſt, Jus alienis rebus utendi fruendi ſalva rei ſubſtantia,

ſtantia, *l. 1. in pr. Dd. de uſufr. pr. Inſt. d. t. Johan. Faber. Johan. de Platea. ad pr. Inſtit. de uſufr. Gomez. 2. variar. reſolut. 15. Nicaſ. ad h. t. de uſufr.* vel generaliter, ut jus alienis rebus utendi, fruendi vel abutendi perſonæ cohærens. *Ericus Hedeman. diſp. Pan. 18. th. 6. lit. b.* Cauſalis verò eſt quem proprietarius ex cauſa proprietatis conſequitur. *Nicaſ. d. loc. Johan. Faber. ad d. pr. Weſenb. in parat. de uſufr. n. 4. ita Dd.* at peſſimè, ſi diviſionem uſusfructus hîc agnoſcunt. Paucis argumentor. Membrum diſtinctionis tollens naturam diſtincti non poteſt affirmatè prædicari de diſtincto abſque contradictione *Heſſelbein. in Theor. Logica c. 5. q. 2. p. 238.* hactenus quippe tale membrum eſt contrarium: hoc verò omne diſſentaneum. Logici: nullum verò diſſentaneum prædicatur de altero affirmatè. E. veriſſimum id *Heſelbeinii:* Membrum diſtinctionis tolllens naturam diſtincti nõ poteſt affirmatè de diſtincto abſq; contradictione prædicari. Atqui verò alterum membrum hujus diſtinctionis ſcilicet uſusfructus cauſalis eſt tale quod tollit naturam diſtincti ſcilicet uſusfructus ſervitutis. E. aſſumptio: probo. Nam cauſalis uſusfructus Dd. eſt in re propria, ut qui ex cauſa

proprietatis, *Nicaſ. d. loco. Gomes. d. loc. Weſenb. in parat. d. n. 4.* At verò hoc naturam ipſius diſtincti deſtruit. Eſt enim uſus fructus, ut diſtinctum ſervitus. At nulla ſervitus eſt in re propria, ſed ſemper in aliena: res propria, quippe nemini ſervit, *l. jure communi D. de S. V. P. l. uti frui. D. ſi uſusfruct. petit. l. ei cum pr. D. de except. rei judic. Weſenbec. in Parat. de ſervitur. num. 6. Gomeſ. d. loco. Nicaſ. d. loco.* Ergò cum membrum alterum hujus diſtinctionis ſc. cauſalis uſusfr. tollat naturam ipſius uſusfructus de eo affirmatè prædicari abſq; contradictione non poterit, & per conſequens hactenus male uſusfructus, ita diſpeſcitur, *vid. Arum. in Inſt. q. 16. diſp. 5.* Et hactenus veriſſimi, *Duar. in l. 172. de V. O. Coraſ. 5. miſc. 3. Arum. d. loco.* non admittentes illam diviſionem. Nec relevat in Jure noſtro etiam cōmoditatem rei dici uſumfructum, *l. 21. §. ſi fundum. D. de except. rei judic.* non enim diffitemur plura & diverſa ſignificata vocis uſusfructus: at ob ea tamen male ſic uſumfructum diſtribui ſeu dividi aſſerimus, ut qui novimus: diſtinctionem, quæ eſt vocis ambiguæ in ſua ſignificata diviſio cum diſtributione, quæ eſt totius in partes partitio, non eſſe confun-

dendam,

dendam, *Goclen. in append. 3. de ll. diſtrib. p. 157.* Et hoc olfaciens, concepi hanc q. generalius; ſc. an non occurrat duplex in jure noſtro; nec ut Dd. an uſusfructus dividatur rectè in cauſalem & formalem. Et ut ego formavi hanc quæſtionem, ſic affirmo imò duplicem occurrere in jure noſtro uſumfructum ſc. & cauſalem & formalem. De hoc res expedita, *t. t. D. & Inſt. de uſufr.* tantum de cauſali dubitatur. At non eſt cur etiam de cauſali dubitemus, cum is occurrat manifeſtè in *l. 126. § 1. de V. O. l. 21. §. 3. D. de except. rei jud. & l. 4. D. ſi uſus f. pet. Conna. 4. comm 3.* Excipiunt poſt *Conna d. lo.* diſſentientes, ibi non eſſe ſermonē de uſufructu, qui ſervitus, ſed qui notet commoditatē rei propriç, ſeu facultatem re propria utendi, *Arumæ. d. q. 16.* At hoc ipſo fatentur idem ipſi nobiſcum, ſcil. in jure noſtro occurrere uſumfructum, qui tamen non ſit ſervitus perſonalis. Nec enim cum dico: in jure noſtro duplicem occurrere uſumfructum ſcil. cauſalem & formalem, intentio mea eſt, ſic rectè diſtingui uſumfructum, ut totum diviſum in ſua membra: ſed hoc volo; in jure noſtro proponi non tantùm uſumfructum, qui jus alienis rebus

utendi

utendi ſalva illarum ſubſtantia, *d. l. 1. d. pr.* Sed etiam illum qui non ſervitus, ſed facultas percipiendi fructus ex re propria, *d. l. 21. §. 3. d. l. 126. §. 1. de V. O.* quomodo non diviſionem hîc agnoſco, ſed tantùm nominis ambigui diſtinctionem pono. Et hoc ſenſu Dd. duplicem uſumfructum eſſe dicentes, non ſunt inepti.

QVÆSTIO II.

Si quis ad molendinum ſeu furnum alicujus ivit per longiſsimum tempus, quaritur, an cogi poſsit, ut in poſterum & ſemper ad id eat, & ibi molat?

ITa ſæpius contingit, ut in pagis & oppidis homines per longiſſimum tempus ad molendinum quoddam eant, & tandem certis ex cauſis id mutare, & aliud ad molentinum ire velint: hîc quæritur: an Nobilis, Quæſtor vel cujuſcunq; id molendinum fuerit, homines illos, ſeine Mahlgäſte propter longiſſimum illud elapſum tempus cogere poſsit, ut etiam in poſterum ad molendinum vel furnum ſuum eant, ibiq; molant,

molant, vel panes coquant. In hac quæſtione puto cùm *Bart in l. 1. § hoc interdicto. C. de itinere actuq; privato*, referre, quomodo incolæ vel vicini illius pagi aut oppidi, in quo eſt molendinum illud iverint ad molendinum ſeu furnum: an jure ſervitutis, an verò potius jure facultatis ſeu amicitiæ; & familiaritatis, aut licentiæ, ſeu permiſsionis. Si jure ſervitutis, alſo daß es eine Zwangmühl iſt / uti vocant, ibi omninò tenentur etiam in poſterum ire ad illud molendinum: nec pro arbitrio, ubi volunt molere, vel panes coquere poterunt: hactenus enim habet dominus molendini jus quæſitum, quod ei ſine facto ſuo arbitrio alicujus interverti non debet, aut poteſt, *l. id quod noſtrum de R. J.* Et hoc veriſsimum, ſi de jure ſervitutis conſtituto conſtat. Conſtare autem facilè poterit, vel ex præſcriptione; puta, ſi volẽtes ire ad aliud molendinum prohibiti ſunt, & illi prohibitioni acquieverunt per longiſsimum tempus, ibi vi præſcriptionis prohibens, poteſt eos cogere, ut molant in molendino ſuo, *Abbas in c. ſanctificare. de appell. d. c. ſanctificare. Boër. deciſ. 125. colum. 4. Alex. Trentacinq. l. 1. reſol. 1. de ſervitut. pag. (mihi) 88.* vel ex tenore inveſtituræ, ſi nobilis ſcilicet inve-

ſtitus

ſtitus de pago cum molendinis & furnis *poſt Jaſo. in cent. 161. Alexand. Trentacinq. d. l.* vel ex privilegio, conſuetudine aut aliis literis, **aus andern brieſſlichen Vhrkunden/** quibus conſtitutio illius ſervitutis continetur: ſic inquam, ſi conſtat de conſtituto Jure ſervitutis veriſsimum nobilē vel dominum molendini vel furni cogere poſſe in futurum vicinos ad coquendum vel molendum, *Roland. à Vall. conſ. 22. n. 23. cum ſeq. Guid. Pap. dec. 298. Alexand. Trentacinq. d l. Julius Clar. in. §. feudum. q. 30. Giach. in addit. ad Clarum d. l.* & hoc in tantum verum, ut ſi hoc jure conſtituto privatus aliud molendinum in ſuo erigere velit, poſsit prohiberi ne origat, *Clar. d. l.* ſi verò iverunt ad molendinum non jure ſervitutis, ſed facultatis potiùs aut amicitiæ, ſeu conceſsionis & permiſsionis, *Bart. in d. §. hoc interdicto*, non poſsint in futurum cogi ad molendum & coquendum, *Gvid. Papa. d. deciſ. 298. Alexand. Trentacinq. d. l* cum aliis allegatis *d. l.* licet per longiſsimum tempus ad id iverint, *Trentacinq. d. l.* ſit ratio. Rebus meræ facultatis præſcribi non poteſt, *l. viam publicam 2. D. de via publica, ibiq. gloſ. Bart. Bald. & Dd. Cujac. in parat. C. de præſcr. 30. annor. Gail. 2. obſerv. 13.*

Mynſing.

Digitized by Google

Mynſing. reſponſ. 32. Weſenbec. conſ. 2. n. 94. *Trentacinq. d. l.* niſi prohibitio interceſſerit, *Trentacinq. d. l. n. 8. Giach. d. l.* At verò ire ad molendinum vel furnum eſt res meræ facultatis in noſtro caſu. E. illi etiam per longiſsimum tempus non preſcribitur. E. Barones, Nobiles & alii, non poſſunt ſuos cogere, ut in molendinis ſuis molant abſque jure ſervitutis, licet diutiſsimè ibi molere voluerunt, *Boër. deciſ. 125. Alexan. Trentacinq. d. l. n. 7.* quod jus ſervitutis non intelligitur acquiſitum, licet per mille annos, aut per id tempus, cujus in contrarium non extat memoria, uſi ſint illis molendinis, *Alex. Trentac. d. reſol. 1. n. 5.* Etſi de eo non conſtet, in dubio pro ſubditis reſpondetur, quod ſc. uſi ſint illis molendinis & furnis jure permiſsionis & per modum facultatis, non verò ſervitutis, *Gail. obſ. 18.* quælibet ſiquidem res præſumitur libera, *l. altius. C. de ſerv. Gail. d obſ. 18. Alex. Trentacinq. d. reſol. 2. de ſer. n. 15.* niſi de ſervitute probetur, *Alex. Trentacinq. d. n. 15.* At hîc de jure ſervitutis nihil probatur. E. dicimus ruſticos jure facultatis & non ſervitutis iviſſe ad molendum vel furnum Baronis aut Nobilis. Vide omninò *Trentacinq. d. l.* ubi plures habet limitationes, *Guid.*

Pap. d. l. Boerium. d. dec. Cyn. in l. 1. C. quæ ſit long. conſuet. & alios ab his allegatos.

QVÆSTIO III.

Quando mulier poteſt vel debet petere Morgengab *&* Mußtheil?

UNde deſcendat vocabulum Morgengab notat *Dan. Moller. l. 1. ſem. c. 32.* & quid veniat vocibus Morgengab & Mußtheil reperies apud *Zobelium art. 22. & in ſent. Lipſenſ. ad Speculat. Juris Saxon. & lib. 1.* Landr. *art. 24.* & alios. Hîc quæritur, quo tempore rectè petat mulier Morgengab & Mußtheil. Et quidem *Conſt. Elector. 33 p. 3.* definit, quod eſt triceſimum diem mortis mariti rectè petat mulier Morgengab & Mußtheil/ cum qua facit etiam *art. 20. lib. 1.* Landr. *in verſ.* Als ſie es hette nehmen ſollen/ do jhr Mann ſtarb/ quomodo rectè petet illa uxor poſt 30. diem *d. conſt. 33. p. 3. d. art. 20.* quid verò ſi vidua non petat illa Morgengab vel Mußtheil / & per aliquot annos cum filio in bonis permaneat nihil ab eo exigens, an ſi poſteà petat poſt ſeparationem, Wann ſie ſich von jhnen ſcheidet/ vel

vel mortuo filio ab heredibus erit audienda? Videbatur quod non, eò quod *d. conſt. 33 p. 3.* certum definiverit tempus poſt quod Morgengab & Mußtheil petere debet. At contrarium verius ſcilicet, quod & longiſſimè poſt illum 30. diem uxor illa petere poſsit, id quod *d. conſt. 33. p. 3.* probari poteſt, quæ exprimit, illa rectè peti poſt 30. diem mortis mariti. At etſi poſt biennium, vel triennium illa petat, petit poſt 30. diem mortis mariti. E. tanto temporis ſpatio elapſo non excludetur a ſua petitione mulier. Quod inſuper ſatis firmat *d. art. 21. lib 1.* Landr. Qui mulieris arbitrio relinquit, quo tempore velit ea petere. Alſo/ daß wenn die verlaſſene Wittbe bleibet bey den Kindern/oder bey des Mannes Erben / lang oder kurtz vngezweyt mit jhrem Gut/wenn ſie ſich dañ von jhnen ſcheidet / ſo nimpt ſie alles jhr Recht an dem Gut/ das da iſt/ als ſie es hette nehmen ſollen/ do jhr Mann ſtarb. *d artic. 20. & art. 76. lib. 3.* Landr. Weichb. *art. 24. gl. Lat. in d. art. 10. lit. F.* E. quandocunque ſe mulier ſeparat à liberis poteſt petere Morgengab vnd Mußtheil/ *d. art. 20. d. gloſ. lat. ib.* ſic quod etiam mortuo filio, cum quo in

bonis indiviſis erat, poſt multos annos poſſit illa petere, idem *art. 20.* probat, in verb. ſubſeqq. Bleibet ſie aber Wittbe vnnd wohnet mit jhren Kindern in vngeſcheidnen Gütern / denn ſo jhr Sohn / bey jhrem Leben ein Weib nehme / vnd darnach verſtürb / deſſen Weib nimpt mit mehren Recht Morgengab / Mußtheil / Gerade jhres Mannes Gut / dann ſeine Mutter. Ex quibus colligo pro vidua relicta dupliciter. Primò ſi uxor filii poſt mortem ejus capit Morgengab / mit mehren Recht in jhres Mannes Gut / als des Sohns Mutter / *d. art. 20.* E. etiam vidua relicta poſt mortem filii non uxorati jure illa accipiet : Comparativus quippe gradus præſupponit poſitivum, *Goc. p. 1. contr. p. 6.* & in eodem genere omnis fit comparatio, *Taur. lib. 40. Caſ. q. 4. n. 3.* & ſecundo à contrario ſenſu colligo: ſi relicta vidua non capit Morgengab / ſo jhr Sohn bey jhrem Leben ein Weib nehme. E. capiet, quando filius non ducit uxorem, ſed ἄγαμος moritur. Quin in ſubſeqq. idem habetur. Nam *Saxo* inquit *d. art. 20.* Stirbet aber der Sohn in der Mutter Gut / ſo iſt diß alles die Mutter neher zu behalten / denn jhres

ihres Sohns verlaſſene Wittbe. ſi igitur capit illa præſente uxore filii mortui. E. multô magis, ſi nullam habuit uxorem. Non ergò tempus eſt, quo excluditur vidua à Morgengab.

QVÆSTIO IV.

In ſocietatis materia illuſtris eſt quæſtio: An ſi unus ex ſociis pecuniam tantum conferat, unus verò operas ſuas, amiſſæ illius pecuniæ damnum ſit commune & ad utrumque æquè ſpectet?

QVa in quæſtione varii ſunt Dd. ut docet *Fachin. L. 2. controv. c. 95. Salic. Fulg. in l. 1. C. pro ſoc.* volunt id damnum debere eſſe commune per ea, quæ adducit *Fach. d. l.* Alii variè diſtinguunt, ut refert *Fach. d. c. 95.* Nos putamus cum *gl. in d l. 1. C. pro ſoc. Covarr. Fach. d. l.* ſi nihil aliud inter contrahentes actum (nec enim diffitemur, quin rectè ita ſocietas contrahatur, ut operas conferens non tantùm operarum,

ſed etiam pecuniæ ab altero collatæ damnum pro parte ſuſtineat, maximè ſi operæ ſorti non admodum correſpondeant *Covar. 3. reſol. 2. n. 2.*) periculum ſortis tantum pertinere ad eum, eam qui contulit, ut operarum ad eum eas qui fecit. Et quidem ita cum Dd. doceo non tàm quod ſic res ſuo domino pereat, *l. 9. C. de pign act. Fach. d.c.95.* quàm quod ita æquale fiat lucrum & damnum ſecundum naturâ ſocietatis: nam cũ opera alicujus ſæpè pro pecunia valeat, *Inſt. in §. 2. de ſociet.* & plerumq; tanta ſit induſtria ſocii, ut plus conferat ſocietati, quã ſors ſeu pecunia, *text. in l. 29. D. pro ſocio.* neceſſum ut dicamus damnũ pecuniæ amiſſæ caſu tantum ad illam conferentem pertinere & operarum ad eaſdem facientem, aut id quod iniquiſſimum, & naturæ ſocietatis contrarium admittemus. Et ſanè noſtram pecuniam non ſolemus facilè alicui credere, niſi quem fidum, induſtrium, & ſagacem & ſua induſtria tantum poſſe, quantum nos noſtra pecunia, *arg. l. qui cum de R. J.* cognovimus: quomodo ſi unicuiq; ſociorum ſortem collatam interire dicamus, id aſſeremus, quod æquum & ll. ſocietatis conſentaneum. Quin & ſæpius fit, ut opera ſocii, vel tanta ſit, quanta ſors collata à ſocio,

vel

vel etiam major, *d. §.1. I. de ſocietat.* ubi ſanè iniquiſſimum fuerit, docere non tantùm ad damnum operarum, ſed etiam ad refuſionem partis dimidiæ eum teneri. Nec eſt ſi dicas, ſi tantùm ad damnum operarum non etiam ſortis collatæ ſocius teneatur, cum nihil amittere, omnia verò conferentem ſortem. Nam cum operæ ſint pro pecunia *d.§.2.* & ſæpius plus conferat ſocietati, quàm ſors *d.l.29. pro ſocio.* quomodo operis amiſſis eas conferentem nihil amiſiſſe dicere poſſumus. Et certè damni ſpecies nō minima eſt, quod fruſtrà laboravit, & nullum ex vigiliis & aſsiduo labore lucrum ſenſit. *Fach.d.c.95.* Non repugnat etiam *Ulp. in d.l.19 §.1. D. pro ſoc.* ubi pacto demum efficitur, ut induſtriam conferens non ſuſtineat periculum ſortis amiſſæ. E. extra pactum commune erit damnum. Cui l. variè reſpondent Dd. ut videbis apud *Sich. in rub. n.5. C pro ſoc. in Fach. d c 95. Arum. diſp. illuſtr. 15. th.3.* Neſcio an aberrem, ſi dicam *Ulp. in d. l. 29. n. 1.* tantum docere in quantum pactum ſocietatis valeat, ut alter tantùm operas præſtet, & alter pecuniam dans tantum damnum ſuſtineat. Nec enim indiſtinctè *Ulp.* vult damnum ſentire conferentem pecuniam. Pone Cajum 100. contuliſſe in ſo-

cietatem, Titium verò tantùm operas, an indiſtinctè valebit pactum, ut ſortis periculum ſubeat Cajus, quod non dixerim. Pone enim operas Titii eſſe exiguas & minimi valoris, ac non correſpondentes pecuniæ collatæ, & non putarim damnum ſortis ſolùm eam conferentis eſſe. Unde Caſsius poſt Sabinum non indiſtinctè & temerè talem ſocietatem admittendam eſſe innuit, ſed tunc, ſi ſit proportio inter pecuniam & operas, ita ut tantæ ſint operę, quanta pecunia collata; aut non multò minor, nec n. exactã æqualitatis proportionem requirimus. Tantum E. *Ulp. in d. §. 1. d. l. 19.* oſtendit in quantum pactum, ut unus tantum damnum ſentiat, commune verò lucrum ſit, admitti poſsit: unde malè concludetur. Si abſq; hoc pacto eſſet, ſortis damnum utrique ſociorum commune fore. Interim ex hac Ulp. doctrina communem Dd. opinionem temperandam eſſe volunt, ita ut non indiſtinctè ſocietas admittenda, ut ſc. ubi unus tantum operas præſtat, & alter pecuniam confert ſolus pecuniam conferens damnum ſuſtineat, ſed tunc, quando eſt proportio inter pecuniam & operas, ita ut hæ tantæ ſint, quanta pecunia, aut certè non admodum minoris valoris.

QVÆ-

QVÆSTIO V.

An pater debet etiam alere filios nefarios & inceſtuoſos?

QVod pater liberos ſuos alere debeat, conſtat ſatis ex *l. fi. C. de alend liber.* in tantum, ut etiam emancipatos pauperes, & naturales tantùm alere eum debere, tradat eruditè *Trentac. lib. 1. reſol. 3. de alim. in pr.* Tantùm de inceſtuoſis & nefariis, quærunt Dd.; an & his debeantur alimenta à parentibus? Hoc negant *Bald. in auth. ex cōplexu. C. de inceſt. nupt. Alexan. conſ. 11. vol. 3. Et alii relati à Trentac. d. lib. 1. reſol. 2.* de nothis & ſpuriis *n. 30.* Pro quibus eſt textus *in d. Aut. ex complexu. & c. fin. Nov. 89.* Ubi nec naturales dicuntur, nec etiam alendi ſunt à parentibus. Affirmant *Paul. de Caſtr. conſ. 5. lib. 1. Guid. Pap. deciſ. 115. & alii relati à Trentac d. loc.* Quorum ſententia firmatur in *c. cum haberet de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit.* Alii ut hæc componant, diſtinguunt inter fora, ita ut conſtitutio, *Nov. 89. c. fin.* in terris imperii, *c. (verò) cum haberet* in terris Eccleſiæ obtinere ſtatuant, *Alexand. d. loc.* Æquiùs & tutiùs eſſe putem

Aa 4 aſtruere,

aſtruere, imò & hos inceſtuòſos à parentibus eſſe alendos etiam, in terris imperii, *Trentac. d. reſol. 2. de noth. & ſpur. & reſol. 2. de alim. n. 10.* ubi hanc ait eſſe communem. Sic argumentor. Quo ad jus Naturale ſeu Naturam omnes homines ſunt æquales, *l. 32. D. de R. J.* At de Jure Natur. eſt, ut pater alat ex ſe natos, *pr. I. de J. N. l. 1. de I. & I. Trentacinq. d. n. 10.* E. etiam inceſtuoſos alere debet, cum & hi ex eo ſint nati. Deinde Jus Civile, licet interdum à jure Naturali recedat, *l. 6. de I. & I;* tamen id prorſus tollere & intervertere non poteſt, *l. 1. ff. de uſuf. ear. rer. arg. §. fin. I. de J. N G. & C.* At verò alimenta debentur liberis Jure Natur. *l. 1. l. fin. C. de alend. lib. 1. pr. I. de J N.* E. prorſus auferri liberis etiam inceſtuoſis non poſſunt. Quin ſi occidere non debent illos natos de Jure Divino, Naturali, & Civili, E. omninò debent eos alere, eos enim occidunt, ſi non alunt. At prius: E. & poſterius. Quomodo putem illam *Conſt. Imp. in d. c. fin. N. 89.* eſſe nimis rigidam.

QUÆSTIO VI.

Quomodo erigendæ ſunt furcæ, rotæ, patibula?

Qui

QVi ſuperiorem habent Juriſdictionē, Die Ober oder das Halßgericht / illi furcas erigere poſſunt, *Gail. 2. obſ. 60. n. 7.* Quomodo v. furcę ſint erigendæ, nō omnibus notum, *Ex Zobel. lib. 2 art. 50.* id non difficulter colligitur, qui ita vult erigendas furcas, ut ſint & ſtent in territorio illius, Deſſen die Hals oder peinliche Gerichte ſeynd / ita ne ab iis umbra in vicini ſolum cadat, & ut homines ſtare poſſint circa illas in territorio habentis ſummum imperium? So man einen armen Sünder rechtfertigen wil / Das Gericht / *inquit Zobel*, ſoll man nicht zu nahe an die Grentzen ſetzen / damit eines Frembden territorium oder Gericht / mit deſſelben Schatten nicht berühret / auch das Volck auff demſelbigen Gerichte / do man einen rechtfertiget / vnd nicht auff des nechſt angelegenen vnnd anſtoſſenden frembden Gericht ſtehen möge. Quomodo putem Nobiles vel alios non rectè erigere furcas in ſolo, ubi habent etiam omnem juriſdictionem, ſi viæ publicæ, Die Land oder Keyſerliche Straſſen / Landr. *lib. 2. art. 59.* ita ſint vicinæ, ut obumbrentnr ab iis: & ideò etiam quæſtores ſolere illas viciſſim deſtruere audivi. Nam ita erigendæ furcæ, ne vicini obumbrotur

tur

tur territorium, Damit eines frembden Gericht / mit deſſelbigen Schatten nicht berühret werde / *Zobel. d. art. 50.* At hic contra erectæ furcæ ita, ut via publica, quæ inter regalia eſt, *c. quæ ſint regalia in uſibus feud. Vult. c. 5. de FF. & Dd. comm.* & non ad Nobilem vel erigentem furcas pertinet, ab iis obumbretur. E. male. E. ei injungendum, ut viciſſim furcas deſtruat, & eas in ſuo ſolo omnimodo ponat. Et viarum publicarum aſpectus non deformandus, *l. negociandi C. de ædif. priv.* At verò ſic deformaretur. E. Et 3. facit *art. 32. lib. 2.* Land. Ubi dicitur, Wer zeunet / der ſoll die erſte von den Zaunruten in ſeinen Hoff kehren. Et ſanè abſque jure ſervitutis in alienum quid immittere non poſſum, *arg. l. 40. de S.V.P. Duar. diſp. 31.* At via publica eſt Principis, *d. §. quæ ſint regalia arg. l. littora D. ne quid in loco publico. l. ſi quid v. de aqua cotidia:* & quidem libera. E. in eam nihil immitti poteſt. E. nec etiam ita erigi furcæ poſſunt, ut umbra illarum in viam publicam cadat, & per conſeq. ſi contra erigantur, deſtruendæ erunt, *V. Gail. 2. obſ. 60. n. 8.* Nec eſt, ſi dixeris exinde rectè prope viam publicam nobilem vel alium in ſolo ſuo extruere furcas obumbrantes etiam viam

regiam:

regiam: quod hîc non ſint duo territoria; ſed unum tantum ſc. Nobilis, qui circa viam illam habeat juriſdictionem omnem, ex conceſſione Principis: Et licet via publica die Landſtraſſen / quoad regalia ſit Principis *d. c. un.* quæ ſint regalia, *Vult. d. loc.* tamen Nobilem, ſeu cujus eſt circa eam territorium, juriſdictionem in eadem habere, & de maleficiis in ea commiſſis cognoſcere poſſe. *Roſenth. concl. 22. c. 5. Gvid. Pap. dec. 577. num. 1. Cæpoll. de ſervit. c. 3. de via nu. 30. Alvarott. & alii;* Et ita etiam pro Nobile planè prope viam publicam furcam erigentem in ſuo tamen ſolo reſponſum fuiſſe audivi. Nam falſum eſt juriſdictionem nobilem etiam habere in via publica, habentem eam in territorio prope illam, *Dd. com. Borcholt. ad d. c. un. quæ ſint reg. n. 26. Beuſt. in l. admonendi de jurejurando Gœdd. diſp. feud. 5. th. 11. Schneid. in tr. feudal. par. 3. Tit. juriſdictionum natura.* Et ſanè ſtatuere de factis delictis in via publica eſt juriſdictionis, *arg. l. 3. D. de juriſdict.* At id facit Princeps, non alii circa viam publicam habentes juriſdictionem, *l. 10. D. de his qui dejec. l. congruit. de off. præſid. l. litterâ D. ne quid in loc. publ.* E. quomodo etiam ſi occiſi caput tantum in via publica

jaceat,

jaceat, Principis eſſe cognoſcere de homicidio illo, tradunt *Schn. d. loco. Borch. d. n. 26. Joach. Beuſt. in d. l. admonendi.* Quomodo putem habentem juriſdictionem prope viam publicam, non ita poſſe erigere furcam, ut obumbretur eâdem, & quæſtores rectè agere ad evulſionem ſeu demolitionem illius. Et licet de facto aliquando ex aula contra ſit reſponſum, veriſſima tamen hæc manent, ubi Nobilis vel Magiſtratus non recognoſcit ſuam juriſdictionem, ab illo cujus eſt via publica; ut &, quando umbra illius furcæ in territorium alterius vergit.

QVÆSTIO VII.

Quid Quæſtori vel Magiſtratui, ſi in ſuo oppido vel pago idoneum tutorem non inveniat agendum?

NOn prohibetur ex alterius judicis territorio idoneum eligere, *l 10. D. de tut.* Nec ſic egreditur terminos ſuæ juriſdictionis contra §. *4. l. 1. & l. 3. de tut. & cur. dat.* Aliud ſiquidem eſt eligere & nominare quempiam ex vicinis municipiis, quod

rantum

tantum judici concedimus, & aliud ex alieno territorio quempiam Curatorem dare, quod adimimus ei, *d. l. 1. d. §. 4. d. l. 3. V. Pac. cent. 5. quæſt. 70.* Quid verò de illo qui immediate Imperio Romano ſubjectus ad quem pertinebit illi Curatorem vel tutorem dare? Et ad Cameram hoc pertinere cum *And. Gail. 1. obſ. 1. num. 47.* concludimus. Magiſtratus enim ſecundum ſuam jurisdictionem rectè dat tutorem, *§. 4. de Attiliano tutor. d. l. 1 d. l 3.* At verò Camera eſt pupillorum & tutorum illorum ordinarius judex, *Gail. d l. n. 41.* E. Quo de vide *Petrum Frid. Mindan. 2 de Proceſſ. Cameræ. c. 12. §. 1.*

QVÆSTIO VIII.

An juvenes etiam rectè Princeps in conſiliũ adhibeat?

CUm *Ariſt. 1. Ethic. ad Nicom. c. 3.* puto referre, an quis ſit juvenis καθ' ἡλικίαν, an κατὰ πάθος. Si juvenis κατὰ πάθος qui ſubjacet perturbationibus, & hinc inde à ſuis rapitur affectibus. *Goclen. quæ. 5. Eth. politica,* non magis ad conſilium adhibitus erit aptus, quam ſus ad lyram, & ſimia ad Cytha-

Cytharam. Nec enim abſq; prudentia & virtute, felix eſt Reip. adminiſtratio. *Juſtus Lipſ.* paſſim *in Pol. Arniſ. lib. 1. polit. c. 9.* Inde Auguſto quærenti, quomodo civitas feliciter adminiſtraretur? Virgilius reſpondit, ſi prudentiores clavum teneant, vel etiam viri malis præponantur. At vero in juvenibus καλὰ πάθ☉ nulla eſt prudentia, virtus nulla. E. ſi ſit juvenis καλὰ τὴν ἡλικίαν, ſecundum ætatem, quæ incipit ſecundum Hippocratem ab anno 28. uſq; ad an. 35. & in jure ab anno 28. uſq; ad ann. 50. *Coraſ. ad l. precib. n. 19. C. de impub. & aliis ſubſt.* Vel ab anno 25. uſq; ad annum 46. *Cujac. ad l. 2. D. de excuſ.* juvenis enim eſt, qui adoleſcentis exceſſit ætatem (quæ ll definita 25. anno & perfecta & juſta ætas dicitur, *l. un. C. Theodoſ. de his qui ven. æt.*) quo ad incipiat inter ſeniores numerari, *l. 69. §. 2. inf. de leg. 3.*) refert viciſſim, an prudentia, dexteritate, ſagacitate, & aliis virtutib. βȣλευτικαῖς ſit inſtructus, an v. non, ſi inſtructus, ita ut ſit ἐν παίσι νέος, ἐν δὲ βȣλαῖς πρέσβυς quod de Demophilo refert *Pind.* rectè adhibetur in conſilium. Illi quippe, qui ſunt maximis ingeniis præditi, bonis artibus exculti, in hiſtoriis longiſſimè verſati, & ſi legationes obeundæ, & hinc inde proficiſcendum

ſcendum alacres & animoſi, illi rectè adſciſcuntur in numerum Conſiliariorum, *Oſor. de reg. inſtit. lib. 8. & Politici paſſim.* At verò his dotibus ornati deprehenduntur juvenes quidam. E. Aſſumtio probatur exemplo Demophili, de quo modo: Sic *Nerva. JC. anno 17.* vel paulò majore de Jure reſponſitâſſe dicitur *in l. 1. §. 3. D. de poſt.* Idem feciſſe Celſum adoleſcentem Paulus *in l. 91. §. ſequitur. 3.* ait. Et ſimile de Papiniano *Mynſing. in §. ſed quia, n. 2. Inſt. de fideicom. heredit.* teſtatur. Et ſane complures juvenes reperiuntur, qui in juvenili ætate, id eſt, circa annum 25. *Coraſ. & Cujac. d. loco.* Vel etiam anteriori in Jure & Hiſtoriis ſunt exercitatiſſimi, multa doctè ſcribunt, prudenter judicant, & in omni re benè cōpoſiti ſunt. Nec eſt ſi dicas ex Homero: αἰεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. *Iliad. γ.* Juniorum virorum mentes ſemper eſſe leves: quod illorum ſit ferocitas, *Cic. de Senect.* Quod molles, quod ætate fluxi, & dolis haut difficulter capiantur *Saluſt. in Catilinar.* Illa enim & alia, quæ de juvenibus circumferuntur, vel de pueris aut adoleſcentibus, vel de juvenibus κατὰ πάθος accipimus: quos ſupra arcendos eſſe à cō-

ſiliis

filiis voluimus. 2. Et ſanè, qui 25. ann. ætatis attingunt, non ſunt ita leves, molles, & inconſtantes. 3. Licet quidam etiam ex iis interdum nimis ſecundum affectus vivant, aut ut plurimum etiam;non tamen corruit noſtra poſitio: ſufficit enim nobis, ſi aliqui tantum juvenes prudentes & moderati reperiantur: quales dari jam probavimus. 4. Et ſi qui horum defectus ad ſingularia ubi ſunt univerſalia præcepta applicanda, (nec enim poteſt prudentia, niſi per multam rerum experientiam comparari. *Tiraq. de jur. primogenit. in præf. n. 91.)* ille ſeniorum Conſiliariorum dexteritate & experientia ſupplendus, nec enim mens mea eſt, ut ſolùm juvenes Conſiliarios Princeps habeat (hacten' n. malè agitur cum regno,ut videre *c. 12. Sam. lib. 1.)* Sed hoc volo,quod quandocunq; Princeps ſenioribus juvenes Conſiliarios rectè adjungat, cum hac tamen lege, ut ſemper prius & potius ſeniores, quàm juvenes audiat more Athenienſium. *Alex. ab Alex. 4. genial. dier. c. 11. fol. 200. Pulchre Toloſa. lib. 24. c. 6 ſect. 2.* Expetit, inquit, omniò juxta annoſas arboris plantas, novas inſerere vel plantare, quæ poſt interitum vetuſtarum, in locum earum

rum ſuccedant. Si non eſt illis virtutibus inſtructus, eum non admitto, ob rationem ſupra in pr. hujus quæſt. allatam. Et cum ſibi ipſi hic imperare non poſſit, ſed hinc inde ab affectibus rapiatur, *Ariſtotel. d. c. 3. Sal. in Catil. Goclen. d. loc.* Quomodo aliis cum laude præerit. Et in actionibus rerum unicum principium iis, qui benè conſulere volunt, eſt intelligere id, de quo conſulatur, vel omninò aberrare neceſſe eſt Plato in Phœdro. At juvenis prudentia, & aliis virtutibus βουλευτικαῖς diſtitutus, non intelligit id, de quo agitur. Ergò peſſimè aberravit. E. non adhibendus in conſilium. Et certè talis apud Populum nec imperando, nec conſulendo, ſeu perſuadendo quid efficiet: Imperans enim audiet id Catonis;

Turpe eſt Doctori cum culpa redarguit ipſū.

Et perſuadens alterum Horatii:

Quodq; parum novit nemo docere poteſt.

QVÆSTIO IX.

An vaſallus poteſt dominum ſuum in jus vocare ſine venia?

HAc de quæſtione Dd. judicia viant, *Mynſing. cent.4. obſerv.92. n.1.* Et quidem rectè nos illa viare dicere poſſumus; ſiquidem hactenus neq; in theoria, neq; in praxi, Dd. ſibi conſtant. Non in theoria, *Jaſon in l.13. D.de in I.V.& in l.ſi non ſortem. §. libertus de condictione indebiti. Niell. diſp. feud. 11. in f. Vult de F. lib. 1. c. 10.* Nec etiam in praxi: Siquidem ſine venia dominum in jus poſſe vocare vaſallum, teſtatur *Roland. con. 18. num. 10. volum. 2. Jul. Clar. in §. feudum q. 25.* Contrarium v. aſſerit *Hart. Hart. 2. obſ. 1 de F. §.45. Weſenb. in Par. de in J.V.n.6.* Et certè ipſi Camerales ſibi non cõſtãt, ut videbis apud *Myſing. d. obſ.92 Hartm. Hartm. d obſ 45.* Nihilominus *Mynſing. d lo. in f.* teſtatur de ſtylo Cameræ *pro nunc* Vaſallum non impetrare veniam, ſi dominum in jus vocet. Quomodo etiam *Arnoldus Reyg.* teſtatur ſe vediſſe practicari, non tantùm in Camera, ſed etiam in provinciis Saxonicis, in addit. *ad d. obſ. 92. Niell. diſput. feud. 10. th. 4. lit. B.* diſtinctione hæc componit, ita ut putet referre, utrũ dominus tale quid admiſerit, ob quod ipſo Jure feudo ceciderit; & hactenus vaſallum Dominum ſine venia in jus vocare poſſe autumat: Forſan quod jam dominus pro alio,

alio, & non pro Domino ſit habendus: An verò alias deliquerit, ut tamen feudum retineat, & hactenus vaſallum ſine venia Dominum non vocare in jus, quaſi hic adhuc ſit Dominus. At cum priori caſu ex præſuppoſito Niellii Dominus iſto non amplius ſit Dominus, & Vaſallus etiam non amplius Vaſallus reſpectu illius Domini, Vaſallus (nominetenus tantum loquor,) ſine venia in jus vocans Dominum, non vocat Dominum, hic enim ob delictum Dominus eſſe deſiit, ſed alium, quomodo nec adhuc probatum, vaſallum ſine venia dominum vocare in jus. Nos tentabimus, imò non rectè Dominum Feudi ſine venia, à ſuo Vaſallo vocari in jus; idq; eò libentiùs cum in his terris Scabinos ſic pronunciare audiverimus. Benè enim argumentamur à liberto ad Vaſallum, *Alvarot. in c. ſi de alienat. feudi paterni. Jaſon d. loc. Roſenth. de FF. c. 1. concl. 11. lit. A. Jul. Clar. in §. feudum, quæſt. 25. Everh. in Top. in loco, à liberto ad Vaſallum 59. n. 1. & Dd. comm. teſte Molin. in conſuetud. Pariſ. feud. 5. §. 1. gloſſ. IV.* Atqui verò Libertus Patronum ſine venia in jus vocare non poteſt, *l. pen. & ult. D. de in J. V. l. 4. §. 1. D. d. t.* E. nec etiam Vaſallus dominum ſuum ſine

venia in jus vocabit. Nec enervant hoc argumentum illa, quæ *Mynſ. d. cent. 4. obſ 91. contr. diſputat:* tantùm n. evincunt, diſcrimen quoddam eſſe inter vaſallum & libertum, id quod omnes concedunt Dd. dicentes hos æquiparari: nõ verò, quaſi non rectè à liberto ad vaſallũ argumentemur. 2. Magis eſt quidem libertus obſtrictus Patrono propter libertatem, quæ inæſtimabilis, *l. libertas de R. J. Mynſ. d. loc.* quam vaſallus domino, interim tamen & vaſallus domino eſt obſtrictus, *c. un. de forma fidelit. 1. c. un. de nova forma fidelitatis:* Nec enim magis & minus variant ſpeciem: & quidem jure, cum feudum, quod inſigne beneficium, *1. Feud. 1. verſ. & quia vidimus. 1. Feud. 14. 1. Feud. 15. 1. F. 16. & 17. 2. Feud. 1. c. un. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23.* à domino recognoſcat. 3. Et quomodo liberto ſemper Patroni perſona honeſta & ſancta videri debet, *l. libert. de obſeq. l. 11. §. 12. de in J. V.* ita & vaſallo ſenioris perſona ſancta eſt, *c. un. de nova forma fidel. 2. F. 7. c. un. de milite vaſallo. 2 ff. 22. in verb. ſalva reverentia c. un. de conſuet. recti. feud. 2. f. 33.* E. quomodo Libertus Patronum ob reverentiam, & ne ſuggillet pudorem ejus in jus ſine venia vocare non poteſt, *d. l. 10. §. 12. d. l. 8.*

§. 1.

§. 1. juncta l. 13. l. 6. de in J. V. Sic nec etiam vaſallus dominum, cùm utrobique eadem militet ratio, *arg. l. illud. D. ad L. Aquil.* Nec relevat ſi dixeris in Edicto non fieri mentionem vaſalli: & ideò eum ſine venia in jus dominum vocare poſſe. Nam primo cum tempore condendi edicti non fuerint vaſalli, illi inſeri etiã non potuerunt, ſi verum, non Entis non eſſe accidens. II. Implicitè illius fit mentio in voce Liberti, cui vaſallus æquiparatur, *comm. Dd. Molin. in conſuet. Pariſ. F. §. 1. gl 4. poſt. n. 36.* III. Si non incluſus edicto; certè etiam eo non excluſus. IV. Et cum ratio, cur Libertus Patronum in jus non debeat vocare, quæ eſt in *d. l. 10. §. 12. d. l. 13. d. l. 4.* militet etiam in vaſallo *d 2. F. 1. & 2. F. 22.* Cur idem jus militare non dicamus, *arg. d. l. illud?* cur eum edicto illo contineri non aſſeramus, qui potiùs ſententiam, qnàm verba ll. inſpicimus, *arg. l. 6. §. 1. de V. S.* nec enim ll. verbis, ſed rebus ll. ſcriptæ, *l. 2. comm. de leg.* Nec hactenus fruſtra eſt Prætor enumerans in edicto certas perſonas, quæ ſine venia in jus vocari non poſsint, *d. l. 4. cum ll. ſeqq.* Ut maximè enim dominum illo includamus; adhuc tamen aliæ perſonæ excludentur, quæ tempore edicti fuere excluſæ.

QVÆSTIO X.

An vaſallus Feudum etiam amittit, ſi in prælio malitioſè dominum deſeruit, ſed tamen dominus ſalvus evaſit?

Tentabimns imò vaſallum rectè ſuo privari Feudo ſi dominum in bello dimiſerit, utut maximè iſte Dei beneficio ſalvus evaſerit, *text. in c. un. quib. mod. feud. am. 1. F. 5. c. un. 2. F. 17. c. un. de feudo ſi: cul. non am. 2. F. 21.* Non enim juſtior beneficii amittendi cauſa, quàm ſi id propter quod beneficium eſt datum, non præſtetur à vaſallo. Feudiſtæ in *c. un. verſ. ſed non eſt. T. quæ fu. pri. ca. ben. amit.* At hic vaſallus deſerens dominum in prælio non fecit id, ob quod datum ei beneficium, ſc. auxilium, ut potuit, & juravit non præſtitit, *d. c. un. quæ fuit prim. cauſ. ben. amit. d. c. un. de nov. for. fid.* E. rectè cadit Feudo. Nec relevat, quod dominus ſalvus & incolumis evaſit. Nam 1. id non vaſalli fuga & perfidia, ſed fortunæ clementia factum. 2. & in bello delicta graviſsimè puniuntur, licet res optimè ceſſerit, *l. 3. §. 15. D. de re milit.* At verò hic delictum,

ctum,cui caducitas feudi præſtitura,eſt admiſſum, licet dominus vivus & incolumis redierit, quia præſupponimus eum aufugiſſe, ob quod privatur feudo, *d. c. un. 2.F. 17. 2. 21.* E. rectè aufugiens è bello, & dominum deferens, licet hic ſalvus evaſerit Feudo cadet.

CENTURIÆ II.

DECURIÆ V.

QVÆSTIO PRIMA.

An tabula picturæ cedit, vel tabulæ pictura?

CUm Regulæ ſint: omne id quod inædificatur, aut inſeritur, ſolo cedere, *§. cum in ſuo. §. litteræ. I. de R. D.* ſuper impoſita inferioribus cedere. *Cajus lib. 2. Inſt. t. 1. §. 4.* Neceſſe eſſe ei rei cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt, *Paul. in l. 23. §. 3. in f. D. de R. V.* Acceſſorium ſequi Principale, accidens ſubſtantiam, *c. acceſſorium de R. J. in 6. Decian. reſponſ. 13.* incipit, duo ſunt, *n. 50. And. Kobl. exerc. legal. 1.* videbatur dicendum: ut

literæ licet aureæ ſint cedunt chartæ, ſic etiam picturam tabulæ cedere debere, *arg.* §. *35. I de R.D. & l. 23. § 3. de R. V.* Eſt enim tabula ſolū ſeu area, aut inferius, & ſine quo pictura eſſe non poteſt. E. contrario verò, quia eſt magna dignitas & præcellentia, magnumq; pretium picturæ, §. *36. I. d. t.* & aliàs magis dignum minus dignum ad ſe trahit, videbatur etiam non falsò dici poſſe, imò picturam non debere tabulæ cedere, ſed contra tabulam picturæ. Et ob has quidem cauſas, alii ex JCtis priſcis, ut refert *Juſt. in d.* §. *36.* docebant tabulam picturæ cedere, qualiſcunq; etiam eſſet: aliis videbatur contra, picturam ſc. tabulæ cedere, *d.* §. *36.* Et certè de pictura maximum inter JCtos diſsidium fuit, ut videre eſt apud *Paul. in l. 23.* §. *3. D. de R. V.* ubi diſerte ſcribitur, ſed & id, ꝙ in *charta mea* ſcribitur, aut in tabula mea pingitur, ſtatim meum fit, licet de pictura quidam contra ſenſerint, propter pretium picturæ: ſed neceſſe eſt ei rei cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt. Et *Cajum in l. 9.* §. *2. de Acq. R. D.* ſed non inquit, ut literæ cartis membranisvè cedunt, ita ſolent picturæ tabulis cedere, ſed ex diverſò placuit, tabulas picturæ cedere. Hos textus alii aliter com-

componunt,ita ut nec hîc illud *Terent.* fallat. Quot capita, tot ſenſus, *Joh. Antiq. gloſſ.* ait JCtum Paulum in *d. l. 23. §. 3.* non docere etiam picturam tabulæ cedere, ſed hoc tantùm, ſcripturam chartæ cedere: urgenti verba; licet de pictura quidam contra ſenſerint, *in d. l. 23* §. *3.* cum ſubjecta ratione ibidem, & colligenti, imò Paulum in *dict.* §. *3.* velle picturam etiam tabulæ cedere debere, nec moveri, quod non ignobiles JCti aliud voluerint, ob rationem *in d.* §. *3.* allatam, quia ſc. & pictura ſine tabula eſſe non poſſit: At verò cum neceſſe ſit ei rei cedi, quod ſine ea eſſe non poteſt, *dict. l. 23.* §. *3. Cajus d. loco.* E. & pictura tabulæ cedet; Reponit *Joh. Gloſſ.* verba illa, licet quidam contra ſenſerint, incidenter proferri, vel correctiva eſſe, uti *Jul. Pac. 3. cent. concil. 43.* loquitur. & probare ſententiam illorum, qui ſtatuant picturam tabulę cedere. Nec putat obſt. rationem in *f. d.* §. *3.* ſed neceſſe eſt id ei cedi ſine quo eſſe non poteſt: ibi agnoſcit Regulam; in pictura v. exceptionem. Quomodo E. alias exceptio non tollit Regulam, ſed eam firmat in caſibus non exceptis: ſic & hic licet pictura tabulæ non cedat, ſed contra, nihilominus tamen permanere Regulam veram, ſed ne-

ceſſe eſt ei rei cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt, & ſic ob eam ſcripturam chartæ cedere debere. At manifeſte ſic reponit *Joh. Gloſ.* contra verba *d. l. 23.* nec enim ζήτημα apud Paulum eſt tantum de ſcriptura, ſed etiam de pictura: quærit ſc. JCt. eujus nam fiat id, quod in mea charta ſcribitur, aut in mea tabula pingitur; & reſpondit, quod ſtatim meum fiat, non tantum id, quod in charta mea ſcribitur, ſed & id, quod in charta mea pingitur. Et quamquam erant quidam, qui Paulo contradicebant, & ob præſtantiam tabulam picturæ cedere debere volebant, contra illos tamen nervosè diſputat, in *d. l. 23.* ſed neceſſe eſt, inquit ei cedi ſine quo eſſe non poteſt. Syllogiſmus poteſt eſſe: Quicquid ſine re aliqua eſſe non poteſt, id neceſſe eſt ei cedi, *d. l. 23. §. 3. d. §. cum in ſuo. d. §. litteræ.* Jam verò pictura non poteſt eſſe ſine tabula. At benè hæc ſine illa. E. pictura tabulæ cedet: quomodo patet clare Paulum diſputare, imò picturam tabulæ cedere, & ſic fruſtra erit conatus *Joh. Gloſ.* Alii putant referre an pictura ſit pretioſior, an verò tabula; ut illo caſu picturæ tabula cèdat *d. l. 9. §. 2.* Hoc verò pictura tabulæ *d. l. 23. § 3.* Quam conciliationem *Pet. Ant. Gloſ.* eſſe ajunt. At cum ipſe Paulus rationem à pretio ſumtam regula

gula illa, ſed neceſſe eſt ei rei cedi ſine quo eſſe non poteſt, refellat, putem Petrum planè contra mentem JCti ſic diſtinguere, & 2. ſi pretium in cauſa cur picturæ tabula cedat, cur non etiam litteris aureis quæ præſtantiſſimæ, charta cedit, manifeſtè cõtra *d.l.9.* §. *1. D. de A.R.D.* cur non ædificio ſolum, quod hoc præſtantius, contra §.*31. de R.D.3.* Et mentio Apellis & Paraſii indicat, JCtum non de levi pictura dicere. Apud *Donel. 4. comm. 26.* aliam conciliationem invenies. Tentabimus alio modo has ll. conciliare. Dicimus ſc. tabulam picturæ cedere debere, *d.l.9. §.2. D. de A. R. D. d. §. ſi quis 36.* Nec obloquitur *Paulus in d. l.23* §.*2* ita ſcribens: Sed & id quod in *mea charta* ſcribitur, aut in mea tabula pingitur, ſtatim meum fit, licet de pictura quidam contra ſenſerint, propter precium picturæ, ſi modo quid diſputet attendimus. Erat ſcilicet diſſidium de pictura inter JCtos *d.* §.*36. d. l.23.* §.*3.* quorum alii volebant picturæ tabulam cedere debere, propter ejus pretium quaſi ſc. pictura præſtantior ſit tabula. Contra hos diſputat *JCtus Paulus in d. l. 23.* non hactenus, quod velint tabulam picturæ cedere, ſed hactenus, quod ob precium id fieri ſtatuant:

Precium

Precium igitur, non cauſam ſufficientem arbitratur, cur ob id picturæ tabula cedere debeat. Sic ergò diſputat contra illorum rationem: Quicquid proferatur de precio picturæ, regula tamen eſt: quod id quod ſine aliquo eſſe non poteſt, ei cedi debeat, *d. l. 23. §. 3.* Super impoſita quippe inferioribus cedant, *Cajus lib. 2. I. tit. 1. v.* item regula. At verò inquit Paulus & pictura ſine tabula eſſe non poteſt, ergò tabulæ pictura cedet, & non contra. Nec pretium, ut ob id in pictura diverſum recipiatur movere poſſe putat Paulus, quia & id quod ſuper imponitur, ſæpius precioſius eſt inferiori, exemplum in ſcriptura, quæ imponitur chartæ, qua ſæpius alicujus fortunæ contineri poſſunt, *l. ſtatum cum ſeqq. C. de fide inſtrum. l. 1. C. de donat.* & nihilomin⁹ tamen ſuper impoſita inferiorib. cedunt, *Caj. d. lo. 2.* Etſi ratio à precio ſumpta eſt concludés, cur nõ etiam literis aureis, q̃ charta ſemper pretioſiores, charta cedit, cur non ędificio, ꝙ itidem pretioſius ſolo, ſolum, cõtra quã ipſi admiſerint, & habetur *in d. l. 9. §. 1. & d. §. cum quis 30.* Cum ergò precium diſſentientium ratio in ædificio, in literis, non militet, ideò nec in pictura id attendi poſſe JC. aſſerit *l. illud ff. ad l. Aq.* Et ideò ſi velint pictu-

picturæ tabul. cedere debere, non urgendum eſſe precium quod planè non concludat, ſed aliam rationem afferendam. Quomodo *Paulus Cajo in d. l. 9. §. 2.* non contrarius. Nec enim Cajus ob precium picturæ tabulam cedere volebat: quam tamen rationem tantum, út inſufficientem & non concludentem. *Paulus in d. l. 23. § 3.* refellebat. Nec eſt, ſi dixeris, cum Paulus rationes pro pictura redarguat, eum etiam totam ſententiam pro pictura deſtruere, & non velle picturæ tabulam cedere debere, & ſic adhuc Cajo *in d. l. 23. §. 2.* contradicere. Nam cum illa ratio à precio omninò ſit inſufficiens & inconcludens, rectè eam oppugnavit. Interim verò alias rationes pro pictura, cum non attigerit ob eas diſſentientium de pictura ſententiam admittere videtur. 2. Et ſanè cum unius rei multę eſſe poſſint cauſæ, qui unam, & quidem falſam reſpuit, non ſtatim etiam alias, & quidem bonas rejicit. 3. Nam pluribus extantibus unius rei rationibus una everſa, non ſtatim propterea reliquæ omnes ceſſant, *l. 5. in pr. ff. ſi quis à par. manumiſſ. l. tutor. §. quæ tut. ff. de excuſat. tutor.* Paulus etiam voluit picturæ tabulam cedere; at non ob rationem à precio ſumptam; hanc enim

enim videbat planè eſſe inconcludentem, ſed ob picturæ excellentiam, & ſingulare ei indultum privilegium, quo liberalium artium profeſſoribus pictores exequantur, *l. Archia C. de metat.* Abſurdum quippe exiſtimarunt Impp. præſtantiſſimam præſtantiſſimi pictoris puta Apellis vel Paraſii picturam in acceſſionem viliſſimæ cedere. Et hactenus Paulus cum Cajo benè conſentit.

QVÆSTIO II. ET III.

Si unus ſociorum operas contulit, unus pecuniam; quæritur an ſi finita ſocietas, & ſors ſalva, illa cum lucro ex æquo inter ſocios ſit dividenda?

SÆpius accidit, ut quis occupatus, & aliis negociationibus diſtrictus alicui certam ſummam pecuniæ ad negotiandũ det, eo fine, ut lucrum inter eos ſit communicandum. Jam verò ſi finiatur ſocietas, quæritur an illa pecunia una cum lucro ſit dividenda? Et ita quidem diſputavit *Covar. 3. reſol. 1. num. 2. ut & Accur. in l. 1. pro ſoc.*

Alber.

Alber. quorum fundamenta enumerat *Fach. 2. controv. 94.* Contrarium placuit *Sichard.in d. l. 1.C. pro ſoc. n. 4. Don.ad d. l. 1. n.3. Gail. 1. obſ. 24. n. 6. & ipſi Fachin. d. lo.* Et certè potius eſt, ut dicamus collatorem pecuniæ, eam debere habere præcipuam, id quod ex *Accurſ. & Cov.* non difficulter erui poteſt. Nam hi ipſi docent, hujus pecuniæ collatæ periculum ad ſolum conferentem ſeu dominum pertinere, *Accurſ. d. loco. Fach.d.loco.* Inde ſic colligo, ſecundum naturam eſt commoda cujuſq; rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, *l. 10. ibiq; Philip.Matt.de R. J.* At ſecundum *Accurſ.& Covarr.* damnum illius pecuniæ ſpectat ad ſolum ejus dominum, non etiam ad conferentem operas. E. & pro incommodo, ſi ſalva ſit illa præcipuam eam habebit. Et tãto felicius & tutius hoc ex fundamento pugnatur, quando ipſe *Covarr.* vult, nunquam dividendam eſſe illam ſortem, ſi ejus periculum ad ſolum eam conferẽtem pertineat. Jam verò ſemper (niſi aliud actum) ejus damnum pertinet ad ſolum conferentem *l. pignus 5. C. d. pign.* ait & per ea quæ diſputat poſt *Sich. in d. l. 1. n. 5. Fach. d. c. 95.* E. regulariter illa ſors poſt ſocietatem

non

non erit dividenda, ſed præcipuam collator eam habere debebit. Et hoc niſi admittimus, ſummam inæqualitatem extra legẽ conventionis in ſocietatem hanc inducimus contra *l. 5. l. 29. D. pro ſoc.* nihil ſiquidem damni pateretur conferens operas, duplex v. collator pecuniæ. Unum quod dimidiam ſortem alteri communicare cogeretur, & alterum quod tàm diu pecuniã habuiſſet otioſam. Nec eſt ſi excipis, & operas conferentem ſi fruſtra fuerit ſocietas damnũ eſſe paſſũ, ſc. perdidiſſe operas ſuas, & multas bonas horulas. Etenim ſi dicimus cum *Accurſ.* illum poſt finitam ſocietatem dimidiam ſortem accipere debere operarum præmium accipit, & labor ejus ſic ſatis remuneratur: quomodo nullum patitur damnum, omne verò ſolus collator ſortis: Hoc verò cum ſit iniquiſſimum, & contra naturam ſocietatis, *d. l. 5. d. l. 29. §. 3.* putem non eſſe *Acc.* audiendum: Et in hoc puncto *Covarr.* non maximopere reclamat. In illo eſt vehementior ſi operæ collatæ non tantùm ſortis ſeu pecuniæ collatæ uſui reſpondeant ſed tantæ ſint, ut etiam ipſi ſorti æquales exiſtant? Et ſanè res difficilis. Si enim dixeris adhuc capitale ſalvum, licet

cet fruſtra fuerit ſocietas, non eſſe communicandum, inde maximam inæqualitatem oriri reperies: collator ſiquidem ſortis tantum perdit uſum ſuæ pecuniæ; at is, qui operas contulit, omnes operas perdit etiam illas, quæ toti capitali correſpondebant. Quæ ratio certè movet. Notum enim eſt, ſocietatem ita interpretandam, ut inter ſocios æqualitas ſervetur, *l. ſi non D. pro ſocio. Sich. ad d. l. 1. Fach. d. c. 94.* At quomodo ſi dicimus, imò ne hoc caſu ſortem ſalvam eſſe communicandam. Quicquid ſit, ſi de jure quæritur, nec ſi operæ ipſi capitali reſpondent, id dividendum eſſe dixerim. Semper enim ſi aliud dictum non apparet, ſecundum naturam contractus facienda interpretatio, *arg. l. 34. D. de R. J. l. 21. de R. C.* At verò hoc ſocietatis genus ita comparatum, ut ſit tantum de lucro communicando non etiam de capitali *§. nam & ita I. de ſocietat. l. cum duob. §. in coeunda. D. d. t. Don. ad l. 1. C. pro. ſoc. n. 3. Fach. d. lib. 2. controv. 94.* E. tantùm lucrum non etiam capitale communicandum erit. Nec eſt, ſi dixeris, cum nil partes expreſſerunt, & lucrum & capitale, ut æqualitas ſit, eſſe communicandum: nam ob id ex affectio-

ne ſocietatis hoc erit interpretandum, *arg. l. 198. §. 1. D. de R. J.* At verò hæc eſt tantùm de communicando lucro, non etiam capitali, *d.* §. nam & ita. E. & niſi hoc dicamus, actum erit, ut cum lucro & ipſum capitale ſit commune contra quam admittunt Dd. *arg. l. maritus C. de procur. l. ſi cum dotem. D. Sol. Matri.* Inæqualitatem hactenus ſubeſſe non poſſum quidem diffiteri, attamen cum hic caſus rarius ſoleat contingere, dicimus eum non admodum eſſe attendendum *argum. l. 4. 5. 6. de ll.* & licet hic caſus etiam eſſet frequentior; attamen eum illius ſortis damnum ad ſolum collatorem ſpectet, & commodum ad eum pertinebit, *d. l. 10. de R. J.* quomodo adhuc ab hac opinione non recederem. Nec movet, ſi urges inæqualitatem. Etenim cum conferens operas aliter legem contractui dicere potuerit, ſibi imputet, quod id non fecerit: Et hic ſi quid ſentit damni, ſua negligentia & culpa ſentit, quod damnum non eſt, *l. quod quis. 203. de R. J.* quomodo vides ex natura & jure hujus ſocietatis, operarium ad pecuniam collatam adhuc ſalvam non eſſe admittendum.

QVÆ-

QVÆSTIO IV. & V.

Si quis in quadam corporis parte quem lædat aut mutilet, an ultra ſummam dimidii Weregeldi puniri poteſt. Muß Er ſolches beſſern vber ein halb Wehrgeldt.

SI quis iniquè gravi verbali afficiatur injuria, vel in quadam corporis parte lædatur aut mutiletur læſus in actione injuriarum civili ita libellat & concludit: Bitt derwegen Kläger Injurianten vor angezeigte Injurien / Schmach / Verwundung / Lähmnis / vñ Schmertzen zu gebührlichẽ Abtrag ſolches auff 100. oder 1000. flor. (doch mit Richterlicher Meſſigung vnnd Taxation) zu verurtheilen / mit Erſtattung des Artzlohns / Verſeumnis / zuſampt den Gerichtskoſten / ſi jam judex primæ inſtantiæ pronunciet, Daß Beklagter Klegern die zugefügte Verwundung / Lähmnis

oder Schmach mit 50. oder 300. flor. (pro qualitatibus offenſionis diverſis) zu verbüſſen mit Erſtattung des Artzlohn vnd Verſeumnis / ſo viel er deſſen gebührlich liquidiren wird/neben den Gerichtskoſten alles auff Richterliche Ermeſſigung ſchuldig ſey: Injuriãs reus appellat ad ſuperior: hoc gravamine adpellationi inſerto, als ſey die Injurien vnd Schmach / Verwundung ꝛc. als zu hoch æſtimiret. Weil demnach vermöge Sachſenrecht/ ſo der Mann nicht ſtürbet / man den Beſchedigten vnnd Gelehmten / ſein Verwundung oder Lehmung nicht höher beſſert / denn mit einen halben Wehrgelde / ſo hoffe er/ er werde billich mit ſolcher ſeiner Appellation gehöret/In appellationis libello concludit, quæritur jam an benè appellatum ſit, & malè pronunciatum. Et quod in actione injuriarum civili mutilans vel vulnerans liberetur perſolvens ſummam dimidii Werigeldi habetur, *lib. 1.* Landr. *art. 68. & 2. art. 16. & art. 54. inf.* Et ipſe *Zobel. in addit. ad d. art. 68. lit. A.* tradit, ſe vidiſſe per Scabinos Lipſenſes, pro reali injuria

fuiſſe

fuiſſe impoſitam mulctam dimidii Werigeldi aliquando etiam integri, pro qualitate delicti. Jam verò cum pœnæ non ſint in arbitrio judicis, *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turp. Sci. Gen. lib. 3. de juriſd. 34. C. And. Rauch. 2. q. 8. n. 21. Gœdd. ad l. 131. §. 1. de V. S. n. 7.*; imò judex aliam pœnam quam conſuetam imponens modum excedat. *Tira. in præf. de pœn. n. 1. 2.* Videtur dicendum imò malè pronunciatum eſſe, & bene appellatum. Si contra hæc excipiatur, imò *per N. Elect. Saxon. 42. par. ult. & ord. provinc.* Von Schmeheſachen/à pœna juris Saxon. receſſum eſſe, & pœnam injuriarum modo levem hodie modo atrocem eſſe, *d. conſt. 42.* replicant, pœnam in actione injuriarum eſſe quidem limitatam, ita ut præter revocationem multa gravior, carcer, relegatio temporalis, perpetua etiam cum fuſtigatione pro delicti qualitate imponi queat; at ſi criminaliter injuriarum agatur tantùm, non etiam ſi civiliter: & ideò cum pœna dimidii Weregeldi in civili actione injuriarum non ſit ſublata, illam adhuc obtinere, *arg. l. præcipimus. C. de app. l. ſancimus. C. de teſt.* at ſi penitiùs *N. Electoris. 42.* inſpiciamus liquet manifeſtè, pœnam 30. ſolidorum in verbalibus & mino-

ribus injuriis, & dimidii Wergeldi in realibus majoribus penitus, quomodocunq; agatur, ſublatam eſſe. Sic enim Elector, Als wollen wir demnach die verordnung vnd Satzung des Sächſiſchen Rechten in injurien Sachen abrogieret/ vnd abgethan haben: abrogiren vnd heben dieſelben hiemit vnd in Krafft dieſer Conſtitut. aus Fürſtlicher Macht vnd Obrigkeit gäntzlich vnd gar auff. Hic cum indiſtinctè pœnas Jur. Sax. tollat Elector, nos diſtinctionem quandam introducere non poſſumus: & 2. verba Conſt. abrogieren vnd heben dieſelbige gantz vnd gar auff/ ſunt ſatis expedita. Sic argumentor. Si ſtatuta juris Saxon. circa injurias omnimodo & in totum abrogata & correcta ſunt, non poſſunt eſſe abrogata tantum in quadam parte: hæc enim ſunt contraria, quæ ſimul eſſe non poſſunt, *l. ubi repugnantia D. de R. J.* At in totum & omnimodo ſunt ſublata, per verb. gäntzlich vnd gar *d. C. 42.* Ergò non pro parte tantum. E. nec in civili actione pœna dimidii Wergeldi durabit. Inſuper 3. ibidem addit Elector it. Wir wollen auch dieſe vnſere Conſtitution, auff die real injurien/ als do einer ohne wörtliche Injurien/ am Leibe beſchedigt/ erſtreckt haben/

ſetzen

ſetzen vnd ordnen das auch in denſelbigen die Sachſen Recht / nicht mehr ſtadt haben / ubi itidem Jus Sax. in injuriis tollitur. Non obſtant ſuperius oppoſita: nec enim correctionem nos inducimus, ſed cum Illuſtr. El. qui abrogandæ l. ſtatutariæ poteſtatem habet, in totum & penitus Jus Saxon. in injuriis ſuſtulerit. & nos illud jure ſublatum dicimus. Quomodo patet ſupra bene eſſe pronunciatum, & male appellatum, & ſecundum *N. Electoris 42.* libellanti & concludenti, das Beklagter jhm Klager / wegen der Verwundung vnd Lhemung auff 400. oder 600. *(pro qual. deleg.)* zuverurtheilen ſey / Fruſtra & præcipitanter Saxonicæ l. diſpoſitionem fuiſſe oppoſitam. *Vide Mullerum, l. 1. Semeſtr. 23.*

QVÆSTIO VI. ET VII.

Quærunt Dd. ſi minor diverſorum Magiſtratuum juriſdictioni ſubſit, & alium judicem ratione domicilij, alium etiam ratione bonorum habeat, quinam ſit præferendus?

ET in tutore conſtituendo judicem domicilii præferunt, *Petr. Greg. l. 2. c. 13. n. 19. Juris univ. Bart. in l. 27. D. de tutor. & curat. dat.* Moventur potiſſimum, *l. 21. §. licet. 2. D. de excuſ. tut.* Ubi datus tutor à judice domicilii ad univerſum patrimonium etiam alibi exiſtens intelligitur datus. Idq; eò magis cum principale ſemper ad ſe trahat minùs principale. In tutela verò principale perſona minus principale res & bona, *l. 8. C. de nup. l. 10. D. de R. N.* Ergò. Et hoc eſt, quod inquit, *Decius conſ. 207. num. c.* diſpoſitionem principaliter perſonam reſpicientem effectum ſuum in conſequentiam ad bona ſita extra territorium extendere per *l. fidei commiſſum. §. tractatum. D. de judiciis. Gail. 2. obſ. 123. n. fi.* Verùm ſi hæc eſt vera ratio, ex illa concludam in Curatore dando præferendum potius judicem bonorum quam domicilii: ibi n. principale bona, *d. l. 8. d. l 20.* Et hoc non leviter videtur probari *l. 30 §. 1. D. de excuſat. tutor.* Ubi licet alibi quis habet domicilium, ille tamen dat Curatorem, ſub cujus juriſdictione bona ſita. Et hæc quidem ita, ſi in ſuâ juriſdictione quis habet idoneos Curatores vel Tutores, aliud dicendum verò hi ſi deſint.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

An focariæ mulieres in exercitu rectè tollerantur?

DE honeſtorum militum honeſtis uxoribus non loquor: quanquam diffitendum non ſit,& has melius facturas eſſe, ſi domi maneant, & rem familiarem curent (non enim juſtitia honeſtatis pati videtur, ut fœmina virorum cœtui ſe aſſociet, *l.1.D.de poſtul.* & aliquibus gentibus fœmina honeſta non putatur,niſi domo concluſa vivat) & harum occaſione omnis generis lites, cædes, oriri poſſunt) ſed de meretriculis militum,quas focarias mulieres nominant honeſtius, hic quæro, illasque non tollerandas eſſe in exercitu ſtatuo: Per quodcunque enim Deus vehementer offenditur,per idem victoria amittitur: victoria enim cum ſit à domino *Proverb. 21. v. 31. & fin.* illam, quibus iraſcitur, & à quibus offenditur, non largietur: ſe n. proterve offendentes lege juſtitiæ punit, nec iis benefacit. Jam verò per quod victoria amittitur, id in bello non tollerandum. Atqui vero per meretriculas illas, quæ cauſa & origo omnis libidinis & ſcortatio-

nis,litis & cædis maximopereDEUS juſtus & caſtus offenditur. E. eæ in exercitu non tollerandæ. 2. Facit quod in exercitu annonam militarem fruſtra conſumunt, & cariorem eam reddunt. Nec ſervitia & officia, quæ militibus præſtant, aliud ſuadent: illa quippe & per ipſos viros commodè fieri poſſunt: aut ſi ea facere ipſi nolunt, famulos alant: Quomodo patet milites benè iſtis culinariis miniſtris carere poſſe.

QVÆSTIO IX.

An chorea concedenda?

QVod homines in Nuptiis & conviviis ſaltent tota die videmus fieri, Et ſanè non video cauſam cur choreæ non ſint cōcedendæ, ſi ſint honeſtæ & tempeſtivæ, ſi fiant tempore congruo, loco honeſto, & modo moderato & pudico. Sit ratio. Quicquid Jure divino & humano probatur, illo licitè utimur, idque rectè à Magiſtratu conceditur. Atqui choreæ ſeu ſaltationes honeſtæ & tempeſtivæ, & divino & humano Jure probantur. E. iis rectè utimur. De jure divino conſtat ex *c. 3. verſ. 4. Proverb. Salom.* De Jure Humano conſtat ex totali conſue-

conſuetudine,qua apud omnes gentes choreæ receptæ, & deinde *ex Conſt. Auguſt.* qui cum in Choreis inhoneſtas circumgyrationes & geſtus impudicos prohibuerit in aliis illas approbavit. Et Impp. eas contradicendo impedire cum potuerint, nec tamen fecerint, eaſdem approbaſſe cenſentur, *arg. l. ſæpè verſ. ſed ſcientibus de Re judic.* 2. Cum ſaltando cor hominis recreêtur, ut teſtatur experientia, ſanitas confirmetur, *Eryc. Putean. lib. com. ſerm. f. 80.* comitas comparetur, *Caſ. lib. 5. Polit. c. 8. q. 2.* nec pietas amittatur, Luth. quis eas culpet? quis juvenibus non concedat? Non obſt. graves deteſtationes & reprehēſiones chorearum, quas ex *Aug. Vincent. lib. 1.p.9.diſt. 6. Wilh. Lugduen. Chryſ.* & aliis objiciunt: illi enim ſummi viri, quos à vero deviare ne dicam non uſum honeſtum & tempeſtivum chorearum pungunt, ſed abuſum, quem & nos tollendum eſſe volumus.

QVÆSTIO X.

An heres in Feudo ſuccedens tenetur ſatisfacere defūcti creditoribus?

Si Feu-

SI Feudi ſucceſſor eſt inſuper heres defuncti cum *And. Kohl. exercit. leg. 1.* tentabimus, An non teneatur creditoribus ſatisfacere ſucceſſor talis. Et ita quidem comm. Dd. ſentiunt, ſecundum *Barthol. Camerar. in repet. c. imperialem. verſ. 3. concluſ. princ. ibi. ſecundò verò*, *Gail. 1. obſ. 154. n. 10.* ubi itidem hanc communem vocat, *Clar. §. feudum. q. 33. Menoch. caſ. 137. n. 19. vol. 2. Mynſing. 3. obſ. 67.* & latiſſimè *And. Kohl. d. loco.* ubi ampilationes varias & limitationes ponit. Sit ratio. Ad quodcunque ſolvendum defunctus tenebatur, ad idem & ejus ſucceſſor tenetur: ſucceſſor quippe defunctum repræſentat, *l. heres. de uſucap.* & una ac eadem cum defuncto perſona cenſetur, *Gail. d. loc. n. 10. And. Kohl. d. loc. n. 1.* E. quomodo defunctus tenebatur, ſic etiam tenebitur ſucceſſor. At verò defunctus, id æs exſolvere fuit obſtrictus. E. & heres ſucceſſor in Feudis id ſolvere tenetur. Quo de latius conſule *Covarr. lib. 2. var. reſol. c. 18. n. 4. verſ. 8. & And. Kohl. d. loc.*

CORO-

COROLARIA.

I.

NOn admodum exactè definitur judicium : legitima rei controverſæ apud Judicem inter litigantes diſceptatio *à Rosbach.in Proceſſ. t.1.n.3.*

II. An judiciorum origo ſit à jureg. dubito?

III. Cum verò judiciorum citatio pars non ſit extrema, quæritur an citatio ſit initium Judicii? & cum diſtinctione poſſum tranſire, vel etiam cum ſimplici affirmativa prout libuerit.

IV. An verò poteſt citationem etiam Imperator vel Papa ſummus regulariter omittere? ita viſum *gl. in c. Apoſtol. 3. q. 9. Bald. in l. ceſſante. C. quomodo & quando judex. Alexand. 1. conſ.2.n 9.* At cum, ut ait *Seneca*, qui ſtatuit aliquid, parte inaudita altera æquum licet ſtatuerit, haud æquus ſit, videbimus, an non contrarium ſit veriùs?

V. Cum

V. Cum omnium judiciorum inſtituendorum ab ea edicti parte, qua Prætor edicit de in jus vocando exordium ſumatur, *§. fin. Inſt. de pœn. tem. litigan.* addubitant *Robertus & Johan. Vaudus*, an olim actor Reum reluctantem obtorto collo in jus vocare potuerit? at ſine cauſa ſolida:

VI. Si judex eſt incompetens manifeſtè non debet citatus venire & declinatoriam fori allegare?

VII. Quid ſi quis citatur ab inferiori & ſuperiori judice ſimul ad unũ eundemq; terminum coram quo debet comparere? Superiori.

VIII. Et Commiſſarii ſæpius ſolent ordinati ad partes componendas: quæritur an Commiſſionis originale citando ſit tranſmittendum? id non neceſſum, & ſi non comparet impunè non feret: comparenti tamen & de commiſſione querenti originale monſtrandum.

IX. Si verò quis ſit Commiſſarius Impe-

Imperatoris vel Principis, an plurali numero vel ſingulari in citatione uti debet; puta an ita debet citare: Wir N. N. Keyſerlicher oder Churfürſtl. Commiſſarius wöllen dich hiemit endlich vnd peremptoriè citirt haben/oder Ich N. N. Keyſ. oder Fürſtl. Commiſſarius? pro utroque numero probabiliter pugnatur?

X. An Nuncio credendum ſi dicit, quod judicis juſſu citet? Nego.

XI. An Nuncio dicenti ſe Titium citaſſe Titio negante credetur? A.

XII. An Nuncio credendum ſi dicat ſe à citato eſſe verberatum? N

XIII. An ſi dicit citatum reſpondiſſe, quod nolit venîre relationi ejus credendum? pro nuncio præſumitur?

CEN-

CENTURIÆ SECUNDÆ

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria ſexta & ſeptima.

Reſpondente

ADAMO TRöTZSCHERO,
Schlaccowaldo-Bohemo.

CENTURIÆ II.

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

An præſcriptione perimitur etiam obligatio naturalis?

PRiusquam hanc quæſtionem illuſtrem, quæ ſatis ardua, *Vaſq. lib. 1. illuſtr. cont.* In ſummario *c. 53.* enucleam, videndum; an præſcriptio pugnet cum ratione & æquitate naturali, in hujus quippe diſcuſſione noſtræ propo-

ſitæ

ſtæ quæſtionis cardinem verti apud bonos autores legi. Et quanquam communis ſit ſententia præſcriptionem ll. noſtris receptam, non eſſe contra jus & æquitatem naturalem, *Cagnol. in l. natura. n. 4. de R. J.* eamq; Dd. excellentiſſimi eruditè propugnent, ut *Bl. in l. fin. C. de long. temp. præſcr. Joh. Andr. in c. poſſeſſ de R. J. Pinel. in auth. niſi tricennalis. C. de bon. mat. n. 4. Menoch. de arb. jud. q. 40. n. 6. Donel. 5. Com. 30. Vaſq. illuſtr. controv. lib. 1. c. 52. Vult. ad pr. Inſt. n. 42. ibi Schneid. Mynſing. & Dd. vulgo Coler. ad rubr. extra de præſcript. nu. 14. cum ſeqq. Arum. exerc. 6. quæſt. 1. Inſt.* nihilominus tamen jam exercitii gratia liceat mihi pace tantorum JCtorum liberius philoſophari & videre; An non ſententia contraria aſtruens ſcilicet præſcriptionem cum jure & æquitate naturali pugnare habeat quendam colorem? hoc larga largior manu, quod uſucapio bono publico ſit introducta & juſta, *l. 1. de uſucap. Balbus præſcrip. pr. 1. quæſt. 5. Cujac. ad l. 1. de uſucap. Vaſq. d. c. 52. Vult. d. loc.* At eadem, quod etiam juri & æquitati naturali ſit conſentanea cum *Accurſ. l. 14. ff. de condict. indeb. Alexand. in l. poſſeſſio. §. etſi de acquir. poſſ. neg.* Aſſumam autem argumentum vulgare, & quid

contra id Dd. reſponſiones faciant, videbo. Sic ergò: quicquid reddit nos locupletiores cum alterius damno & injuria, id eſt contra naturalem æquitatem, *textus in l. natura. de R. J. l. nam hoc natura de condict. indeb. c. locupletari de R. J. in 6. Ariſtoteles. 5. Eth. 5 Accurſ. in d. l. 14. Vaſq. d. loc. n. 2. Auguſt. Morl. in emptor. Juris t. 9. ff. de contrah. empt. q. 8. n. 9.* Atqui verò uſucapio reddit nos locupletiores cum alterius damno & injuria. E. *Aſſump. prob.* Etenim cum uſucapiens per legitima tempora acquirat regi dominium *argumento l. 3. de uſucap. l. traditionib. C. de pactis l. ult. C. de edict. D. Hadr. toll. l. omnes in f. C. de præſcr. long. temp. l. acquiritur. §. non ſolùm de acquir. rer. dom.* & verò is cujus res uſucapitur, idem amittat *arg. l. 5. §. 15. ff. commod.* non refuſo præcio, liquet ſanè uſucapientem, cum ejus damno locupletari: hocque ipſum magis patet ex iis, quæ habet *Vaſq. n. 3. & 4. & paſſim. c. 53. illuſt. cont. 1.* Cui argumento cum Dd. communiter *Vaſq. d. c. 52. n. 2. & 3. Coler. ad d. rub.* reſpondent; Imò nec cum damno, nec cum injuria ejus cujus res uſucapta uſucapientem locupletari, eo quod fieri nõ poſſit, ut non conſentiat, res ſuas uſucapi qui patitur, *l. alienationis de V. S.* Sit collectio.

ctio. Volenti & conſentienti non fit injuria non damnum *Ariſtotel. 5. Eth. ad Nicom. c. 9. Goclen. quæſt. Ethicopol. 86.* ſi modò id ſimpliciter in ejus ſitum voluntate & arbitrio: Ethici paſſim. At v. cujus res uſucapitur conſentit in illam uſucapionem *d. l. alienationis. 28. Vaſq. d. c. 52. n. 2. & 3.* E. ei non fit injuria non damnum; & per conſequens uſucapiens rem non locupletabitur cum alterius damno & injuria, & ſic *Uſucap.* non erit adverſa æquitati naturali. Et cum uſucapioni ſatis longa tempora præſtituta ſint, intra quæ boni patresfamilias res ſuas inquirere poſſint & debeant *pr. Inſt. de uſucap. ibiq; Vult. t. t. C. de præſcrip. long. temp. l. unic. C. de uſucap. transform.* ſuæ negligentiæ imputent, ſi res ſuæ ab aliis uſucaptæ ſint. Sic inſtant: damnum quod quis ſua culpa ſentit non eſt damnum *l. quòd quis 203. J. R. J* ibiq; *Decius c. damnũ de R. J. in 6.* At verò is cujus res uſucapitur, ſi ſentit damnum, in eo ſcilicet quod rei ſuæ dominio per præſcriptionem privatur, id ſua negligentia & culpa ſentit. E. non eſt damnum. E. uſucapiens ejus cum damno & injuria non locupletabitur. At non eſt, ut his & ſimilibus moveamur, nec n. ſuperius noſtrum fundamentũ enervant:

 quippe

quippe tantùm civili æquitati uſucapionem conſentaneam eſſe evincunt, quod libenter concedo, non itidem naturali, quo de tamen eſt quæſtio. Cum enim in terminis juris civilis juſta & certa tempora in uſucapione ſint conſtituta, intra quæ domini res & jura ſua perſequi debeant, quibus ſi non in res & jura ſua inquirant & legitimo tempore apud alium eſſe patiantur, jus civile fingit eos res ſuas negligere & in uſucapionem conſentire, & hoc eſt, quod inquit JCtus *Paulus in dict. l. 28.* Vix eſt, ut non videatur alienare, qui rem patitur uſucapi, ſcilicet non ait JCtus vix eſt, ut non alienet, qui rem ſuam patitur uſucapi, ſed ita; vix eſt, ut non videatur alienare &c. Subindicans eum cujus res uſucapitur, non quidem verè & naturaliter conſentire in alienationem, interim tamen jus civile ob negligentiam ejus fingere, quaſi conſentiat, ſiquidem (*videatur*) fictionis eſt, *l. 1. §. fin. ff. de SCto. Turpill. Br. in l. 3. §. idem. de peculio.* & improprietatem notat *Br. in l. ſi is qui. ff. de uſucap.* quomodo ita hoc fictitio conſenſu ex jure civili præſuppoſito veriſſimum Uſucapientem non locupletari cum alterius damno & injuria, nec enim hæc fiunt

volenti

volenti *Ariſtot. d. c. 9.* At verò jus civile fingit eum alienare cujus res uſucapitur *arg. l. 28. E.* At aliud eſt in terminis juris naturalis, ubi hæc fictio juris civilis ceſſat, hic n. naturaliter & verè, is cujus res uſucapitur, non conſentit in alienationem illam, & ideò cum ejus damno & injuria (privatur quippe rei ſuæ dominio abſque pretio accepto, *dict. l. 3. hic.*) uſucapiens locupletabitur, quomodo patet hactenus oppoſita fundata in fictione juris civilis, claudicare in foro naturali & ita ſuperius noſtrum fundamentum ſalvum permanere. Exemplo res hæc magis fit clara. Actionibus criminalibus ſeu accuſationibus viginti ann. ſpatio præſcribi ſi nominatlm aliter deciſum non ſit, docent Dd. *per l. querelam. 12. C. de falſis. Cujac. in Papiniano ad l. vim. 39. §. 5. ad L. J. de adult. Beuſt. in l. admonendi. n. 870. de jurejur.* Ponamus jam cuidam furtum eſſe commiſſum, & furem nunquam accuſatum ultra 20. annos (*vel ultra 30. ſecundum diſpoſitionem. l. §. 1. C. de annal. except.* quàm ne ſuperioribus obſtet ad civiles actiones reſtringo) emanſiſſe, nec intra 20. annos debito ſupplico affici eum potuiſſe, poſt hos 20. annos fur reverſus ex capite præ-

ſcriptionis eſt quidem tutus, & ab accuſatione & à ſupplicio in terminis juris civilis, hoc enim fingit eum, cui furtum factum, remiſiſſe furi accuſationem & pœnam, (quomodo ex his furem poſt 20. annos reverſum accuſatum & caput præſcriptionis allegantem liberum & impunitum debere eſſe pronũciaſſe Scabinos hic Erphordenſi Senatui Ann. 7. ſcio) at non in terminis juris naturalis, ubi illa fictio ceſſat, & ideò de hoc jure naturæ, fur ſemper manet obligatus, nec furem juvat exceptio præſcriptionis, hæc enim, ut inſignes effectus habeat in jure civili *d. l. 11. Beuſt. d. loco.* ſecus tamen eſt de jure naturæ de quò tamen nunc quæritur, de hoc enim furtum commiſſum eſt & manet furtum, quicquid fingatur, nam eo factum infectum fieri non poteſt. Nec dici poteſt, eum cui furtum factum furi remiſiſſe accuſationem, nam cum reverſum poſt 20. annos vocet in jus & puniri petat, de contraria cujus voluntate liquet ſatis, quomodo in terminis juris naturæ, fur etiam poſt 20. vel 30. vel 100. annos cum ſua excep. præſcr. non erat audiendus, sed ad ſupplicium omninò rapiendus: de hoc ſiquidem bonis benè malis malè eſſe debet. Sic ſi quis ſcripſerit ſe

Scio

Scio debere ex mutuo ſpe futuræ numerationis, quæ tamen revera non acceperit & poſt biennium conventus de illis centum ex chirographo opponat exceptionem nõ numeratæ pecuniȩ non audiendus eſt,licet imò ſolutionem non eſſe factam voluerit probare *l. 8. l 14. C. de non numer. pec. Pac. ad d. l. 8 n. 20. Donel. ibidem. nu. 21. Zang. 3. de except. 3. nu. 66.* (quanquam dubitem an non æquiùs ſit, ut audiatur etiam poſt biennium ſaltem in ſe onus probandi ſuſcipiens, per ea quæ diſputat *Gomez. 2 reſol. 6. nu. 7. Weſenb. conſil 42. n. 24. Schrad de feud. pr. 2. princip pr 9. ſect. 13. nu. 67.*) Id quod æquum de jure civili per ſolutionis fictionem factæ ex biennio elapſo, at non etiam de jure naturali, quod non vult, me id ſolvere quod non accepi, at hic vere non eſt ſecuta numeratio, id quod præſupponimus. E. Nec de hoc jure naturæ remiſſionẽ vel accuſationis furti, vel ſolutionis futuræ propter juſtũ elapſum temp⁹ allegare poſſumus; nam vocatio furis & oppoſitio excep. non numeratæ pecuniæ poſt biennium teſtatur verè & naturaliter hos nihil remiſiſſe, quomodo patet hic exceptionem præſcriptionis fundatam in præſumpto legali conſenſu, in terminis juris na-

turæ nihil operari. Sic ergò tandem concludo: ſi in terminis juris naturæ & rei veritate Titius cujus res uſucapitur, vel jus præſcribitur non conſentit in alienationem & amiſſionem rei & juris ſui, ſequitur Uſucapientem locupletari cum ejus damno & injuria. At prius ex dictis. E. Ideò enim nullum hîc ſubeſſe damnum, diſſentientes volunt, quod Titius conſentiat in alienationem *d. l. 28. Vaſq. d. n. 3.* At hic deficit conſenſus in terminis juris naturalis. Titium enim poſt completam præſcriptionem ſuum diſſenſum declarare volumus. E. locupletabitur uſucapiens Titii cum damno, quod cum contra naturalem æquitatem ſit, *d. l. 14. d. l. jure. Morla. d. loc.* E. & uſucapio talis erit. Ex his & ad alia diſſentientium fundamenta facilè reſpondebis, ut in quibus ut plurimum fit confuſio æquitatis naturalis & civilis, huic quippe tantùm uſucapionem conſentaneam eſſe concludunt, ut quæ præſumptum conſenſum ejus, cujus res uſucapitur, præſupponunt, *arg. d. l. 28.* & hactenus volenti non fit injuria, non itidem naturali, hactenus enim ceſſat illa fictio & per conſequentiam ceſſabit & conſenſus, & ideò uſucapiens locupletabitur cum Titii da-

tii damno, *contra d. c. locupletari de R. J. in 6.* Nec eſt ſi inſtes nihilominus tamen æquiſſimum eſſe, ut tales negligentes ſupinam ſuam ob negligentiam poſt tot elapſa tempora rerũ ſuarũ amiſſione puniantur: id n. do, at non niſi civiliter, quomodo hoc ipſũ reſtringit JC. *in l. 24. de his quæ in fraud. cred.* naturalis v. æquitas aliud dictitat, ſc. alteri per alterum non eſſe inferendam iniquam conditionem, neminem cum alterius damno debere locupletari, unumquemque liberè de re ſua ſtatuere poſſe *d. c. locupletari. l. in re. C. mandati.* Et 2. quid dicemus in ignorante & ex juſta cauſa abſente, quibus nihilominus currit præſcriptio, ubi tamen ceſſat illa negligentia. Sed manum de tabula, ad alia alibi. His præſuppoſitis videamus: An præſcriptione perimatur etiam naturalis obligatio? ita viſum *Vaſq. d. lib. 1. c. 53.* & quidem non ſine ratione: ſic argumentor: pro illo. Omnis res naturaliter per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſolvitur, *c. omnis res de R. J. in 6.* Atqui obligatio naturalis eſt ex jure naturæ. E. per jus naturale perimi poteſt. At verò uſucapio eſt etiam ex jure naturali *Vaſq. d. c.* latè: ergò & per

uſucapionem diſſolvetur obligatio naturalis, vide latè *Vaſq. d. cap. 53. à n. 4.* Aliud docet *Bald. in auth. ad hac. C. de uſur. coll. 3.* & alii relati *à Vaſq. circa pr. d. c. 53.* Et cum his an & nos tranſire poſſimus tentabimus. Sic colligo. Civilis ratio jura naturalia tollere non poteſt, *text. in* §. *fin. Inſtit. de leg. agn. tut. l. jura. ff de R. J. l. eas cauſas. ff. de cap. min. l. nil. tam de R. J. dict. cap. omnis res.* At verò uſucapio eſt civilis ratio non naturalis *Ang. & Alexand. in d. l. poſſeſſio. Accurſ. in d. l. 14.* & ex ſuprà dictis. Ergò uſucapio naturalem obligationem tollere non poteſt. Nec obſtat. *Vaſq.* allatum argumentum ut nec illa quæ latè *dict. cap. 53.* diſputat, falſo ſiquidem nituntur præſuppoſito, quaſi enim uſucapio æquitati naturali etiam conſentanea ſit, *in cap. 52.* docuit, ex quo fundamento colligit etiam uſucapionem naturalem obligationem perimere, *argum. dict. c. omnis. l. nihil.* At cum nos ſupra eam ſententiam non poſſe ſubſiſtere, docere nixi fuerimus liquet ſpontè corruere ea quæ ex illo fundamento ſtruit *Vaſq.*

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Si commiſſum ſtuprum, & de fide matrimonij data non conſtat, an reo imponendum juramentum purgationis propter confeſſionem copulæ ceſſātib. aliis conjecturis?

JUvenis amavit puellam, & carnaliter tandem eam cognovit; puella ſentiens ſe gravidam ex juvene, aut fortè hoc cum alia puella ſponſalia celebrante, interponit ſe, Thut einen Einſpruch/ ſeq; ab eo ſub fide & ſpe matrimoni futuri ſtupratam eſſe libellat, Juvenis fatetur quidem compreſſionem, ſive copulam, at ſe eidem fidem de matrimonio futuro dediſſe negat; quæritur, an ob ſolam Confeſſionem copulæ abſque aliis indiciis & conjecturis ohne andere rechtliche verdacht wider jn außgeführet/juveni imponi juramentum purgationis queat? Et quidem cum reo purgationis juramentum imponi non poſſit, niſi aliquid contra eum ſit probatum, aut

pro-

pro actore contra reum, ſtet & ſit prægnans præſumptio, *c. f. §. ult. extr. de jurej. & ibi gl. in verb. probatione lege præſenti, §. ſed ſi hoc.* (Hactenus enim ſi reus, ita gravatus omninò ſuam innocentiam juramento purgare debet, aliàs non audiendus, *l 6. C. de Proc. L. fin. C. de reb. Autor. Jud. poſſ. Aut. novo jure C. de pœnis Judic. qui malè.*) non injuria controverſum Dd. an confeſſio copulæ carnalis ſit ſatis prægnans conjectura, ut reo Juveni imponatur, purgare innocentiam juramento, ob es eine rechtliche Verdacht ſey / ob welche er ſein Gewiſſen / das er Klägerin keine Trew vnd Ehe gelobet zu reinigen / vnd zu ſchweren ſchuldig / daß er bekandt / er habe ſie fleiſchlich erkennet? Idq; eo rectius majori cum diligentia inveſtigant Dd. *cum p. 1. conſtit. 22.* Electoris Saxoniæ injungatur Judici, ut in Matrimonialibus & Criminalibus cauſis demum imponat juramentum hoc purgationis, Wo eine rechtlich verdacht wider jhn ausgeführet / *dicta Conſt. 22. p. 1.* Et quidem hujus in quæſtionis deciſione prolixus eſt *Dn. Beuſt. in tract. de Mat. c. 47. quem vide.* Ut verò & hic paucis me expediam & quid ſentiam, in medium proferam,

ram,

ram, puto referre, an conſtet de fide data, & promiſſo matrimonio, an verò dubitetur. Si conſtat res jam clara & amplius reo reſilire non licet; *textus in c. is qui fidem de Sponſal.* quin in contrarium probatio non admittitur, etiam per Confeſſionem partis *d. c. is qui fidem Fachin. l. 3. controv. c. 27.* nec relevat, ſi dicat, eam eſſe meretricem, & antea ab aliis cognitam, (ſi modò ei dans fidem qualitatem ejus ſcivit) jam etenim ſero ejus accuſat mores, quos dando fidem probat *L. 13. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. cap. quemadmodum. extr. d. jurejur.* Tantùm ſi poſt fidem illam datam eam cum aliis conſueviſſe probaret, aliud dicerem, per diſpoſitionem *d. c. quemadm. d. l. 13. §. 2.* Si dubitatur de fide data, & promiſſo matrimonio, jam diſtinguo viciſſim inter praxin & apices juris noſtri. De praxi viciſſim, aut liquet de qualitate ſtupratæ, aut dubitatur. Si liquet viciſſim vel fuit honeſta, & optimæ famæ, vel inhoneſta vilis & malæ famę. Priori caſu poſt *Beuſtium Witebergenſes* imponunt juveni juramentum purgationis in hac cauſa, licet alia probatio vel conjectura pro fide matrimonii data non adſit, modò confiteatur ſtuprum cum ea admiſſum, quaſi ſcilicet puella non præſumatur con-

concessiſſe florem virginitatis decerpere, niſi fides data eſſet de matrimonio; & ꝙ juvenis eam, quam cognovit præſumatur animo uxorio, & maritali affectu cognoviſſe, ad tollendam fornicationis præſumptionem, *d c. is qui fidem. Fach. docet 3. controv. 29.* quin cum nixus ad copulā præſumatur maritali affectu ſecutus, ut mali ſeu peccati ſuſpicio evitetur *Johannes Calderinus in c. ult. de Sponſ.* cur non multò magis coitus ipſe, ut qui matrimonii proprius ferè eſt *Fachin. in fin c. 30. l. 3.* Et certè cum virgo in dubio ſemper præſumatur ſeducta & decepta, *Trentac. l 3. reſol. de matrim n. 2.* nec præſumatur ejus voluntas, quo ad deflorationē, ſed deflorans virginem eam debeat probare, *Aretin. de malef. Alexand. Trentac. d. l.* ſtuprator eam ſpe matrimonii ad hoc facinus committendum videtur induxiſſe, & hactenus praxis non ſine colore eſt. Poſteriori caſu, ſi ſcilicet fuerit inhoneſta & meretrix, quæ multorum libidini patet *cap. vidua. diſtinct 24. gl. in c. inter opera extr. de ſponſal.* non animo maritali eam cognoviſſe præſumitur, & ideò liberatur à præſtatione juramenti; quin eam non tenetur dotare vel ducere, *Thoſ. deciſ. 3. n. 3. in 4. concluſ.* in tantum, ut ſi maximè

ximè quid ei promiſerit, id tamen ipſa exigere non poſſit. *l. generalis 28. de verb. oblig. l. 4. §. ſed. ff. de condict. ob turpem cauſam. c. fin. de pactis. Bartol. in l. idem de condict. ob turp.* ut alibi vidimus. Hæc ita obtinent; ſi conſtat de qualitate ipſius ſtupratæ. Si dubitatur de illa, an antea deflorata ſit vel non, adhuc adjudicant juramentum purgationis juveni, fortè quod in dubio quælibet perſona præſumatur bona & idonea *l. cum pater. §. rogo. ff. de leg. 2. c. dudum. extr. de præſumpt.* nec caſtitatem probare teneatur ſtupratæ *argum. eorum.* quæ habet *Alciat. in tract. de præſumpt. reg. 3. præſ. 1. & 2. Pacian. 1. de probat. cap. 53. num. 3.* Tantùm ſi juvenis velit probare, immò actricē fuiſſe malæ famę, & ante ſe etiam cum aliis eam conſueviſſe libidinosè vivere, volunt eum eſſe audiendum; Quomodo Scabini pronuntiant etiam; Dieweil aus der Regiſtratur der Acten zu befinden/ daß Beklagter bekandt/ daß Er Klägerin fleiſchlich erkennet/ ſo iſt er auch ſein Gewiſſen/ jedoch auff vorhergehende Verwarnung der Straff des Meineydes/ daß er Klägerin keine Ehe gelobet/ zu reinigen ſchuldig: Er wolle denn ſeinem Vorgeben nach ſein Gewiſſen mit beweiſung vertreten:

damit

damit wird er in Sächſiſcher friſt billich gehöret/vnd wenn Klägerin mit jhrer Nohtdurfft gehöret/ſo gehet denn ferner was recht iſt. Intra quod tempus, ſi reus probet, imò eam antea libidinosè cum aliis vixiſſe, & à præſtatione juramenti & à præſumpto matrimonio eum liberum pronuncitant; ita fermè: weil Beklagter / ſo er beweiſen ſich angemaſſet / zur Nothdurfft / erwieſen / ſo wird Er billich mit leiſtung des jhme zuerkandten Eydes verſchonet / von angeſtalter Klage der Ehe halben billich entbunden/vnd beyden theilen ſich anderweit Chriſtlich zu verehelichen geſtattet. Hæc verò non ita intelligas, quaſi ſtuprator eam vitiatam probans in totum & per omnia liberetur; (vitium enim cum admiſerit, æquum eſt, ut ob id etiam puniatur, *l. ita. ff. ad L. Aquil.*) ſed ita quod à quæſtione matrimonii promiſſi & præſumpti liberetur tantum ad quam quæſtionem etiam forma pronunciandi reſtricta in verbis: So wird er von angeſtalter Klage der Ehe halben billich entbunden; propte imprægnationem verò adhuc ſtupratæ teneatur, unde Scabini ſi abſolverunt ſtupratorem à præſumpto matrimonio, ſubjiciunt, Daß er ſich wegen der Schwängerung vnd des Krantzes halben mit

mit Klägerin auff Richterliche Ermeſſigung vergleichen ſoll / hactenus de praxi. Paucis videamus etiam de apicibus juris. De his dico, ſi maximè conſtet de actricis honeſto ſtatu & fama bona, nec etiam reus poſſit vel velit probare fornicationem ejus cum alio, quod tamen, ſi alia præter copulam non adſint indicia promiſſi matrimonii, reo juramentum purgationis non ſit imponendum, Alſo / daß Beklagter nicht wolte oder köndte mit Beweiſung / daß ſie mit andern zugehalten / ſein Gewiſſen vertretten / er doch ſolch ſein Gewiſſen / daß er Klägerin keine Ehe gelobet / zu reinigen vnd zu ſchweren nicht ſchuldig. Et ſane non adducitur ab aliis textus, qui probet copulam eſſe ſufficientem præſumptionem, ob quam reo ſit imponendum juramentum hoc purgationis. Et certè, ſi præter copulam, nullum aliud eſt indicium, ſola copula, non eſt efficax conjejectura, quod ſub fide data de matrimonio quis ſit fornicatus; ſæpius enim utraque pars, ut libidinem tantùm expleat ſuam, coit, nulla habita ſpe matrimonii; imò ex illo ipſo, quod ſui copiam facit, præſumitur parum caſta, & ideò ei ſpes de matrimonio fieri non ſolet; quomodo enim

cum hoc libidinoſè vivit; ſic etiam cum a-
l[illegible]s vivere præſumitur; malus enim ſemel,
ſemper malus præſumitur, *c. ſemel de reg.
jur in 6.* Quin circumſpectæ puellulæ nun-
quam ſolent illis, cum quibus matrimo-
nium ſperant re adhuc incerta actus con-
jugales primos (intelligo autem oſcula &
amplexus) præbere, ne, ut dixi, ſiniſtra
de eorum pudore fiat præſumptio. Nec in-
de conjectura ex copulæ confeſsione pro
matrimonio fit efficacior, quaſi virgo non
aliter præſumatur, virginitatis florem de-
cerpi concedere, niſi ſit ſpe matrimonii
futuri decepta, *argument. eorùm.* quæ ha-
het *Trentacinq. d reſol. 1. nu. 1.* Nam 1. ex di-
ctis patet circumſpectas puellas nihil mi-
nus facere, ubi ſperant nuptias. 2. Et certè
neuter ſexus ſæpius abhorret à libidine, ſed
ad eam juſto magis proclivis eſt, ut ſic præ-
ſumptio illa inverti poſsit Parum facit pro
praxi, *cap. veniens extr. de ſponſal.* ibi enim
coram pluribus fidem de matrimonio præ-
ſtitam, ſecuta eſt copula, ubi rectè ut pec-
cati ſuſpicio evitetur copula maritali af-
fectu facta eſſe præſumitur *Iach. d. l. 3. c.
30.* In noſtro verò caſu præter copulam
nullum eſt indicium pro matrimonio:
quomodo ex ſola copula matrimonium
eſſe

eſſe factum, colligere non poſſumus. Adducitur & *c. at teſtationis extr. de deſponſ. impub.* quod cum eodem modo ſeipſum explicet, nihil pro ejus ulteriori ſolutione appono. Et hæc de hac quæſtione.

QUÆSTIO III.
An Antichreſis eſt licita?

ANtichreſis eſt, *Borch. c. 6. tract. de uſur. nu. 2.* ſpecies pignoris, ita dati, ut donec ſolvatur, pignore utatur fruatur invicem uſurarum; quomodo etiam deſcribit *Bronchorſt. cent. 2. enant. aſſert. 71. in princ.* quomodo ſi 100. vel 1000. fl. civi hujus oppidi mutuo darem isq; muſæum vel totam domum mihi concederet, ut ea vice uſurarum inhabitarem, & nullam inhabitationis mercedē præſtarem, antichreſis eſt; qualis facti ſpecies proponitur in *l. 14. C. de uſur.* ut & *in l. 17. C. d. tit.* de hac quæritur, an licita ſit? Controverſia autem hic non eſt, an illa antichreſis ſit licita, ubi fructus percepti reſpondent fini legitimæ uſuræ, ſed, ubi majores & plures percipiuntur fructus, ita ut modum legitimarum uſurarum excedant, an hæc licita? Et eam admiſſam eſſe diſputat *Cujac. 8. obſerv. 17.*

 Mynſing.

Mynſing. 6. obſervat. 71. Gail. 2. obſervat. 3. Bron. d. cent. 2. aſſ. 71. Borch. de uſur. c. 6. pro quibus eſt textus *in l. 14. l. 17. C. de uſur.* Et quanquam primo intuitu antichreſis hoc in caſu, ubi majores fructus, & excedentes legitimum uſurarum modum percipiuntur ex re oppignorata, videatur eſſe contractus uſurarius, vel fœneratitius, uti opinatur *Molin. in tr. Commerc. & uſur. q. 35. n. 259.* & ideò improbandus, *arg. l. 26. C. de uſur. Molin. d. l.* Attamen re altius conſiderata, cum fructus, ſive eventum, ſive æſtimationem ſpectes, ſint incerti, & qui hoc anno vel die uberiores provenere, ſequenti pauciores & minores ob Θεοβλάβειαν vel aliam vim majorem eſſe poſſint, *l. 25. §. 6. l. ex cond. 15. § ſi vis cum ſequenti ff. loc. l. 8. C. d. t. l. 17. C. de uſur. Cujac. 15. obſerv. 28. Borch. d. l. Bronch. d. aſſert. 71.* patet eam ſatis eſſe rationi & æquitati conſentaneam. Scilicet in quocunq; cõtractu ad eum ſpectat commodum, ad quèm & incommodum & damnum ſpectat, is eſt rationi & æquitati naturali conſentaneus, *l. 40. de regul. jur. d. l. 17.* At verò hoc fit in antichreſi ex dictis. E. Quod hactenus tamen admitto; ſi modò fructuum quantitas & ubertas ſit incerta & dubia; alioquin ſi certò certiùs ſit fructus

ctus annuos rei vel ſemper, vel ut plurimùm legitimum uſurarum modum ſuperaturos cum *Donello in tract. de pign p. 155. & c. 4. de uſur. p. 23.* dicerem imò hactenus antichreſin eſſe iniquam, & ideò fructus ad legitimum uſurarum modum eſſe revocandos. *Donellus l. 1. §. 3. de pignor.* Cui neſcio, an non ſatisfecerit *Cujacius*. Et ſanè cum in ſpecie, *d.* §. 3. fructus non invicem uſurarum, citra illarum ſtipulationem percipiantur, (quomodo contrahitur antichreſis) neſcio, an in *dict.* §. caſum contractæ antichreſios ponere queamus. Fortiùs fundamentum ſuppeditant mihi ipſi diſſentientes; in illa ſiquidem ratione antichreſin etiam illam, in qua copioſiores fructus proveniunt, fundant, quod fructus incerti ſint, & qui jam copioſiores ſunt, poſtea pauciores eſſe poſſint, *d. l. 15. §. 1. d. l. 25. §. 6. d. l. 17. Mynſ. d. l.* qua ratione aſſumpta, ſic pro *Donello* diſputo: Si ideò antichreſis licita, quod fructus ſint incerti & modò majores, modò tenuiores eſſe poſſint, *Cujacius d. l. 8. obſ. 17. Mynſing. d. obſerv. 71.* Ergò ubi fructus certi, & quidem ſemper majores & excedentes modum uſurarum legitimum proveniunt, eadem illicita erit: ceſſante ſiqui-

dem ratione deciſivâ, & ipſa deciſio ceſſare debet. At verò in facti ſpecie *Donell.* certi ſunt fructus, & quidem majores, (talem enim caſum cum eo præſupponimus.) E.& hanc argument. ipſe Imperator in *dict. l. 17. C. de uſur.* innuit, quando inquit, obtentu majoris percepti emolumenti propter incertum fructuum eventum, reſcindi placita non poſſe. Ergò à contrario ſenſu, ſi illorum eventus non incertus, ſed certus (quibus in terminis nos cũ *Donell.* diſſerimus) contrarium erit dicendum. Nec relevat quaſi ob vim divinam, quandoque pauciores naſci poſſint, *d. l. 15. §. 1. d. l. 25. §. 6. d. l. 17.* Etenim cum id rarius fiat in noſtro caſu, ut plurimum verò vel ſemper majores proveniant, ad hos, non ad illos erit in antichreſi attendendum, *arg. l. 4. 5. 6. ff. de ll.* & ideò non permittenda obtentu minoris percepti emolumenti, *dict. l. 17.* Tantùm ſi prona debitoris voluntate fructus illi majores perciperentur, dicerem hactenus illam antichreſim non eſſe reſpuendam; hic enim qui modum excedunt, ſunt moderati & juſti, quàm reſtrictionem ſcio habere fundamentum, *in l. 14. C. de Uſuris.*

QVÆ

QVÆSTIO IV.

An verò creditores habentes antichreſin expreſſam, debent de fructib. rationem reddere, eosq́; computare in ſortem?

MOdò viſum obtentu majoris percepti emolumenti propter incertum fructuum eventum antichreſin non eſſe illicitam & reſcindendam, *d. l. 17. C. de uſur-* jam ulterius progrediamur inquirentes, an ratio de illo majore emolumento reddenda, idq́; in ſortem computandum. Sic ſcio communionem pro 50. Joachim. ruſtico conceſſiſſe prati uſumfructum, cui ſe ad 10. vel etiam 12. fl. extendebat; quæritur ergò, an communio illa, petens commodum excedens in ſortem computari, quando redimere vult id pratum, ſit audienda? Id in ſortem eſſe computandum videtur velle, *gl. in artic.* ſandr. *l. 1. num. 6. Zobel. in ad. ibidem Mudæus in c. de pact. pign. & hyp. nu. 63.* quod in tantum credit verum, *Mudæus d. l.* ut ſi maximè in mutuo, ita conveniſſet, pactio tamen illa non debeat eſſe rata, nec ratio *dict. l. 17.* ibi ſit attendenda. Ego poſt

gloſſam in l. 17. de uſur. & Joh. Gloſſ. puto referre, an fructus v. g. prati pro pecuniâ conceſsi, & certi & ſemper majores ſint legitimis uſuris, an verò illorum eventus ſit incertus, ita ut modo majores, modò pauciores eſſe poſsint. Priori caſu id quod excedit in ſortem computandum argumento eorum, quæ quæſtione præced. tradita & quæ habet *Molinæus q. 35. fac. d. l. 17. C. de uſur.* Nec enim ſtipulatio vel pactio in fraudem uſurarum eſt alicujus momenti, *l. 26. C. d. t.* At verò talis hîc fieret. E. poſteriori caſu excedens emolumentum non eſt computandum, *gloſſ. in d. l 17. Mynſing. d. obſ. 71. Gail. d. l. 2. obſ. 3. Cujacius 3. l. obſ. 35. & 16. obſ. 35. Weſenb. in parat. de pign. n. 5.* ꝙ ut LL. Civilibus congruum, *l. ſi is qui. §. 1. ff. de pign. l. 17. 14. Cod de uſur.* Ita ab æquitate naturali non abhorreret. Etenim ſecundum hanc qui timet periculum, & ſentit damnum, is etiam commodum ſentire debet, *l. 10. de reg. jur.* At verò ruſticus e. g. in ſuperiori facti ſpecie neceſſum habuit timere, ne ſibi omnes fructus facta inundatione tollerentur, aut ſolis fervore deſueto minores provenirent, *d. l. 15. §. 1. l. 25. §. 6. ff. locati. l. 8. d. t.* E. ſi quandoque copioſiores proveniunt, commodum quoque

que ad eum pertinebit, nec obtentu majoris emolumenti placida erunt reſcindenda *d. l. 17.* Nec eſt, ſi dixeris, pro ruſtico quidem, ita diſputari in terminis juris noſtri Civilis: At aliud eſſe dicendum ex Conſtitutionib. noviſsimis, quibus ultra quincunces de centum exigere non poſsimus, & quibus omnes contractus uſurarii ſint interdicti. Conſtitutio enim Torgenſis diſertè cavet: Daß alle wucherliche Contract vnnd vnzimliche Pacta / Thewrung vnnd Handlung wie die genandt werden mögen / ſollen nichtig ſeyn. §. ſetzen; Item: Daß man vber 5. fl. Zinſe nicht erkennen / oder rechtlich ſprechen ſoll. §. Als haben. Etenim cum correctio ſit vitanda & reſtringenda, *And. Khol. exerc. legal. 1.* & verò *dict. Conſtit. Torg. de uſur. contract. & pact.* illicitis loquatur, talis verò non ſit antichreſis expreſſa, ubi incerti fruct', ſcitè *Borch. d. l. Cujac. d. l.* dicerem illa jus antichreſeos non eſſe ſublatum. Sic ſcilicet quod ſpecialiter poſterioribus L L. expreſſum non eſt,; id veterum Conſtitutionum regulis relinquitur, *l. præcipimus. C. de appell. l. ſancimus 24. C. de Teſt.* At verò conſtit. noviſs. jus antichreſeos, de quo in *d. l. 14. & d. l. 17.* non eſt ſublatum. E.

QVAESTIO V.

Incarcereratio an meri an verò mixti Imperij?

AD mores noſtri temporis ſi reſpicio, videtur incarceratio eſſe referenda ad merum imperium potius, quàm mixtum; Illa ſiquidem multorum carcerum eſt qualitas hodie; ut malefici, ita in illis affligantur & premantur, ut ſæpius malint mori quàm diutiùs in illis hærere: Hinc ſic: ubi eſt cohercitio criminum facinoroſorum, ibi eſt merum imperium, *l. 3. ff. de Juriſd.* At incarceratio de moribus eſt cohercitio criminum. E. Et inde eſſe arbitror, ꝙ aliqui Dd. carceres inter ultima ſupplicia referunt *Scipio Gentilis lib. 3. c. 7. de juriſd.* & Innocentius morti comparat *in c. qualiter. extra de accuſat.* Et de his defendi poteſt illa Dd. diſtinctio; qua carcerem vel pœnæ vel cuſtodiæ vel pœnitentiæ eſſe volunt *Hippolyt. in pr. crim. §. attingam nu. 26. & ſingul. 565. Romanus ſing. 711. Colerus part. 1. proceſſ. 6. nu. 6.* At de jure civili aliud eſt dicendum, *l 9. in fine. ff. ad l. Jul. peculatus l. aut damnum. §. ſolent. de pœnis.* Sic argum. ubicunque non eſt pœna non cohercitio crimi-

criminum, vel animadverſio in facinoroſos, ibi non eſt gradus meri imperii; hoc ſiquidem eſt poteſtas gladii ad animadvertendum in facinoroſos, *d l. 3.* At carcer non eſt pœna, nõ animadverſio in facinoroſos, *l. 6. §. ejus. 7. ff. de injuſto. l. 8. §. ſolent. ff. de pœnis. l. 1. de cuſtod. reorum.* E. Nec movet, ſi dixeris, ut pœna aggravetur & magis homines affligantur ob delicta, eos mancipari durioribus carceribus, & ideò cum hodie ſit pœna eſſe meri & non mixti imperii. Nam ut ſub princ, hujus q. dixi, id fit de moribus & facto; Nos verò quærimus de jure. 2. diſtinguo inter uſum & abuſum carceris: Abuſus eſt facinoroſi cohercitio; uſus verò cuſtodia ejuſdem *d. l. 7. §. ejus d. l. 1. de cuſtod. reor. l. 8. §. ſolent. ff. de pœnis*, *etiam de Jure noviſſ.* Peinliche Halſſ. *Art. 11. in verb.* iſt zu mercken / daß die Gefängnis zu behaltung vnd nicht zu ſchwerer gefehrlicher Peinigung der Gefangenen ſollen gemacht werden. Nec ſtringit, ſi dixeris, non tantùm de moribus, ſed etiam in jure noſtro civili incarcerationem eſſe pœnam, *l. 1. ff. de aleat. l. 39. ff. de injur.* Nec enim id *d. ll.* probatur: & ſi maximè probaretur dicerem, ibi notari abuſum carcerum, non etiam verum uſum per *d. l. 8. §. 9. & dict. l. 1.*

pro-

propter ſolitudinem ſc. & tentationes varias ex accidenti eſt loco pœnæ, *Weſenb. conſ. 44. Gail. d.pp. l. 2. c. 1. n. 22. Lancil. 2. de car. nu. 3. Borch. de feud. c. 8. n. 113.* 2. Et ſanè dicta *lex 8.* tantum probat violantem imaginem Principis poſſe incarcerari; an verò incarceretur, ut puniatur, id ibi non habetur. Dicimus ergò id fieri ob cuſtodiam, ne in uſum carceris impingamus. Sic non obeſt *d. l. 1.* in ſua enim eſſentia carcer eſt cuſtodia: ex accidenti verò pœna. 2. Ibi eſt loco pœnæ. E. non pœna ipſa. Et certè, ut contineatur homines & convicti puniri poſſint inventi ſunt carceres, *toto titulo de cuſt. reor. d. l. 8. §. 9.* & ita hodiè etiam uſurpari debent, *d. artic. 11.* 𝔓. 𝔥. 𝔒. Hinc ſic: quicquid ob aliquod eſt, id non eſt id ipſū ob quod eſt, at incarceratio fit ob pœnam & animadverſionem facinoroſi. E. non eſt pœna & animadverſio ipſa, & per conſeq. non erit imperii meri.

QVÆSTIO VII.

An judex quandoque licitè ſecundum ſuam conſcientiam judicare poteſt?

Ut in

UT in hac Quæſtione, quæ ob varias & diverſas *Dd. limit. & reſtit.* de quibus *gloſ. in c. 1. verb. Canones extr. de offic. ord. & in c. Paſtoral. verſ. quia v. verb. eand. de offic. deleg. & in clem. appellanti. de appell. Bart. in l. 1. C.* ut quæ deſunt Advocatis. *S. Thom. 2. q. 64. art. 6. ad 3. arg. Cor. l. 4. miſc. c. 20. à n. 2. Vaſq. 1. ill. 14. poſt. n. 1. Hot. q. illuſt. 27. Guid. Papa deciſ. 29. Cynus in l. un. n. 3. C. ut quæ deſunt Advocatis. Morla in emp. Juris tit. de Juriſ. om. Jud. q. 1. à n. 27. cum ſequentibus* (quæ an omnes tolerari poſſint, *ex reſol. hujus quæſt.* patebit, & an curandæ, peculiariter notabo pagellarum anguſtia quantum admiſerit) eſt admodum varia, intricata & obſcura, veritas unicuiq; facilè innoteſcere poſſit: puto exactam terminorum, hoc eſt, propriæ conſcientiæ judicis, & actorum ſeu probationum oppoſitionem eſſe faciendam; ita ut Judici manifeſtò ſecundum omnes circumſtantias de facti veritate, aut rei accuſati innocentia liqueat; acta verò & probata clarè contrarium, & quidem falſum indicent: Hîc jam quæritur, an judex potiùs ſecundum ſuam conſcientiam, an verò acta & probata judicare debeat? Finge puellam alicujus homicidii extra urbem nocte facti ream agi,

& ex

& ex actis & probatis convinci; judici verò coram quo accuſata, manifeſtè conſtare, quod ea homicidium non admiſerit; ut quæ nocte eàdem apud ſe manſerit, & quidem inſomnis per totam noctem; quæritur, an judex ſecundum proceſſus probationes innocentiſſimam puellam condemnare; an verò ſecundum ſuam conſcientiam, in qua ſcit puellam, id homicidium non admiſiſſe, eandem abſolvere debeat? Secundum proceſſus probationes judicem judicare debere vult *gloſſ. in d. c. 1. de offic. ordin. & dict. cap. Paſtoral. & Canoniſt. ibid. Sotus l. 5. de juſt. & jure q. 4. art. 2. Thomas d. l. Julius Clarus l 5. ſent. §. fin. q. 60. n. 2. Covarruv. 1. reſol. 1. nu. 6. Caeber. deciſ. 1. n. 43. Pacian. 1. de probat. 4. n. 7. Morla d. l.* & alii plures à Morla & aliis allegati. Verùm hi videntur errorem veritati & injuſticiam juſticiæ præferre, unde non injuria hic à Dd. erratum eſſe ait, *Arum. in add. par. diſput. Juſt. 6.* Dico igitur judicem in exacta hac terminorum oppoſitione debere judicare ſecundum ſuam conſcientiam, & non ſecundum acta & probata; quomodo etiam docet *gloſſa in l. lex. quæ §. ſed & ſi C. de adminiſt. tutorum. Felinus in d. c. paſtor. Johan. Oldendorpius in tract. de hat re. Hottomannus*

mannus d. q. 27. Vaſq. dict. c. 14 Coraſius 4. miſc. 20. Reyer. in theſauro in verb. de judic. Arum. d. l. Vervius in diſput. 15. proceſſus. n. 24. & alii relati ab Auguſtino, Morla. d. q. 1. Et certè hæc ſententia pluribus iisq; firmis nititur rationibus, quas vide apud *Hottom. d. q. 27. Coraſ. d. c. 20. Morlam q. 1. Arum. d. l.* Ego hic una vel altera contentus ero, & quid contra excipiatur, paucis videbo. Sic colligo. Aut judex in hac exacta terminorum oppoſitione non debebit judicare ſecundum acta & probata; aut excuſabitur præferens errorem veritati; aufferens rem ſuam alicui iniq; occidens innocentem crudeliter, dimittens nocentem impunitè. At abſurdiſſimum & impium judicem præferre errorem veritati poſſe, *Deut. 3. & 25. Eccleſ. 4. c. conſuetudo. 8. quæſt. 3. Socrates in com. Boetii de conſul. Philoſ. l. 1. proſa. 4.* innocentem ſcienter occidere, *Exod. 23. & ibi Lyra l. 10. §. 1. de J. & J.* facinoroſum impunitum dimittere, *l. abſentem ff. de pœnis. l. ita. ff. ad L Aquil.* alicui jus ſuum ſine cauſa aufferre, *d. l. 10. §. 1. l. 7. de R. J.* E. & impia & abſurda ſententia erit judicem debere in hac noſtra terminorum oppoſitione exacta ſecundum acta & probata, & non ſecundum conſcientiam & veritatem judicare:

care: Hac quippe admiſſa dicta ſequuntur abſurda. Quod argumentum puto ſatis firmum, & neſcio an infringatur; ſi excipias cum *Morla. dicta. q. 1. n. 38.* judicem judicando ſecundum acta & probata non facere contra veritatem, non mentiri, non occidere innocentem; cum judex teneatur in judicio fidem adhibere his quæ ut judex cognovit, hoc eſt, quæ probata & acta; non his quæ ut privatus, h. e. quæ habet in ſua conſcientia & ipſa veritate, hæc vero cum innocentem faciant reum criminis, patet judicem non innocentem, ſed nocentem (intellige proceſſivè) condemnare; Ita *Morla d. l.* quam ſolutionem innuit etiam *gloſſa in d. c. 1. de offic. judicis ordin.* Nam 1. in his *com. petit. prin.* & per id, quod eſt in quæſtione reſpondetur. E. hactenus malè. Dico enim non eſſe ſecundum acta & probata judicandum, quia ſequeretur judicem poſſe contra veritatem ſtatuere, innocentem condemnare; quæ cum ſint abſurda. Ergò & abſurdum erit, judicem acta ſequi debere? Replicatur imò eum non ſtatuere contra veritatem, nec innocentem occidere; quia teneatur in judicio fidem adhibere his, quæ ut judex cognovit, non quæ, ut privatus: ita *Morla dict. quæſt. 7. nu. 29.*

ubi

ubi vides manifeſtè per id, quo de quærſmus reſponderi; At hoc malè fieri ex Logicis novimus. 2. *poſt gloſ. in d. c. 1 de offic. ordin.* diſtinguit *Morla d. l.* quaſi ſcilicet judex aliud ſciat, ut judex, hoc eſt, ſecundum probationes proceſſus informatus, & aliud ut privatus; Et ſic duplicem facit ſcientiam, privatam ſcilicet & publicam: Qua *de diſtinct.* in qua penè ſe fundant totos valdè dubito. Et boni Logici fortè non admiſerint eam: Et quidem non immeritò. Sic procedo. Ut ſe habet eſſe ſeu res extra mentem, ita ſe habet ſcientia; ſeu ut res ſe habet in eſſe, ita etiam incognoſci *Taur. 2. Alp. Cæſar. quæſt. 6.* Scientia ſiquidem refert rem extra mentem, *Zabarell. 1. de Natur. Logic. c. 3.* & eſt ſymbolum rei extra mentem; At ſymbolum omne debet correſpondere ei, cujus eſt Symbolum, *Heſſelbein. cap, 6. theor. Log p. 388.* Atqui verò res hic eſt ſimplex eſt una & eadem. E. etiam ſcientia erit una & eadem: τέμνεται γὰρ ἡ ἐπιστήμη ὡς τὰ πράγματα, *Ariſtoteles 3. de anima tit. 38.* & τοσαῦτα μέρη τῆς φιλοσοφίας ἐστὶν ὅσαιπερ αἱ οὐσίαι *Taurell. contra Cæſalp. pag. 29. ex Ariſtotele 4. Metaph. cap. 2.* Si ergò una. E. non diſtinguitur, multiplicia ſiquidem diſtinguuntur

 tan-

tantum, *Scaliger Exercit. 65. Sect. 5.* & per conſequens non alia erit privata alia publica. Quin cui ſcientiæ & conceptui non reſpondet res, illa vana & nulla eſt. At ſcientiæ publicæ, quam urgent diſſentientes, nulla reſpondet res. E. eſt vana. In terminorum ſiquidem noſtrorum oppoſitione ponimus cum Dd. hoc vel illud non ita ſe habere puta puellam *Seium* in rei veritate non occidiſſe, ubi ſi illius ſcientiam publicam habere judicem aſſerimus, quaſi ſcilicet puella *Sejum* occiderit, cum ita actum & probatum ſit, manifeſtè ponimus ejusmodi ſcientiam, cui non reſpondet res ſeu ſcibile, contra omnia principia. Nec relevat, ſi fortè dicis, illam ſcientiam publicam fundamentum habere in actis & probatis, quaſi in judicio eam, quam tamen judex ſciat innocentiſſimam, *Sejum* occidiſſe probatum ſit. Etenim notandum & ipſam probationem, ipſum teſtimonium eſſe relativum, quod viciſſim omne fundatum debet eſſe in quodam abſoluto; At verò hîc deficit abſolutum & res; verè enim puella, verb. grat. eſt innocens. Ergò deficiet & relativum, ſcilicet teſtimonium. Excipi poteſt probationem eſſe ejus,

quod

quod in controverſiam deducitur legitimam factam demonſtrationem, *Mynſing. ad Rubric. extra de probat. c. 19. leg. 27. Cod. de probat.* At verò hîc ejus, quod deductum in judicium ſcilicet hanc commiſiſſe homicidium, eſt legitimè demonſtratum. E. At non ferit: Notandum enim, quod requiratur, ut judici legitimè fiat demonſtratio *dict. leg. 12. ff. de probat. l. 1. Cod de condict. ob turpem cauſam, Mynſing. dict. l. num. 7. Duaren. cap. 2. de probat.* At vero, quomodo dicere poſſumus, hanc ei factam, ubi clarè ſcit rem aliter ſe habere. ſcilicet 1. nulla eſt probatio, quæ non conſentit cum re, cujus eſt probatio: Eſt enim omnis probatio rei probandæ ſymbolum & teſſara; at hoc omne debet correſpondere ei, cujus eſt Symbolum. Jam verò quo ad judicem, non congruit probatio illa cum re, cujus eſt probatio (res quippe eſt accuſatam non eſſe nocentem; probatio verò eſt, imò eam eſſe ream.) E. non hactenus facta judici probatio. 2. Quin reſpectu judicis hic illa probata, non ſunt probata; hæc enim ſunt propriè rei, quæ probanda conſenſus, ita ut tunc verè dicantur probata, ſi rem, ut in ipſa veritate eſt judici demonſtrent.

At verò hic judici non demonſtrata eſt res, ut ſe habet in ipſa veritate & conſcientia. Ergò hic probata non ſunt probata. Nec moveat, ſi replicetur, teſtes hic veritatem judici feciſſe, ut in quorum duorum vel trium ore ſtet omne verum, *Deuter.19. verſ. 15. Matth. 18. ver. 16. leg. 15. de teſtibus. cap. 23. cap. 28. extr. de Teſtib.* Id enim falſum eſt hic Judici factam eſſe veritatem. Eſt ſiquidem una & ſimplex, non multiplex veritas, *Gœddæus de contrahent. ſtip. in proleg. num 33. Timpler. 2. Metaph. 8. quæſt. 9.* At verò hic Judex ſcit, accuſatum eſſe verè innocentem, & ſic rem aliter eſſe, quàm teſtes deponunt. Ergò aliam veritatem, hoc eſt, eam eſſe nocentem teſtes efficere nō poterũt. Et ſanè licet 100. vel 1000. homines dicerent, eum eſſe nocentem, quem judex ſcit veriſſimè (ut oppoſitio terminorum requirit) innocentem, nunquam tamen judici, illi facient veritatem, & innocentem nocentem eſſe efficient; Nec enim veritas errore deletur *arg. t. t. l. 2. 6. 7. 14. C. de ingen. manumiſſ.* & veritas eſt rerum non opinionis *Timpl. 2. Metahp. c. 8. q. 8.* Non enim opinio facit rem, & verum *Scalig. Exerc. 18.* ut nec veritatem oratio ſeu teſtimonium, ſed hoc verum eſſe rei veritas *Ramus in*

ſcholiis

ſcholiis Dial.cap. 6. Paucis, opinio non facit rem, oratio non veritatem Metaphyſici communiter. At verò depoſitio teſtium eſt opinionis. Eſt orationis. E. & per conſequens cum judici certò conſtet accuſatum eſſe innocentem, eum ſuo teſtimonio & ſic oratione ſua, nocentem non officient. Non enim, quia teſtes, licet 100. ſint, deponunt, me eſſe furem ego fur ſum, & illi verum dicunt; ſed quia ego ſum fur, ideò illi deponentes hoc, verum dicunt; Oratio ſiquidem dependet à veritate, & non contra veritas ab oratione: Et quomodo re facta, verborum artes nil proſunt, *Felinus in c. quæ in Eccleſ. nu. 86. de conſtit.* ita nec re non facta. Manet ergo teſtes judici in noſtro caſu, non facere veritatem, & ſcientiam publicam, qua ſecundum proceſſum ſciat judex innocentem nocentem eſſe vanam; Et per conſeq. manet allatum fundamentum, quod aut ſecundum acta & probata in hac exacta terminorum oppoſitione non debeat judicare judex, aut excuſetur innocentem condemnans contra *c. 23. Deut.* & veritati falſum præferens contra *cap. 3. & 23. Deut. c. 4. Eccleſiaſt. c. qui ſcand. de R. J. in 6.* Non ſuperiorem exceptionem juvat, ſi dicas quaſi cum ſolus judex hic ſit

à parte accuſati: (at innocentis) contra eum verò ſtent plures teſtes contrarium atteſtantes; & verò oculi plus videant, quàm oculus & unus vir ſit nullus vir, adhuc potiùs ad depoſitionem teſtium, quam ad ſcientiam propriam attendere debeat, maximè cum illi præſumantur boni & veri, *argum. d. c. dudum. de præſumpt.* & contra judicis ſcientia fallere poſſit *dict. l. 12.* nam exacta oppoſitio terminorum ſuperius poſita hanc inſtantiam cum aliis ſatis redarguit. Ponimus enim judici manifeſtiſſimè de accuſati & convicti per falſa probata innocentia conſtare; quomodo teſtes quicquid mentiantur, ſemper tamen judex certus eſt. In dubio damus judicem ab actis recedere non debere *l. 10. §. fin. ff. de eden. l. 6. 14. ff. de probat. cap. ſummopere 11. quæſt. 3 cap. judicet 3. q. 7. cap. ſi tantum. 6. q. 11. gloſſ. in d. c. judicet. L. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſ. Morla d. q. 1. Trentacinq. reſol. 1. de probat. l. 2.* At hìc non verſamur in dubio, ſed in ipſa veritate; volumus enim judici certiſſimo conſtare de innocentia accuſati falsò convicti, & ſic probatorum falſitate, quomodo hìc ſemper potiùs ſecundum ſuam conſcientiam judicabit, quàm probata falſa, niſi in-

nocen-

nocentem condemnare velit contra *d. cap. 23. Deut.* Fortius urgeri volunt hanc noſtram ſententiam *l fin. C. de app. §. fin l illicitas §. veritas. ff. de offic. præſ. l. 3. c. de util ſtipul.* Ex quibus ſic colligunt, ſi judex non ad modum ſuæ rationis, ſed ad veritatis indaginem, *d. l. fin. §. fin.* & ſecundum ea, quæ probabuntur, *d. l. 6. § 1. de off. præſ.* ſententiam ferre debet; non poterit judicare ſecundum ſuam conſcientiam; Hactenus enim ſequitur modum rationis ſuæ contra *dict. §. fin. l. fin.* At eſt prius *dict. l. fin. §. fin. d. l. 6. §. 1.* E. At hoc ipſum argum. contra diſſentientes ſtringit: Secundum enim veritatis indaginem judicare debet *dict. l. fin. §. fin. dict. l. 6. §. 1.* At verò veram judicis eſſe conſcientiam præſupponimus, falſa verò probata & acta. E. ſecundum conſcientiam & non probata falſa judicabit *d. l fin.* Nec eſt, ſi urges *in d. l. fin. §. fin.* manifeſtè excludi conſcientiam in verbis: non admodum rationis, ſed ſecundum veritatis indaginem: Modus enim rationis non notat conſcientiam veram, ſed libidinem & affectus judicis, quaſi ſcilicet ob hos veritati præjudicium facere non debeat: Quomodo hic erit ambiguitas. 2. Damus Præſidem acta ſequi debere, ne dolo &

errore geſtorum vitietur veritas *d. l. 6. §. 1.* modò viciſſim detur, ſi eadem iis obumbretur judicem ea ſequi non debere. *Coraſ. l. 4. Miſcel. c. 20. n. 10.* cum inducta ad unum effectum contrarium ejus non debeant operari. Et tandem benè inverti poteſt. *d. l. 6. §. 1.* Ut videre eſt apud *Arum. d. l.* Non urget *c. 1. de off. jud. ord.* ut inſpicienti verba ejus patebit, ut enim ea, quæ Deo placita ſunt faciat judex, diſponit. At verò quis dixerit Deo placere innocentem ex falſis actis trucidare? Aliud *d. c. 23.* innuit. *C. Paſtoral. de off. deleg.* eſt difficilius. Alii ad cauſas civiles reſtringunt: At neſcio an commodè ob verba ejus quæ generalia. Alii in terminis executionis rei judicatæ, aliud receptum eſſe ajunt; & in his loquitur *d. c. Paſt.* quibus in terminis nos non diſputamus. Si nec hæc arrident, an cum *gl. in d. c. Paſtor.* te expedire poſſis vide. Ad alia capitula, *vide Coraſ. d. cap. 20. Arum diſp. Juſtin. 20. q. 3. & alios.* Id obſtat, quando dicunt neminem eſſe ſimul teſtem & judicem, *l. nullus 10. de teſt.* quod tamen fieret admiſſo judicem ſecundum cõſcientiam judicare debere. Et ſanè Dd. in hoc puncto ſunt varii: Alii dicunt, judicem à judicando abſtinere debere & ſibi non li-

quere

quere pronunciare: quomodo volunt *Aulus Gell. l. 14. noct. c. 2. Alciat. in l. inter 179. ff de verb. ſign. Coraſ. 4. Miſc. 20. Borch. de jurej. c. 8. n. 29.* Et quidem poſt concluſionem in cauſa, *Jaſon. in l. Pompon. 36. de re jud.* Quod nō placet Thomiſtis, ut ait *Morla d. q. 7. n. 13.* Et rectè. Nam cum ei maniſeſtiſſimè conſtet de innocentia & veritate: (ut nos diſputamus) quomodo abſq; mendacio dicere poteſt ſibi hac in cauſa non liquere, ſi modò verum mendacium eſſe, ubi aliud dicitur, quàm ſcitur *l. ult. de rei vind.* At in alterius perniciem mentiri non debebat, *c. 1. de crim. falſi*; Eſt enim hoc peccatum mortale *Thom. 22. q. 69. art. 1.* 2. ei cordi debet eſſe cuſtodia veritatis, ita ut ſecundum eam ſemper pronunciet, *d. l. judicet. 3. q. 4. l. fin. C. de app.* At quomodo ſi ſibi non liquere contra conſcientiam pronunciat? Unde hoc durum eſſe, ait *Morla d. q. n. 33.* Adducunt Dd. pro ſe *l. 13. §. ult. de arb. l. 36. de re jud.* At quo colore ipſi viderint: In *dd. ll.* non conſtabat de cauſa judici: quomodo rectè ſibi non liquere pronuntiat *d. l. 13. § fin.* At ſecus hîc, ubi omnia clariſſima. Alii dicunt judicem debere judicis perſonam deponere, & teſtis aſſumere *Hottom. d. q. 27. Cujac. l. 12. c. 19.* At & hoc

alii non admittunt. Et certè cum unius teſtimonium vel nullum ſit, *l 9. C. de teſt. c. 10. c. 23. extr d. t.* aut etiam planè non admittatur *d l. 9.* aut plurium contrarium deponentium fidem diminuere non poſſit *Anton de But in cap. in noſtra de teſt. Mynſing. 1. obſ. 93.* hactenus malæ innocentiæ accuſati convicti conſulet: Unde non injuria hoc remedium lugubre dixit *Vaſq. d. contr.* At cum unius teſtimonium non omninò rejiciatur, ſed vel ſemiplenam probationem facere notent *Speculator de teſt. §. 11. n. 11. in fin Maſcar. de qq. quæſt. 11. n. 2.* aut ad minimum rem dubiam: Et verò in dubio potiùs reus ſit abſolvendus *l. abſentem. ff. de pœn.* tentari poſſet, quaſi judex aſſumens perſonam teſtis non ſit omninò fruſtrà: Idque eſt magis hîc dicendum, cum teſtis noſter ſit perſona honeſta, & autoritatis ſummæ, ad quæ omninò in dijudicanda veritate volunt addendi, *l. 2. l. 3. de teſt. Mynſing. 1. obſervat. 93. & 4. obſervat. 38. nu. 2.* Nec turbat unius teſtimonium plurium contrarium deponentium fidem diminuere non poſſe, *Mynſing. dict. obſerv. 93.* Equidem in dubio id veriſſimum eſſe agnoſco, & quando aliter judici non conſtat, hactenus enim ſecundum Canones judicare

debet

debet *c. 1. de off. ord.* qui unius teſtimonio præferunt duorum vel plurium, *l. 12 de teſt. cap. 12. dict. tit.* At aliud dicendum, quando verò ſimiliter de veritate Judici conſtat, & videt unius teſtimonium rei veritati magis congruere, quàm trium vel plurium; ibi enim rectè plurium, præfert unius teſtimonium. Subſumenti ſubſtituto judici de rei veritate nihil conſtare & ideò eum plurium teſtimonium potius ſequi debere, *d.l.12.d.c.10. & 12.* quàm judicis & unius ut: Regere, eidẽ de veritate v. ſimiliter liquere poſſe, ſi is qui erat perſona publica & ſummæ autoritatis pro ea diſponat, cujus teſtimonium, cum ſit aliis major, benè aliorum præfert, *arg. d. l. 2.* eiq; cum ſit vir bonus, qui conſulta patrum, qui leges juraq; ſervat, & cujus arbitrio, uti viro bono ll. non deciſa committuntur *l. 1. de jure delib. l. hodie de pœnis* tutò credit. Nec enim verò ſimile talem virum integerrimum & magiſtratum falſum dicturum. Et ut maximè non vincat plurium fidem, *Mynſing. dict. l.* ad minimum tamen cauſam dubiam & fidem illorum incertam reddet: ubi judicis partes ſunt, ut potiùs abſolvat, quàm condemnet, *l. 11. ff. de pœn. l. ſemper de R. J.* quomodo adhuc innocenti conſulitur.

fulitur. Ita probabiliter diſputari poteſt; interim neſcio, an falſus ſim aſtruens judicem ſecundum quod ſibi videatur judicare debere. Sanè *lex 3. §. 1. & 2. ff. de teſt. lex ſi unquam. C. admitti. ubi Decius l. qui ſi unquam. §. ad offic. ff. fi. regund. l. 1. ff. ad SC. Turp. aut. hodiè. C. de judiciis.* in verbis ſe facturos ſecundum quod eis viſum juſtius & æquius, *c. 1. de off. ord. c. judicet. 3. qu. 8.* hanc ſententiam, non pro rejicula habendam eſſe innuunt. Et hæc de hac quæſt.

QVÆSTIO VII.

An in cadavera eorum, qui conſcientia ſceleris ſeipſos ante executionem interficiunt vel aliàs naturali fato in carcerib. mortui reperiuntur, animadverti poteſt?

QVa de Quæſtione videre poteris *Baldum in l. 2. num. 2. Cod. qui teſtamentum facere, Cagnol. in l. pupill. §. in hæred. num. 2. de R. J. Boſſip. in pract. crim. de excut. ſent. num. 18. Imola. in l. defun. num. 1. de pub. jud. Menoch. de arb. jud. l. 2. Caſu. 285. Tiraquell.*

queſt. de pœn. cap. 49. n. 42. Clar. pr. crim. q. 51. nu. 15. Weſenb. in parat. de cadaver. pun. Treutl. volum. 1. diſp. 3. th. 5. l. B. In hac quęſtione in præſenti diſtinguo inter regulam & exceptionem, de illa dico judicem non rectè poſſe in cadavera ſceleratorum ſævire *Dd. ad L. 3. de juriſd. Boſs. in tit. de accuſ. n. 33. Azo in ſumma Cod. ſi reus accuſ. Weſenb. in paratit. de cadav. pun.* regulariter, quippe crimen cum pœna extinguitur morte, *l. 2. 3. 4. 5. C. ſi reus vel accuſ. ibique Azo* Hinc ſic, ubicunque non eſt crimen, ibi neq; ejus poteſt eſſe cohercitio: Hæc ſiquidem omnis criminis cujuſdam eſt, *l. 1. l. 2. de ll l. ita. ff. ad l. Aquil.* At verò in cadavere famoſi latronis non ſupereſt crimen; Eſt quippe extinctum morte *d. l. 2. d. l. 3. l. 4.* quod verò jam extinctum eſt, non amplius ſupereſt. E. In cadaver non regulariter animadverti poteſt: Et inde Aſſeſſores, qui contra faciunt, injuriarum tenentur, *Julius Clarus d. q. 51. nu. 15.* hæc ita de jure regulariter, contrarium tamen quibusdam locis moribus inductum, qui & ſuum habent colorem, de quibus *vide Baldum in d. l. 2. & Clar. d. l.* Quod exceptionem attinet, dico dari in noſtro jure caſus, ubi etiam rei poſt mortem tenentur, & ſic in cadavera

illorum

illorum ſæviri poteſt: quæ exceptio in *l. quiſquis C. ad Jul. majeſt.* habet fundamentum. Nec eſt, ſi dixeris, & in reo criminis læſæ Majeſt. cum morte ſit extinctum crimen *r. r.* ſi reus, & cohercitionem ceſſare debere, *arg. d. l. 1. 2 de ll.* Etenim regulariter quidem morte ſolvitur crimen & reatus; at fallit in reo. *crim. læſ. majeſt.* ubi ob atrocitatem delictum etiam poſt mortem manet, *d. l. quisquis, l. 20 ff. de accuſ.* & ideò rei ejus mortui etiam tenentur. Nec movet ſi excipis, cum totum crimen ſit ablatum *d. l. 2. d. l. 3.* nec atrocitatem ejus attendi poſſe, cum ubi nullum crimen ſubſit, ibi nec atrox eſſe queat; ſi modò verum negato eſſe ſimplici, negari & eſſe tale. Etenim negatur hic ſublatum eſſe crimen, & illi argumento derogatur per ſpeciem *in d. l. quiſquis* quod frequens in jure noſtro, *l. 80. de R. J. 2.* Et ſanè cum moveatur etiam poſt mortem rei *crim. læſ. majeſt.* crimen hoc *d. l. 6.* id per mortem non erit extinctum. Moveri enim & agitari exiſtentis eſt, & non jam extincti, & per conſeq. cum poſt mortem etiam maneat crimen, rectè cadaver rei *crim. læſ. Maj.* punietur: Ubi enim crimen eſt, ibi id rectè punitur *d. l. ita.* At in reo *crim. l. Majeſt.* poſt mortem ſupereſt

crimen,

crimen, *d l 6*. E. Nec impedit, ſi dicis, pœnas eſſe ſenſus: mortuos v. jam non ſentire Nam 1. *Ariſtoteles & Menoch.* alibi minorem dubiam faciunt. 2. Sit vera, dico, ut aliàs unius rei multi ſunt fines; ſic etiam pœnas infligi, partim ob cohercitionem facinoris, partim, ut alii deterreantur, partim ut ſupplicium facinoroſi cognatis ſolatio ſit *l. 28 §. pen. ff. de pœn.* ut ergò maximè ceſſet unus finis, ſubſunt tamen reliqui.

QVÆSTIO VIII. IX. X.

An Electores, Epiſcopi, Comites, Nobiles. &c. Pontificij, jure Auguſtanæ Confeßioni addictos ſuam ad ſuperſtitionem cogunt, aut ſi eam amplecti nolint, expellunt; aut contra an proceres Auguſt. Confeßionis ritè expellere poſſunt ſubditos ſuos amplectentes Pōtificiam religionem?

Ita

Q. 8. ITa proh dolor videmus fieri quibuſdam in locis, ut Epiſcopi Pontificii, ſubditos amplectentes veram & ſinceram religionem, ſæpius male tractent, in carceres conjiciant, bonis mulctent, è regione ejiciant, aut etiam ferro & igne perſequantur. At peſſimè & contra omnem fidem. Fides quippe ſervanda, *l. 1. ff. de pact. l. ff. de conſt. pec.* etiam hoſti *c. noli. 23. q. 1. Danæus 2. Eth. Chriſt. c. 9. Fach. 9. c. 58.* nec ab ea parte altera in vita recedendùm, *l. ſicut. C. de act. & oblig.* Benè *Bodin. 5. de Rep.* ſi fidem hæretico dare jus eſt; datam ſervare jus erit; ſi fidem frangere fas eſt, dare nefas erit. At v. publica fides facta & data in conſt. relig. & ipſis ſtatibus quod ſecurè exercitium religionis liberum habere debeant, nec à proceribus Potificiis ſint lædendi, vexandi, bonis mulctandi, ad fidem cogendi in ceremoniis turbandi, &c. §. In ſolchen fürgezognen/ in verbis, Solche nachdenckliche Vnſicherheit auffzuheben/ & §. Vnd damit ſolcher Friede in verbis, ſollen die Käyſerliche Majeſtet Wir auch Churfürſten/ Fürſten vnd Stände des H. Reichs keinem Standt des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen

ſchen Confeſſion/vnd derſelbigen Lehr/ Religion vnnd Glauben halb mit der That gewaltiger weiſe vberziehen/ beſchedigen/ vorgewaltigen/ oder in andere Wege wider ſein Conſciens/ Gewiſſen vnd Willen/ võ dieſer Augſpurgiſchen Confeſſi:n/ Religion/ etc. dringen/ oder durch Mandat beſchwerẽ/ſondern bey ſolcher Religion/Glauben/ Kirchengebräuchen/ auch jhren Haaben vnd Gütern rüglich vñ friedlich bleiben laſſen/ alles bey Keyſerlichen vnnd Königlichen Würden/ Fürſtlichen Ehren/ wahren Worten vnd Peen des Landfriedens *Conſt relig.* zu Augſpurg Anno 55. auffgerichtet. quæ fides & ſingulis ſubditis data. ℌ. Nach dem aber *d. Conſt. Relig. in verbis*: So ſollen dieſelben hinfüro auch alſo bleiben/ vnd in denſelbigen Städten gehalten werden/ vnd derſelben Reichsſtadt/ (do nemlich die alte Religion vnnd Augſpurgiſche im Gang iſt) Bürger friedlich bey vnd

neben einander wohnen/ vnd kein Theil des andern Religion Kirchengebrauch abzuthun etc. vnterſtehen. Et fidem datam contra jus omne violant Electores, Epiſcopi, Magiſtratus, Pontificii vel ipſos Principes Auguſtanam confeſſionem oppugnantes, aut ſubditos proprios religioni Auguſtanæ addictos lædentes, turbantes, ad ſuperſtitionem ſuam cogentes, bonis exuentes, regione ejicientes. Et hoc in tantum vult Conſtitutio Religionis, ut ſi in quadam ditione vel oppido aut pago, non ſint Evangelici Paſtores, ſubditis concedat diebus Dominicis oppido vel pago illo exire ad audiendum alibi puram Evangelii doctrinam, & ad communicandum ſpecie ſub utraq;, ita ut hactenus magiſtratus illos non impedire poſſit, *Mindanus. C.* Q. 9. *de proceſſ. cap. 30. membr. 4.* Conſtitutio enim religionis cum ſubditis concedat liberum Auguſtanæ religionis exercitium in terris ipſorum Pontificiorum, nec quenquam in ſua religione ceremoniis ritibus, turbandum eſſe caveat. §. Nach dem aber in vielen *d. Conſtit. Relig.* zu Augſpurg *Anno 55.* auffgerichtet. E. multò magis largietur, eos exire & alibi puram doctrinam audire. Quin cum *Conſtit Relig.* caveat, Daß ein jeder Theil dem andern bey ſocher ſeiner Religion/

ligion/Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ord-
nungen vnd Ceremonien rüglich vnd fried-
lich ſoll bleiben laſſen/ *d.* §. nach dem aber in
vielen/ & verò in ditione, oppido, vel pago
Epiſcopi vel Magiſtratus Pontificii, illa
non doceantur vel frequententur, ad alia
loca, in quibus eadem habentur omnia,
exeundi poteſtatem facit, ſi modò verum
conceſſo conſequente eſſe etiam dandum
antecedens, ſine quo ad conſequens perve-
niri non poteſt, *argum. l. 2. ff. de juriſd. l. ad
Legatum. l. ad rem. ff. de proc. Andreas Kobl.
exer. Leg. 1. num. 7. p. 4.* Quin nemo aſper-
nabitur, idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis
dixit, vel dici effecit, *l. 1. ff. quod quiſque ju-
ris Weſenb. in parat. d. t. Covar. de ſponſ p. 2. c.
7. §. 6. n. 5.* juſtiſſima ſiquidem lex talionis
eſt, & à natura profecta, *Cic. 2. c. 12. de invent.*
At cum proteſtantes olim ſubditos ſuos
ſub pœna cohercerēt, ne alibi ceremon. an-
tiquæ religionis cathol. intereſſent Ponti-
ficii per *Carol. V. b. m. receſſus imper. A. 1530.*
illum morem improbari & corrigi effece-
runt. E. & nunc, non iniquum eſſe ſtatu-
ant, ſi ſubditi ſui extra ditionem vel oppi-
dum verbum Dei purum audiant, & ſa-
cramentis, ut à Chriſto inſtituta, utan-
tur. Ex his ipſis concludo *Landſaſ.* in terris

Pontificiorum jure domi habere miniſtros Eccleſię,qui ſe ſuosq; in verbo Dei erudiāt: Nec enim impediendi ſunt ſuo in cultu,nec à ritib. uſitatis avocandi, *d.* §. Nach dem receſſu imperii. 1555. At certè impediuntur,ſi negentur eis fideles Paſtores, maximè, ubi loca repurgatæ religionis longiſſimè abſunt, E. An Nobilis Imperio Romano immediatè ſubjectus in oppido vel pago, quē recognoſcit, ut feudum, ab Eccleſiaſticis, religionem mutare poſſit, bene examinat, *Mindanus d.l.1.c.31.p.t.* Quod ſi hæc omnia Landſaſſiis & ſubditis Pontificiorum magiſtratuum de facto negentur; adhuc aliud beneficium ex conſtitutione religionis habet, ſc. beneficium emigrandi, Alſo daß ſo ſie mit jhren Weib vnd Kindern an andere Ort ziehen / vnd ſich niederthun wollen/ denen ſoll ſolcher ab vnd zuzugk auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter gegen billichen zimlichen Abtragk der leibeigenſchafft etc. vnverhindert männiglich zugelaſſen vnd bewilliget ſeyn. *d.* §. Wie aber von Religionfrieden zu Augſpurg/ *Anno 1555.* quod tamē beneficium non eſt neceſſitatis, ita ut Lādſaſſii Pontificiorum expelli poſſint, ſi doctrinam Cathol. amplecti nolint, ſed voluntatis liberæ, ita ut aliò ſe conferre queant,

ant, ibiq; liberum religionis exercitium habere, ſi cum ſacrificulis diu habitare nolint, ut liquet ex *d.* §. **Wo aber vnſer/** in verbis **an andere Ort ziehen vnd ſich niederthun wollen.** Et certe in proteſtantium favorem beneficium emigrandi cum ſit indultum; *d.* §. **Wo aber /** in eorundem odium retorqueri non debebit: Quod tamen fieret, admiſſo id eſſe neceſſitatis. Conſule *Mindan. d.l.1.c.30.in J.* Quid verò de Imperatore sūmo an is ad religionem Pontificiam ſubditos imperii Romani cogere, vel etiam expellere poteſt? Quanquam v. aliàs jura civilia, quo referunt etiam conſtit. religion. Imperator mutare vel tollere poſſit. §. *ſed naturalia Inſt. de jure natur. l. 7. ff. de conſtit. Princ. l. digna vox Cod. de ll.* (Harum enim ll. cum ſit promulgatio penes illum, *L. ll. l. hum. l. fin. Cod. de ll.* cur non & earundem abrogatio *argum l. nihil tam de R. J.*) nec etiam ſuperiores Impp. ſubſequentes obligare potuerint, *argum. l. 4. & 5. ff. de recept. arb.* contra hanc tamen *Conſtit. Relig.* venire & exercitium Religionis liberum tollere, vel ſubditos expellere non poteſt. Contra fidem enim datam nec Princeps venire poteſt, *l. 1. ff. de pact. d. l. 1. de Conſtit. pec. Fach. l. 9. c. 59.* edictum ſiquidem prætoris, pacta ſervabo æquum eſt & ab ore Dei proceſſit Q. 10.

 ſecun-

ſecundum *Baldum. in Rubr. de conſtit. Princip.* naturæ verò & Dei legibus & princeps ipſus tenetur, *Baldus. 4. conſ. 269. Bartolus Jaſon. Alber. Gentil. 1 diſp. regia Vaſq. 1. illuſtr. 1.* licet civilibus *ſit ſolutus §. ſed & quod Inſt. de J. N. l. 1. de conſt. Princ. l ſi. Cod. de ll. Alber. d. l.* At verò ſummus Imperator & proceribus *Auguſt. Relig.* fidem dedit, eos quod nõ velit oppugnare, turbare, &c. in cauſa religionis. §. Vnd damit ſolcher Friedt in verbis, ſo ſollen die Kayſerliche Majeſtet keinen Standt des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion mit der That gewaltiger Weiſe vberziehen/ beſcheidigen ꝛc. Sondern bey ſolcher Religion/ Glauben/ friedlich bleiben laſſen/ alles bey Kayſerlichen vnd Königlichen Würden/ ut & aliis ſuis in ditionib. Landſaſſiis & ſubditis. §. Vnd in ſolchen Frieden. §. nach dem aber/ *juncto.* §. ſolches alles in verbis ſollen vnd wollen jhre Lieb vnd Kayſerliche Majeſtet bey jhren Kayſerl. Wirden vnd werden für ſich vnd jhre Nachkommen ſtett vnd vnerbrüchlich vnd vnauffrichtig halten vnd vollziehen: *d.* Religions Fried zu Augſpurg. E. Imperator niſi jacturam famæ facere velit, (cujus tamen cum *Sigiſmundo Imp.* ſemper potius, quàm bonorum rationem habere debet, *Æneas Sylvius)* ad ſuperſtitionem Pontificiam ſubditos

tos cogere aut ex finibus Imperii vel ſuis ditionibus hæreditariis expellere non poterit. Nec relevat ſi excipis, quaſi Ferdinãdus ſubſequentes Impp. utpote habentes Imperium non ſucceſſione, ſed Electione tota aurea Bulla, *Sleidan. l. 1.* obligare non potuerit. Siquidem illi tenẽtur ex propria aſſertione & propria fide: ſub principio n. imperii, per jusjurandum fidem dat, quod Chriſtianam rempub. velit tueri *c. Carolin. Sleidan. d. l. de ſtatu Relig. circ. f.* At quomodo ſi Chriſtianæ religioni addictos turbet, lædat, expellat, perſequatur. 2. Et quod LL. Imperii ſervare & confirmare velit, jurat, *c. Cæſ Sleidan. d. l.* at & inter illas eſt *conſtit. Relig.* Der Religionsfriede. E. contra illam venire non poterit, & per conſequens etiã in ejus ditionibus hæreditariis, ut & aliis imperii locis liberum religionis debebit eſſe exercitium. Ad hæc an non teneatur novus Imperator anteceſſorum pactis ſtare, quæ ſub fide Imperii inita docet *Brickman. in §. ſoluta poteſtas. n. 2. c. 4. effectui. 2. n. 10. & 11.*

Centuriæ II.

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO I. & II.

An fur cadens de furca vel patibulo liberatur?

Qvod furti jure naturæ & divino prohibiti, *§. 1. Inſtit. de oblig. ex delict. l. probrum 42. ff. de verb. ſign. arg. l. ex hoc jure. ff. de J. & J. gloſſ. in d. l. 1. § 3. Ariſtot. 1. polit. Harp. tract. crim. §. furt. n. 32. & ſeq. Arum. diſput. Juſt. 17. q. 4.* pœna, quæ eſt hodiè ſtrangulatio *tit. 27. in uſibus feud.* Landr. *l. 2. art. 13.* ſit juſta & æqua benè docent, *Moller. 1. ſem. 37. Harp. d. tr. Arum d. d. q. 6* An verò ſi fur ad furcam ſeu patibulum ſit condemnatus fracto laqueo vivus in terram decidat, ſit adhuc ſtrangulandus vel abſolvendus, non ita expeditum inter Dd? eum abſolvendum eſſe volunt *Decius in l. favorab. 125. n. 8. de R. J. Alciat. de præſ. R. 3. præſ. 44. n. 8. Gomez. t. 3. reſolut. cap. 13. n. 37. Tiraq. de pœn. Weſenb. in parat. de pœn. n. 4.* & quodammodo *Arum. d. l. q. 8.* Contrarium

trarium pœnæ deducit *Harp. in d. tr. §. pœna. manifeſti n. 65. cum ſeqq. Niell. in diſput. feud 11. th. 2. in not.* & alii ab his allati. Videbimus jam, annon in his terminis, in quibus Dd. vulgò hîc diſputant, illorum ſententia ſit tutior, qui dicunt, imò eum eſſe adhuc ſtrangulandum. Non quidem pro illa eſt textus in terminis in jure noſtro; Attamen cum nec textus in contrarium, videndum, annon ſuadentium ſecundam ſtrangulationem rationes ſint magis prægnantes. Sit ratio, ſemper ſtandum regulæ, niſi exceptio probetur *cap. ad decimas in fin. de reſt. ſpol. l. ſuus quoq;. verſ. puto de hered. inſtit.* ſecundum notata Dd. *in l. 1. de R. J. Kobl. exerc. leg. 1. n. 6.* pro reg. ſiquidem præſumitur, *gloſſ. in l. omnis de R. J.* & ſecundum eam regulariter pronunciandum, *Decius conſ. 142. volum. 1.* Regula verò eſt, quod convictus de furto (cæteris tamen paribus) ſit ſtrangulandus, *l. 2.* Landrecht. *art. 13. in verbis:* Den Dieb ſoll man hencken/ *& art. 162. conſt. crim. Carol. V. in verbis:* Vnd ſoll der Mann mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Ergò, Jam verò ab hac regula nullibi excipitur fur, qui rupto laqueo vivus in terram decidit. E. & hic, ſecundum regulam alte-

cipis, eum lapſum tamen reddere cauſam furis dubiam & incertam, & ideò potius eſſe, ut fur abſolvatur quàm condemnetur, cum ſatius ſit, nocentem abſolvere quàm innocentem damnare, *l. abſentem de pœn. Gomez. dict. l.* Cum enim aliam ob cauſam quàm miraculum, ut *Niellius d. l.* docet, furca cadere f[illegible] poſſit; & verò ſimul in criminalibus [illegible]bi cauſa ſanguinis vertitur, non procedamus ad condemnationem, niſi adſint probationes liquidiſſimæ & luce meridiana clariores, *l. 16. C. de pœnis. l. ult. C. de prob. Morla in emp. juris. tit. de variis qq. q. 5. Trentacinq. de prob. reſol. 1. num. 22.* in tantum, ut in his etiam ex evidentiſſimis præſumptionibus, nemo veniat condemnandus regulariter, ut notat *Cynus in d. l. fin. C. de prob. num. 1. Gomez. 3. reſol. 12. n. 25.* liquet ſanè neq; lapſum furis comdemnationem ejus reddere dubiam, nec nos etiam hìc verſari in dubio. Nec urget ſi dicitur, quod licet vel in tortura vel ultrò maleficium confeſſus ſit, ob lapſum tamen ipſum jure judex dubitet de furis condemnati nocentia; maximè cum non raro alii præcipites ad ſupplicia feſtinare ſoleant, *l. non tantum 6. in fin. ff. de appell.* & nonnunquam aut metuant alia de

cauſa

cauſa, in ſe quid cofiteantur, *l. 1. §. ſi quis. de qq. Ægidius Boſſius in tit. de delict. n. 15. Harpr. paſſim. d. tr.* Nam 1. ad quæſtionem & damnationem nunquam ſolemus pervenire, niſi verè ſubſit factum crimen, *l. 1. §. 24. ff. ad Senat. conſ. Syllan. Beër. deciſ. 164. n. 8.* nec quippe ad liquidandum factum, ſed patefaciendam perſonam diffamatam ea utimur, [illegible]*n. 1. pract. crim. q. 2. num. 6. Zanger. de qq. in proëm. n. 16.* 2. Non temerè alicui quæſtio adjudicatur, niſi adſint indicia non levia, eum id crimen admiſiſſe, *l. 1. §. 1. ff. de qq.* quæ præcedere ſemper debent quæſtionem *Zanger. de qq. c. 2. n. 6.* & ſemiplenè probari *Caroli V. Conſtit. crim. art. 30. in fin. & 3.* ne regeras ipſum metu dolorum crimen potuiſſe fateri, *d. l. 1. §. 27.* non ſtatim ejus confeſſioni creditur, ſed ad loca, ubi dicit crimen ſe admiſiſſe mittitur, & num illo die, illa hora, illa nocte, illa domo vel pago & reliquis circumſtantiis (ut confeſſus) ſcelus perpetratum ſit diligenter inquiritur, *Harpr. ad d. §. pœn. furti manif. n. 58.* ubi omnia ſi conveniunt, liquet ſanè jure confeſſum furtum damnari ad furcam & caſu de ea cadentem nullo colore abſolvi. De aliis conſule *Niellium d. l. ut & Harpr.*

QVÆ-

QVÆSTIO III. & IV.

An pœna furti hodierna, quæ eſt ſtrangulatio his in terris poteſt mutari in pecuniariam?

FUr abſtulit ultra 5. vel 10. Ungaricos,& ideò ſecundum Carolinam Conſtitutionem 162. pronunciatum. Daß er ob dieſen Diebſtal billich mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht werde/fur petit remiſſionem hujus pœnæ, eamq; in pecuniariam mutari ſupplicat, allegās forſan quaſi ſemper homo integer & purus fuerit, nec antea furari conſueverit (interim ſcio Dd. admodum eſſe controverſum, num etiam ob unum magnum furtum fur ſuſpendi debeat, ut videre eſt ex iis, quæ tradit *Covarr. 2. var. reſol. 9. nu. 7. Menoch. de arbit. jud. l. 2. cent. 4. c. 292. Harpr. d. l. n. 51.*) quaſi ſit ſeductus nec admodum ætatis confirmatæ, quæritur, an ei gratia fieri, & pœna laquei in pecuniariam mutari poſſit? id verò facilè concedent, qui pœnan laquei injuſtam & juri divino ac æquitati naturali adverſam eſſe clamitant: at quam ſolidè

poſt

poſt *Mollerum d. l.* benè docet *Harppr. d. l. à nu. 6. cum ſeqq.* Sic hoc facilè eſſet affirmare, ſi pœnæ omnes hodie eſſent arbitrariæ, uti docuit *Cujac. 8. obſ. 33. & poſt eum Godof. in l. 131. §. 1. d. v. ſig.* At cum hoc fund. ſit ruinoſum, ut animadvertit *Gentilis 3. de juriſd. 34. Gœdd. in d. l. 131. §. 1. n. 7.* nec cum hoc tutò poſſumus tranſire. Et certè id ſatis infirmat, *l. 1. §. 4. ad SC. Turp. l. 8. ff. de pœn. Novel. 82. c. 8.* Putem referre, an remiſſio pœnæ petatur hiſce in terris ab Electoribus & Ducibus, an verò ab aliis jurisdictionem cum territorio à Ducibus recognoſcentibus puta Baronibus, Nobilibus, Quæſtoribus, Civitatibus & aliis vicariis. Illi poſſunt facere furi gratiam & pœnam laquei mutare in pecuniariam. Hi quippe habent jus remittendi pœnam ex gratia ex præſcriptione, *Heig. 2. q. 22. n. 30.* ſi modò quid ſit, quod illos moveat, *Knichen. in Elector. & Duc. Saxon. privileg. verbo. jus. c. 5. n. 472.* ibiq; eo libentius hîc admittendum, cum pœnâ laquei jure poſitivo ſit introducta, *d. t. 27. in uſibus Feud. art. 162. conſtit. crim. & art. 13 l. 2.* Landtrecht quod jus ſuo in territorio Elector vel Dux benè temperare vel mutare poteſt, *arg. l. 3. §. 4. ff. quod vi aut clam.* in hoc n. idē poſſunt, quod Imperator in toto imperio,

Roland.

Roland. Valle.conſ.4.n.3.l.3.Gail. 1. obſ. 21.nu. 24. & 2. obſ. 57. num. 7. Weſenb. conſil. 27. n. 29. Imò quilibet perhibetur in ditionibus ſuis Imperator *Knich. de Saxon. non próv.jure verbo Ducum. cap. 1. n. 93.* At de Imperatore nullum dubium, quin jus poſitivum vel mutare vel temperare, *arg. l. nihil. d. R. J. juncta. l fin. § fin. C. de LL. & l.1.de Conſt. prin. § ſed naturalia. Inſt. de J. R.* vel pœnam ordinariam remittere queat, *l. 4. l. 31. ff. de pœnis*, ſi quid ſit, quod eum moveat *d. l. 4. in f. d. l. 31.* E. cur de Electore vel Ducibus Saxon. dubitemus in hac noſt. facti ſpecie cauſa nulla ſubeſt, quod tamen cum hoc temperamento, ita doceo, ſi modò ſalvum ſit jus tertii, quòd ei jure auferri non poteſt, ut poſt *Anton. Gabriel. docet Mollerus lib. 3. cap. 21.* Tantum ſi eum impunitum omnimodò velint dimittere, non poterunt: Hactenus enim de jure divino & gentium, quo delicta prohibita ſub pœnis, *Deuter. c. 5. Matth. 5. Exod. 20. l ita. ff. ad L. Aquil. l. 1. de furt. l. probrum de verb. ſig. remitterent*, cui cum & ipſi ſunt ſubjecti, *Bald. in l. 31. de LL. Vult. §. 7. inſt. de jure N. Alber. Gent. diſſ. 1.* regia de eo remittere quid non poterunt, nec n. inferior in ſuperiorem habet imperium, *arg. l. 4. & 5. ff de recep. arbit. vide*

Niell.

neben einander wohnen/ vnd kein Theil des andern Religion Kirchengebrauch abzuthun etc. vnterſtehen. Et fidem datam contra jus omne violant Electores, Epiſcopi, Magiſtratus, Pontificii vel ipſos Principes Auguſtanam confeſſionem oppugnantes, aut ſubditos proprios religioni Auguſtanæ addictos lædentes, turbantes, ad ſuperſtitionem ſuam cogentes, bonis exuentes, regione ejicientes. Et hoc in tantum vult Conſtitutio Religionis, ut ſi in quadam ditione vel oppido aut pago, non ſint Evangelici Paſtores, ſubditis concedat diebus Dominicis oppido vel pago illo exire ad audiendum alibi puram Evangelii doctrinam, & ad communicandum ſpecie ſub utraq;, ita ut hactenus magiſtratus illos non impedire poſſit, *Mindanus. C. de proceſſ. cap. 30. membr. 4.* Conſtitutio enim religionis cum ſubditis concedat liberum Auguſtanæ religionis exercitium in terris ipſorum Pontificiorum, nec quenquam in ſua religione ceremoniis ritibus, turbandum eſſe caveat. §. Nach dem aber in vielen *d. Conſtit. Relig.* zu Augſpurg *Anno 55.* auffgerichtet. E. multò magis largietur, eos exire & alibi puram doctrinam audire. Quin cum *Conſtit. Relig.* caveat, Daß ein jeder Theil dem andern bey ſocher ſeiner Religion/

ligion/Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien rüglich vnd friedlich ſoll bleiben laſſen/ *d.* §. nach dem aber in vielen/ & verò in ditione, oppido, vel pago Epiſcopi vel Magiſtratus Pontificii, illa non doceantur vel frequententur, ad alia loca, in quibus eadem habentur omnia, exeundi poteſtatem facit, ſi modò verum conceſſo conſequente eſſe etiam dandum antecedens, ſine quo ad conſequens perveniri non poteſt, *argum. l. 2. ff. de juriſd. l. ad Legatum. l. ad rem. ff. de proc. Andreas Kobl. exer. Leg. 1. num. 7. p. 4.* Quin nemo aſpernabitur, idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit, *l. 1. ff. quod quiſque juris Weſenb. in parat. d. t. Covar. de ſponſ p. 2. c. 7. §. 6. n. 5.* juſtiſſima ſiquidem lex talionis eſt, & à natura profecta, *Cic. 2. c. 12. de invent.* At cum proteſtantes olim ſubditos ſuos ſub pœna cohercerēt, ne alibi ceremon. antiquæ religionis cathol. intereſſent Pontificii per *Carol. V. b. m. receſſus imper. A. 1530.* illum morem improbari & corrigi effecerunt. E. & nunc, non iniquum eſſe ſtatuant, ſi ſubditi ſui extra ditionem vel oppidum verbum Dei purum audiant, & ſacramentis, ut à Chriſto inſtituta, utantur. Ex his ipſis concludo *Landſaſ.* in terris

Pontificiorum jure domi habere miniſtros Eccleſię, qui ſe ſuosq; in verbo Dei erudiāt: Nec enim impediendi ſunt ſuo in cultu, nec à ritib. uſitatis avocandi, *d.* §. Nach dem receſſu imperii. 1555. At certè impediuntur, ſi negentur eis fideles Paſtores, maximè, ubi loca repurgatæ religionis longiſſimè abſunt, E. An Nobilis Imperio Romano immediatè ſubjectus in oppido vel pago, quē recognoſcit, ut feudum, ab Eccleſiaſticis, religionem mutare poſſit, bene examinat, *Mindanus d.l.1.c.31.p.t.* Quod ſi hæc omnia Landſaſſiis & ſubditis Pontificiorum magiſtratuum de facto negentur; adhuc aliud beneficium ex conſtitutione religionis habet, ſc. beneficium emigrandi, Alſo daß ſo ſie mit jhren Weib vnd Kindern an andere Ort ziehen / vnd ſich niederthun wollen / denen ſoll ſolcher ab vnd zuzugk auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter gegen billichen zimlichen Abtragk der leibeigenſchafft etc. vnverhindert männiglich zugelaſſen vnd bewilliget ſeyn. *d.* §. Wie aber von Religionfrieden zu Augſpurg/ *Anno 1555.* quod tamē beneficium non eſt neceſſitatis, ita ut Lādſaſſii Pontificiorum expelli poſſint, ſi doctrinam Cathol. amplecti nolint, ſed voluntatis liberæ, ita ut aliò ſe conferre queant,

ant,ibiq; liberum religionis exercitium habere, ſi cum ſacrificulis diu habitare nolint, ut liquet ex *d.*§. **Wo aber vnſer**/ in verbis **an andere Ort ziehen vnd ſich niederthun wollen.** Et certe in proteſtantium favorem beneficium emigrandi cum ſit indultum; *d.*§. **Wo aber** / in eorundem odium retorqueri non debebit: Quod tamen fieret, admiſſo id eſſe neceſſitatis. Conſulè *Mindan. d.l.1.c.30.in J.* Quid verò de Imperatore sũmo an is ad religionem Pontificiam ſubditos imperii Romani cogere, vel etiam expellere poteſt? Quanquam v. aliàs jura civilia, quo referunt etiam conſtit. religion. Imperator mutare vel tollere poſſit. §. *ſed naturalia Inſt. de jure natur. l. 7. ff. de conſtit. Princ. l. digna vox Cod. de ll.* (Harum enim ll. cum ſit promulgatio penes illum, *L. ll. l. bum. l. fin. Cod. de ll.* cur non & earundem abrogatio *argum l. nihil tam de R. J.*) nec etiam ſuperiores Impp. ſubſequentes obligare potuerint, *argum. l. 4. & 5. ff. de recept. arb.* contra hanc tamen *Conſtit. Relig.* venire & exercitium Religionis liberum tollere, vel ſubditos expellere non poteſt. Contra fidem enim datam nec Princeps venire poteſt, *l.1.ff. de pact. d.l.1. de Conſtit. pec. Fach. l.9.c.59.* edictum ſiquidem prætoris, pacta ſervabo æquum eſt & ab ore Dei proceſſit Q.10.

 ſecun-

ſecundum *Baldum. in Rubr. de conſtit. Princip.* naturæ verò & Dei legibus & princeps ipſus tenetur, *Baldus. 4. conſ. 269. Bartolus Jaſon. Alber. Gentil. 1 diſp. regia Vaſq. 1. illuſtr. 1.* licet civilibus *ſit ſolutus §. ſed & quod Inſt. de J. N. l. 1. de conſt. Princ. l fi. Cod. de ll. Alber. d. l.* At verò ſummus Imperator & proceribus *Auguſt. Relig.* fidem dedit, eos quod nõ velit oppugnare, turbare, &c. in cauſa religionis. §. Vnd damit ſolcher Friedt in verbis, ſo ſollen die Kayſerliche Majeſtet keinen Standt des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion mit der That gewaltiger Weiſe vberziehen/ beſcheidigen ꝛc. Sondern bey ſolcher Religion/ Glauben/ friedlich bleiben laſſen/ alles bey Kayſerlichen vnd Königlichen Würden/ ut & aliis ſuis in ditionib. Landſaſſiis & ſubditis. §. Vnd in ſolchen Frieden. *§.* nach dem aber/ *juncto.* §. ſolches alles in verbis ſollen vnd wollen jhre Lieb vñ Kayſerliche Majeſtet bey jhren Kayſerl. Wirden vnd werden für ſich vnd jhre Nachkommen ſtett vnd vnerbrüchlich vnd vnauffrichtig halten vnd vollziehen: *d.* Religions Fried zu Augſpurg. E. Imperator niſi jacturam famæ facere velit, (cujus tamen cum *Sigiſmundo Imp.* ſemper potius, quàm bonorum rationem habere debet, *Æneas Sylvius)* ad ſuperſtitionem Pontificiam ſubditos

tos cogere aut ex finibus Imperii vel ſuis ditionibus hæreditariis expellere non poterit. Nec relevat ſi excipis, quaſi Ferdinãdus ſubſequentes Impp. utpote habentes Imperium non ſucçeſſione, ſed Electione tota aurea Bulla, *Sleidan l. 1.* obligare non potuerit. Siquidem illi tenẽtur ex propria aſſertione & propria fide: ſub principio n. imperii, per jusjurandum fidem dat, quod Chriſtianam rempub. velit tueri *c. Carolin. Sleidan.d.l.de ſtatu Relig. circ. f.* At quomodo ſi Chriſtianæ religioni addictos turbet, lædat, expellat, perſequatur. 2. Et quod LL. Imperii ſervare & confirmare velit, jurat, *c. Cæſ Sleidan. d. l.* at & inter illas eſt *conſtit. Relig.* Der Religionsfriede. E. contra illam venire non poterit, & per conſequens etiã in ejus ditionibus hæreditariis, ut & aliis imperii locis liberum religionis debebit eſſe exercitium. Ad hæc an non teneatur novus Imperator anteceſſorum pactis ſtare, quæ ſub fide Imperii inita docet *Brickman. in §. ſoluta poteſtas. n. 2. c. 4. effectui. 2. n. 10. & 11.*

trarium pœnæ deducit *Harp. in d. tr. §. pœna. manifeſti n. 65. cum ſeqq. Niell. in diſput. feud 11. th. 2. in not.* & alii ab his allati. Videbimus jam, annon in his terminis, in quibus Dd. vulgò hîc diſputant, illorum ſententia ſit tutior, qui dicunt, imò eum eſſe adhuc ſtrangulandum. Non quidem pro illa eſt textus in terminis in jure noſtro; Attamen cum nec textus in contrarium, videndum, annon ſuadentium ſecundam ſtrangulationem rationes ſint magis prægnantes. Sit ratio, ſemper ſtandum regulæ, niſi exceptio probetur *cap. ad decimas in fin. de reſt. ſpol. l. ſuus quoq; verſ. puto de hered. inſtit.* ſecundum notata Dd. *in l. 1. de R. J. Kobl. exerc. leg. 1. n. 6.* pro reg. ſiquidem præſumitur, *gloſſ. in l. omnis de R. J.* & ſecundum eam regulariter pronunciandum, *Decius conſ. 142. volum. 1.* Regula verò eſt, quod convictus de furto (cæteris tamen paribus) ſit ſtrangulandus, *l. 2.* Landrecht. *art. 13. in verbis:* Den Dieb ſoll man hencken/ & *art. 162. conſt. crim. Carol. V. in verbis:* Und ſoll der Mann mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Ergò, Jam verò ab hac regula nullibi excipitur fur, qui rupto laqueo vivus in terram decidit. E. & hic, ſecundum regulam alte-

ra vice erit ſtrangulandus. Dices forſan, eo ipſo ſatis fundari exceptionem, quod de patibulo in terram vivus ceciderit, quod cum rarò & inſolitè accidat, id potius miraculo, quàm alio facto, vel aliis cauſis tribuendum eſſe, *c. licet. 18. de regul. Gomez. d. n. 37. v. 6.* caſus eſt, *Setſerus diſp. 28. Juſt. Cor. 2.* at quam bellè illa huc quadrent explicat *Harprecht. d. num. 67.* nec moveor, quod dicis eum potius omnipotentis DEI voluntate & ſic miraculosè decidiſſe, quam ob aliud factum; id n. 1. quidem dicitur, at non probatur, quomodò ea facilitate rejicitur, qua profertur. 2. Idque eo magis cum DEUS hodiè non agat extra ordinem & miraculosè: & vel ob infirmitatem laquei aut catenæ vel ejuſdem amplitudinem vel negligentiam carnificis vel impoſturam maleficorum vel gravitatem ipſius furis de furca cadere poſſit. Paucis: quod à diverſis & quidem & naturalibus & ordinariis pendet cauſis; id uni & quidem miraculoſæ vel extraordinariæ precisè aſſcribi non poteſt vel debet. At lapſus furis per laqueum à diverſis & quidem naturalibus & ordinariis contingit cauſis. Ergò Divinæ omnipotentiæ & miraculo hoc aſſcribi non debet. Nec ſtringit, ſi excipis,

cipiſ, eum lapſum tamen reddere cauſam furis dubiam & incertam, & ideò potius eſſe, ut fur abſolvatur quàm condemnetur, cum ſatius ſit, nocentem abſolvere quàm innocentem damnare, *l. abſentem de pœn. Gomez. dict. l.* Cum enim aliam ob cauſam quàm miraculum, ut *Niellius d. l.* docet, furca cadere f[illegible] poſſit; & verò ſimul in criminalibus [illegible]i cauſa ſanguinis vertitur, non procedamus ad condemnationem, niſi adſint probationes liquidiſſimæ & luce meridiana clariores, *l. 16. C. de pœnis. l. ult. C. de prob. Morla in emp. juris. tit. de variis qq. q. 5. Trentacinq. de prob. reſol. 1. num. 22.* in tantum, ut in his etiam ex evidentiſſimis præſumptionibus, nemo veniat condemnandus regulariter, ut notat *Cynus in d. l. fin. C. de prob. num. 1. Gomez. 3. reſol. 12. n. 25.* liquet ſanè neq; lapſum furis comdemnationem ejus reddere dubiam, nec nos etiam hîc verſari in dubio. Nec urget ſi dicitur, quod licet vel in tortura vel ultrò maleficium confeſſus ſit, ob lapſum tamen ipſum jure judex dubitet de furis condemnati nocentia; maximè cum non rarò alii præcipites ad ſupplicia feſtinare ſoleant, *l. non tantum 6. in fin. ff. de appell.* & nonnunquam aut metuant alia de

cauſa

Q. 8. ITa proh dolor videmus fieri quibuſdam in locis, ut Epiſcopi Pontificii, ſubditos amplectentes veram & ſinceram religionem, ſæpius male tractent, in carceres conjiciant, bonis mulctent, è regione ejiciant, aut etiam ferro & igne perſequantur. At peſſimè & contra omnem fidem. Fides quippe ſervanda, *l. 1. ff. de pact. l. ff. de conſt. pec.* etiam hoſti *c. noli. 23. q. 1. Danæus 2. Eth. Chriſt. c. 9. Fach. 9. c. 58.* nec ab ea parte altera in vita recedendùm, *l. ſicut. C. de act. & oblig.* Benè *Bodin. 5. de Rep.* ſi fidem hæretico dare jus eſt; datam ſervare jus erit; ſi fidem frangere fas eſt, dare nefas erit. At v. publica fides facta & data in conſt. relig. & ipſis ſtatibus quod ſecurè exercitium religionis liberum habere debeant, nec à proceribus Potificiis ſint lædendi, vexandi, bonis mulctandi, ad fidem cogendi in ceremoniis turbandi, &c. §. In ſolchen fürgezognen / in verbis, Solche nachdenckliche Vnſicherheit auffzuheben / & §. Vnd damit ſolcher Friede in verbis, ſollen die Käyſerliche Majeſtet Wir auch Churfürſten / Fürſten vnd Stände des H. Reichs keinem Standt des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen

ſchen Confeſſion/vnd derſelbigen Lehr/ Religion vnnd Glauben halb mit der That gewaltiger weiſe vberziehen/ beſchedigen / vorgewaltigen / oder in andere Wege wider ſein Conſciens/ Gewiſſen vnd Willen / vō dieſer Augſpurgiſchen Confeſſion / Religion / etc. dringen/ oder durch Mandat beſchwerē/ſondern bey ſolcher Religion/Glauben/ Kirchengebräuchen / auch jhren **Haaben vnd Gütern rüglich vñ friedlich bleiben laſſen/ alles bey Keyſerlichen vnnd Königlichen Würden / Fürſtlichen Ehren /** wahren Worten vnd Peen des Landfriedens *Conſt relig.* zu Augſpurg Anno 55. auffgerichtet. quæ fides & ſingulis ſubditis data. §. Nach dem aber *d. Conſt. Relig. in verbis*: So ſollen dieſelben hinfüro auch alſo bleiben/ vnd in denſelbigen Städten gehalten werden/ vnd derſelben Reichsſtadt / (do nemlich die alte Religion vnnd Augſpurgiſche im Gang iſt) Bürger friedlich bey vnd

neben einander wohnen/ vnd kein Theil des andern Religion Kirchengebrauch abzuthun etc. vnterſtehen. Et fidem datam contra jus omne violant Electores, Epiſcopi, Magiſtratus, Pontificii vel ipſos Principes Auguſtanam confeſſionem oppugnantes, aut ſubditos proprios religioni Auguſtanæ addictos lædentes, turbantes, ad ſuperſtitionem ſuam cogentes, bonis exuentes, regione ejicientes. Et hoc in tantum vult Conſtitutio Religionis, ut ſi in quadam ditione vel oppido aut pago, non ſint Evangelici Paſtores, ſubditis concedat diebus Dominicis oppido vel pago illo exire ad audiendum alibi puram Evangelii doctrinam, & ad communicandum ſpecie ſub utraq;, ita ut hactenus magiſtratus illos non impedire poſſit, *Mindanus. C.*
Q. 9. *de proceſſ. cap. 30. membr. 4.* Conſtitutio enim religionis cum ſubditis concedat liberum Auguſtanæ religionis exercitium in terris ipſorum Pontificiorum, nec quenquam in ſua religione ceremoniis ritibus, turbandum eſſe caveat. §. Nach dem aber in vielen *d. Conſtit. Relig.* zu Augſpurg *Anno 55.* auffgerichtet. E. multò magis largietur, eos exire & alibi puram doctrinam audire. Quin cum *Conſtit Relig.* caveat, Daß ein jeder Theil dem andern bey ſocher ſeiner Religion/

gion/Glauben/ Kirchengebräuchen/ Ordnungen vnd Ceremonien rüglich vnd friedch ſoll bleiben laſſen/ *d.* §. nach dem aber in ielen/ & verò in ditione, oppido, vel pago piſcopi vel Magiſtratus Pontificii, illa on doceantur vel frequententur, ad alia ca, in quibus eadem habentur omnia, eundi poteſtatem facit, ſi modò verum nceſſo conſequente eſſe etiam dandum itecedens, ſine quo ad conſequens perveiri non poteſt, *argum. l. 2. ff. de juriſd. l. ad gatum. l. ad rem. ff. de proc. Andreas Kobl. er. Leg. 1. num. 7. p. 4.* Quin nemo aſperabitur, idem jus ſibi dici, quod ipſe aliis xit, vel dici effecit, *l. 1. ff. quod quiſque ju- Weſenb. in parat. d. t. Covar. de ſponſ p. 2. c.* §. *6. n. 5.* juſtiſſima ſiquidem lex talionis t, & à natura profecta, *Cic. 2. c. 12. de invent.* t cum proteſtantes olim ſubditos ſuos b pœna cohercerēt, ne alibi ceremon. anquæ religionis cathol. intereſſent Pontiii per *Carol. V. b. m. receſſus imper. A. 1530.* um morem improbari & corrigi effecent. E. & nunc, non iniquum eſſe ſtatut, ſi ſubditi ſui extra ditionem vel oppim verbum Dei purum audiant, & ſamentis, ut à Chriſto inſtituta, utan. Ex his ipſis concludo *Landſaſ.* in terris

Pontificiorum jure domi habere miniſtros Eccleſię, qui ſe ſuosq; in verbo Dei erudiát: Nec enim impediendi ſunt ſuo in cultu, nec à ritib. uſitatis avocandi, *d.* §. Nach dem receſſu imperii. 1555. At certè impediuntur, ſi negentur eis fideles Paſtores, maximè, ubi loca repurgatæ religionis longiſſimè abſunt, E. An Nobilis Imperio Romano immediatè ſubjectus in oppido vel pago, quē recognoſcit, ut feudum, ab Eccleſiaſticis, religionem mutare poſſit, bene examinat, *Mindanus d.l.1.c.31.p.t.* Quod ſi hæc omnia Landſaſſiis & ſubditis Pontificiorum magiſtratuum de facto negentur; adhuc aliud beneficium ex conſtitutione religionis habet, ſc. beneficium emigrandi, Alſo daß ſo ſie mit jhren Weib vnd Kindern an andere Ort ziehen / vnd ſich niederthun wollen/ denen ſoll ſolcher ab vnd zuzugk auch verkauffung jhrer Haab vnd Güter gegen billichen zimlichen Abtragk der leibeigenſchafft etc. vnverhindert männiglich zugelaſſen vnd bewilliget ſeyn. *d.* §. Wie aber von Religionfrieden zu Augſpurg/ *Anno 1555.* quod tamē beneficium non eſt neceſſitatis, ita ut Lādſaſſii Pontificiorum expelli poſſint, ſi doctrinam Cathol. amplecti nolint, ſed voluntatis liberæ, ita ut aliò ſe conferre queant,

ant,ibiq; liberum religionis exercitium habere, ſi cum ſacrificulis diu habitare nolint, ut liquet ex *d.*§. **Wo aber vnſer/** in verbis **an andere Ort ziehen vnd ſich niederthun wollen.** Et certe in proteſtantium favorem beneficium emigrandi cum ſit indultum; *d.* §. **Wo aber /** in eorundem odium retorqueri non debebit: Quod tamen fieret, admiſſo id eſſe neceſſitatis. Conſulè *Mindan. d.l.1.c.30.in f.* Quid verò de Imperatore ſūmo an is ad religionem Pontificiam ſubditos imperii Romani cogere, vel etiam expellere poteſt? Quanquam v. aliàs jura civilia, quo referunt etiam conſtit. religion. Imperator mutare vel tollere poſſit. §. *ſed naturalia Inſt. de jure natur. l. 7. ff. de conſtit. Princ. l. digna vox Cod. de ll.* (Harum enim ll. cum ſit promulgatio penes illum, *L. ll. l. hum. l. fin. Cod. de ll.* cur non & earundem abrogatio *argum l. nihil tam de R. J.*) nec etiam ſuperiores Impp. ſubſequentes obligare potuerint, *argum. l. 4. & 5. ff. de recept. arb.* contra hanc tamen *Conſtit. Relig.* venire & exercitium Religionis liberum tollere, vel ſubditos expellere non poteſt. Contra fidem enim datam nec Princeps venire poteſt, *l. 1. ff. de pact. d. l. 1. de Conſtit. pec. Fach. l. 9. c. 59.* edictum ſiquidem prætoris, pacta ſervabo æquum eſt & ab ore Dei proceſſit Q.10.

ſecundum *Baldum. in Rubr. de conſtit. Princip.* naturæ verò & Dei legibus & princeps ipſus tenetur, *Baldus. 4. conſ. 269. Bartolus Jaſon. Alber. Gentil. 1 diſp. regia Vaſq. 1. illuſtr. 1.* licet civilibus *ſit ſolutus §. ſed & quod Inſt. de J. N. l. 1. de conſt. Princ. l ſi Cod. de ll. Alber. d. l.* At verò ſummus Imperator & proceribus *Auguſt. Relig.* fidem dedit, eos quod nõ velit oppugnare, turbare, &c. in cauſa religionis. §. Vnd damit ſolcher Friedt in verbis, ſo ſollen die Kayſerliche Majeſtet keinen Standt des Reichs von wegen der Augſpurgiſchen Confeſſion mit der That gewaltiger Weiſe vberziehen / beſcheidigen ꝛc. Sondern bey ſolcher Religion / Glauben / friedlich bleiben laſſen / alles bey Kayſerlichen vnd Königlichen Würden / ut & aliis ſuis in ditionib. Landſaſſiis & ſubditis. §. Vnd in ſolchen Frieden. §. nach dem aber / *juncto.* §. ſolches alles in verbis ſollen vnd wollen jhre Lieb vñ Kayſerliche Majeſtet bey jhren Kayſerl. Wirden vnd werden für ſich vnd jhre Nachkommen ſtett vnd vnerbrüchlich vnd vnauffrichtig halten vnd vollziehen: *d.* Religions Fried zu Augſpurg. E. Imperator niſi jacturam famæ facere velit, (cujus tamen cum *Sigiſmundo Imp.* ſemper potius, quàm bonorum rationem habere debet, *Æneas Sylvius*) ad ſuperſtitionem Pontificiam ſubdi-

tos

tos cogere aut ex finibus Imperii vel ſuis ditionibus hæreditariis expellere non poterit. Nec relevat ſi excipis, quaſi Ferdinãdus ſubſequentes Impp. utpote habentes Imperium non ſucceſſione, ſed Electione tota aurea Bulla, *Sleidan. l. 1.* obligare non potuerit. Siquidem illi tenētur ex propria aſſertione & propria fide: ſub principio n. imperii, per jusjurandum fidem dat, quod Chriſtianam rempub. velit tueri *c. Carolin. Sleidan.d.l.de ſtatu Relig. circ. f.* At quomodo ſi Chriſtianæ religioni addictos turbet, lædat, expellat, perſequatur. 2. Et quod LL. Imperii ſervare & confirmare velit, jurat, *c. Cæſ Sleidan. d. l.* at & inter illas eſt *conſtit. Relig.* Der Religionsfriede. E. contra illam venire non poterit, & per conſequens etiã in ejus ditionibus hæreditariis, ut & aliis imperii locis liberum religionis debebit eſſe exercitium. Ad hæc an non teneatur novus Imperator anteceſſorum pactis ſtare, quæ ſub fide Imperii inita docet *Brickman. in §. ſoluta poteſtas. n. 2. c. 4. effectui. 2. n. 10. & 11.*

CENTURIÆ II.

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO I. & II.

An fur cadens de furca vel patibulo liberatur?

Quod furti jure naturæ & divino prohibiti, *§. 1. Inſtit. de oblig. ex delict. l. probrum 42. ff. de verb. ſign. arg. l. ex hoc jure ff. de J. & J. gloſſ. in d. l. 1. § 3. Ariſtot. 1. polit. Harp. tract. crim. §. furt. n. 32. & ſeq. Arum. diſput. Juſt. 17. q. 4.* pœna, quæ eſt hodiè ſtrangulatio *tit. 27. in uſibus feud.* Sandr. *l. 2. art. 13.* ſit juſta & æqua benè docent, *Moller. 1. ſem. 37. Harp. d. tr. Arum d. d. q. 6* An verò ſi fur ad furcam ſeu patibulum ſit condemnatus fracto laqueo vivus in terram decidat, ſit adhuc ſtrangulandus vel abſolvendus, non ita expeditum inter Dd? eum abſolvendum eſſe volunt *Decius in l. favorab. 125. n. 8. de R. J. Alciat. de præſ. R. 3. præſ. 44. n. 8. Gomez. t. 3. reſolut. cap. 13. n. 37. Tiraq. de pœn. Weſenb. in parat. de pœn. n. 4.* & quodammodo *Arum. d. l. q. 8.* Contrarium

trarium pœnæ deducit *Harp. in d. tr. §. pœna. manifeſti n. 65. cum ſeqq. Niell. in diſput. feud 11. th. 2. in not.* & alii ab his allati. Videbimus jam, annon in his terminis, in quibus Dd. vulgò hîc diſputant, illorum ſententia ſit tutior, qui dicunt, imò eum eſſe adhuc ſtrangulandum. Non quidem pro illa eſt textus in terminis in jure noſtro; Attamen cum nec textus in contrarium, videndum, annon ſuadentium ſecundam ſtrangulationem rationes ſint magis prægnantes. Sit ratio, ſemper ſtandum regulæ, niſi exceptio probetur *cap. ad decimas in fin. de reſt. ſpol. l. ſuus quoq;. verſ. puto de hered. inſtit.* ſecundum notata Dd. *in l. 1. de R. J. Kobl. exerc. leg. 1. n. 6.* pro reg. ſiquidem præſumitur, *gloſſ. in l. omnis de R. J.* & ſecundum eam regulariter pronunciandum, *Decius conſ. 142. volum. 1.* Regula verò eſt, quod convictus de furto (cæteris tamen paribus) ſit ſtrangulandus, *l. 2.* Landrecht. *art. 13. in verbis:* Den Dieb ſoll man hencken/ *&* *art. 162. conſt. crim. Carol. V. in verbis:* Vnd ſoll der Mann mit dem Strange vom Leben zum Tode geſtraffet werden. Ergò, Jam verò ab hac regula nullibi excipitur fur, qui rupto laqueo vivus in terram decidit. E. & hic, ſecundum regulam alte-

cipis, eum lapſum tamen reddere cauſam furis dubiam & incertam, & ideò potius eſſe, ut fur abſolvatur quàm condemnetur, cum ſatius ſit, nocentem abſolvere quàm innocentem damnare, *l. abſentem de pœn. Gomez. dict. l.* Cum enim aliam ob cauſam quàm miraculum, ut *Niellius d. l.* docet, furca cadere f[illegible] poſſit; & verò ſimul in criminalibus [illegible]bi cauſa ſanguinis vertitur, non procedamus ad condemnationem, niſi adſint probationes liquidiſſimæ & luce meridiana clariores, *l. 16. C. de pœnis. l. ult. C. de prob. Morla in emp. juris. tit. de variis qq. q. 5. Trentacinq. de prob. reſol. 1. num. 22.* in tantum, ut in his etiam ex evidentiſſimis præſumptionibus, nemo veniat condemnandus regulariter, ut notat *Cynus in d. l. fin. C. de prob. num. 1. Gomez. 3. reſol. 12. n. 25.* liquet ſanè neq; lapſum furis comdemnationem ejus reddere dubiam, nec nos etiam hîc verſari in dubio. Nec urget ſi dicitur, quod licet vel in tortura vel ultrò maleficium confeſſus ſit, ob lapſum tamen ipſum jure judex dubitet de furis condemnati nocentia; maximè cum non rarò alii præcipites ad ſupplicia feſtinare ſoleant, *l. non tantum 6. in fin. ff. de appell.* & nonnunquam aut metuant alia de

cauſa

Digitized by Google

cauſa, in ſe quid cofiteantur, *l. 1. §. ſi quis. de qq. Ægidius Boſſius in tit. de delict. n. 15. Harpr. paſſim. d. tr.* Nam 1. ad quæſtionem & damnationem nunquam ſolemus pervenire, niſi verè ſubſit factum crimen, *l. 1. §. 24. ff. ad Senat. conſ. Syllan. Beër. deciſ. 164. n. 8.* nec quippe ad liquidandum factum, ſed patefaciendam perſonam diffamatam ea utimur, [illegible]*n. 1. pract. crim. q. 2. num. 6. Zanger. de qq. in proœm. n. 16.* 2. Non temerè alicui quæſtio adjudicatur, niſi adſint indicia non levia, eum id crimen admiſiſſe, *l. 1. §. 1. ff. de qq.* quæ præcedere ſemper debent quæſtionem *Zanger. de qq. c. 2. n. 6.* & ſemiplenè probari *Caroli V. Conſtit. crim. art. 30. in fin. & 3.* ne regeras ipſum metu dolorum crimen potuiſſe fateri, *d. l. 1. §. 27.* non ſtatim ejus confeſſioni creditur, ſed ad loca, ubi dicit crimen ſe admiſiſſe mittitur, & num illo die, illa hora, illa nocte, illa domo vel pago & reliquis circumſtantiis (ut confeſſus) ſcelus perpetratum ſit diligenter inquiritur, *Harpr. ad d. §. pœn furti manif. n. 58.* ubi omnia ſi conveniunt, liquet ſanè jure confeſſum furtum damnari ad furcam & caſu de ea cadentem nullo colore abſolvi. De aliis conſule *Niellium d. l. ut & Harpr.*

QVÆ-

QVÆSTIO III. & IV.

An pœna furti hodierna, quæ eſt ſtrangulatio his in terris poteſt mutari in pecuniariam?

FUr abſtulit ultra 5. vel 10. Ungaricos, & ideò ſecundum Carolinam Conſtitutionem 162. pronunciatum. Daß er ob dieſen Diebſtal billich mit dem Strange vom Leben zum Tode gebracht werde/fur petit remiſſionem hujus pœnæ, eamq; in pecuniariam mutari ſupplicat, allegās forſan quaſi ſemper homo integer & purus fuerit, nec antea furari conſueverit (interim ſcio Dd. admodum eſſe controverſum, num etiam ob unum magnum furtum fur ſuſpendi debeat, ut videre eſt ex iis, quæ tradit *Covarr. 2. var. reſol. 9. nu. 7. Menoch. de arbit. jud. l. 2. cent. 4. c. 292. Harpr. d. l. n. 51.*) quaſi ſit ſeductus nec admodum ætatis confirmatæ, quæritur, an ei gratia fieri, & pœna laquei in pecuniariam mutari poſſit? id verò facilè concedent, qui pœnan laquei injuſtam & juri divino ac æquitati naturali adverſam eſſe clamitant: at quam ſolidè poſt

Roland. Valle. conſ. 4. n. 3. l. 3. Gail. 1. obſ. 21. nu. 24. & 2. obſ. 57. num. 7. Weſenb. conſil. 27. n. 29. Imò quilibet perhibetur in ditionibus ſuis Imperator *Knich. de Saxon. non próv. jure verbo Ducum. cap. 1. n. 93.* At de Imperatore nullum dubium, quin jus poſitivum vel mutare vel temperare, *arg. l. nihil. d. R. J. juncta. l. fin. §. fin. C. de LL. & l. 1. de Conſt. prin. §. ſed naturalia. Inſt. de J. R.* vel pœnam ordinariam remittere queat, *l. 4. l. 31. ff. de pœnis*, ſi quid ſit, quod eum moveat *d. l. 4. in f. d. l. 31.* E. cur de Electore vel Ducibus Saxon. dubitemus in hac noſt. facti ſpecie cauſa nulla ſubeſt, quod tamen cum hoc temperamento, ita doceo, ſi modò ſalvum ſit jus tertii, quòd ei jure auferri non poteſt, ut poſt *Anton. Gabriel. docet Mollerus lib. 3. cap. 21.* Tantum ſi eum impunitum omnimodò velint dimittere, non poterunt: Hactenus enim de jure divino & gentium, quo delicta prohibita ſub pœnis, *Deuter. c. 5. Matth. 5. Exod. 20. l ita. ff. ad L. Aquil. l. 1. de furt. l. probrum de verb. ſig. remitterent*, cui cum & ipſi ſunt ſubjecti, *Bald. in l. 31. de LL. Vult. §. 7. inſt. de jure N. Alber. Gent. diſp. 1.* regia de eo remittere quid non poterunt, nec n. inferior in ſuperiorem habet imperium, *arg. l. 4. & 5. ff de recep. arbit. vide*

Niell.

N'ell in diſp.11. quis ut aliquando apud eum legi latius hoc perſequitur. Si verò petatur, pœnæ laquei mitigatio vel venia ab aliis Juriſdictionem ab Electore vel Ducibus, ut illorum vicariis puta Baronibus, Nobilibus, Quæſtoribus, Magiſtratibus &c. recognoſcentibus, illi non poſſunt pœnam laquei mutare in pecuniariam, vel alteriùs pœnæ facere remiſſionem, *arg. d. l. 4. & d. l. 31. ff. de pœn.* Idq; minus habet dubii his in terris propter Conſtitut. provinc qua cautum abſque conſenſu Ducum Saxon. nullam deberi fieri gratiam vel remiſſionem pœnæ, *ſub rubr.* Daß peinliche Sachen dadurch das Leben verwircket / ohne unſer Bewilligung nicht Bürgerlich zu machen. Quomodo Barones, Nobiles, quibus non ſpecialiter datum, in pœnis diſpenſare & magiſtratus alii, juriſdictionem à Ducibus vel Cæſare recognoſcentes & num certa ex cauſa reo convicto, de furto v. g. vel homicidio gratiam facere poſſint, Ob ſie es können zur Geltſtraffen laſſen kommen / quærentes Scabini vel ad Duces vel Cæſarem, ut ab iis id impetrent, remittunt.

QVÆ-

QVAESTIO V.

An fœmina ſeu vidua non habens curatorem defuncto marito patrono Eccleſiæ præſentare poteſt?

SÆpius fit, ut Principes, Comites, Nobiles, habentes jus patronatus in territoriis ſuis, (ut quibus, ut plurimum cohæret, quibusq; mutatis, & ipſum jus patronatus alienatur & transfertur, *c. cum ſeculum. extr. de jur. patron. c. 1. c. 2. c. 3. c ex literis. d. t. gloſſ. in d. c. cum ſeculum*, licet per ſe tantum vendi non poſſit, *c. de jure verò. 16. extr. d. t. ibiq; gloſſ.*) poſt ſe relinquant vel viduam vel filiam etiam tantum, vel viduam & filios impuberes; quæritur ergò, an vidua vel filia jus patronatus exercere & quem præſentare ad examen & ordinationem poſſit? Et quod fœmina præſentare poſſit, ſatis conſtat *c. cum dilecta extra de conceſſ. præb. d. c. ex literis de jure patronatus*: quando v. poſſit & num etiam relicta vidua patroni vel filia eius id jus exercere queat, non admodum expeditum. Diſtinguo & puto referre, an vidua relicta

vel filia in pago vel oppido, ubi præſentandus paſtor & ubi marito vel parenti vivo erat jus patronatus, habeat jus quoddam conſtitutum puta vidua per dotalitium. Daß ihr Leibgeding ſey / aut filia per ſucceſſionem, (licet enim fœminæ regulariter in feudo non ſuccedant. *1. Feud. 1. verſ. hoc notandum. 3. 1. F. 8. 1. F. 13. c. 1. §. profect. d. c. Corra c. 1. § fin.* quid ſit inveſtitura: Sunt tamen caſus, quibus etiam ſuccedunt, ſi ſc. id nominatim cautum in inveſtitura, *1. F. 1. §. hoc autem. §. filia de ſucceſſ. Feud.* aut Feudum eſt fœmineum, *c. 1. de N. ſucceſſ. Feud. & aliis pluribus c. unico Caſus quibus fœminæ ſucc.*) vel nullum ibi habeat. Priori caſu vidua vel filia relicta poteſt præſentare ad examen; & ordinationem: Cum enim propter & per dotalitium ac ſucceſſionem habeant jus acquiſitum in territorio, pago vel oppido illo, & jus patronatus etiam habebunt, utpote quod licet per ſe non tranſeat, *d. c. de jure*, tranſit tamen cũ univerſitate, *gl. in d c. de jure, c. cum ſeculum. c. ex literis d. t.* & ꝙ per ſucceſſionem tranſeat, eſt textus *in c. perlatum. 1. c. quoniam de jure patron. gloſſ. in d. c. cum ſeculum,* in tantum, ut ſi plures ſint hæredes, apud unumquemq; ſit in ſolidum, *c. 1. ibiq; Gl. d. t.*

ſi ergò

ſi ergò ibi jus patronatus habent. E. & præſentare poterunt. Quomodo viduas in pagis & oppidis, ubi eſt eis conſtitutum dotalitium, præſentare hic audio. Poſteriori verò caſu non poſſunt præſentare, & ab his præſentatus jure & impunè reprobatur ab ordinario; Abſq; jure enim patronatus nō eſt præſentatio firma, at vidua extra dotalitium vel filia extra ſucceſs: (puta ſi Feudum ſit Maſculinum,) nullum habet jus patronatus in ditionibus mariti vel parentis. E.

QVÆSTIO VI.

An maritus eſt Dominus dotis?

ET certè hæc controverſia non facilis. Ipſa mulier paſſim dicitur ejus Domina, *textus in l. deniq;. §. ergò ff. de minoribus l. 17. de jure dotium l. 24. §. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio. l. 67. d. t.* & ita voluit *Duarenus in Rubric. ff ſolut. matrim. c. 1. ad fin. Comſius in l naturaliter §. nihil ff. d. t. n. 33. & 5. Miſc. 14. Bald. ad principium inſtitutis quibus alienare licet. Zaſ 2. ſing intel. c. 5.* quomodo maritus ejus non erit Dominus, ſi modò verum, unius & ejusdem rei duos

non poſſe eſſe in ſolidum Dominos, *l. 5. §. 15. commodat.* At nihilominus & ipſius dicitur Dominus prædii dotalis, *l. 7. §. fin. l. 9. §. 1. de jure dot. l doce C. de rei vind. Jaſon. in §. fuerat. Inſt. de act. n. 2.* videatur *Arius Pinel. in l. 1. p 3. n 12. 13. C. de bonis. pater.* Quid ſtatuendum? An dicemus & uxorem & maritum eſſe Dominum illius rei dotalis contra *d l 5. § 15.* An verò antinomian admittemus *contra l. 1. §. 8. & l. 2. §. 16. C. de V. I. E.* Ubiq; ſubſunt difficultates maximæ, unde etiam quot penè fuere interpretes, tot & datæ ſunt conciliationes *Vult. pr. Inſt.* quib. alienare diſtinguit inter dominium dotis & dominium rei dotalis: ita ut maritus ſit Dominus dotis, id eſt, juris in prædio dotali conſtituti, *d. l. 7. § fin. d. l 9 §. 1. d. l. doce:* uxor verò ipſius rei dotalis Domina, *d. l. 17. de jure dot. l. 67. ſolut. matrim.* & Dd. communiter hanc diſtinctionem veriſſimam eſſe notant. Si quid tanti viri pace eſſet dicendum, neſcio an hæc diſtinctio procedat, in aliis forſan terminis non omninò pro rejicula habenda; at an hic etiam videbimus. Videtur niti falſo præſuppoſito, diſputat quippe dotem non eſſe rem ipſam dotalem, ſed jus tantum in fundo aliquo marito conſtitutum:

& ita

471

& ita Dd. communiter etiam tradunt, at malè. Eſt enim dos ipſa res, quæ marito datur, ad ſuſtinenda onera matrimonii, nec tantum jus quoddam in re. Sic colligo: quicquid annumeratur, dividitur, proportione datur, id non eſt incorporale & jus, ſed corporale & res ipſa: Dividi quippe, annumerari, tangi, ſeparari, affectiones rei corporalis non incorporalis ſunt, *t. t. de re. corp. & incorp.* At v. dos viro numerari dicitur *l. 41. ſol. matr.* & pro parte datur, *l. fin. ff. de jur. dot.* E. dos erit quid corporale & non incorporale, & per conſequens neq; jus tantum. & inde forſan eſt, quod in toto jure, dos non dicitur jus. At verò erubeſcimus ſine *l. loqui Novel. 18. c. 5.* Et quomodo, ſi dos eſſet jus, non res ipſa, actio, quæ pro ea competit, rei actio dicetur, *arg. l. un. C. de rei ux. act.* Nec ſtringit, ſi dicis, in jure noſtro paſſim dici rem ſeu fundum in dotem dari. Ergò fundus vel res non erit dos ipſa. Etenim id fit, ut excludantur res aliæ, quæ præter dotem marito afferuntur, *l. fin. C. de pact. conv. l. 9 §. 3. ff. de jur. dot.* Nec enim omnia ſua uxor marito dat in dotem, ſed quædam ſibi reſervat. Et ipſe *Juſt. in pr. Inſt. quib. alien:* Vulteii diſtinctionem non admittit, ſiquidem ipſius præ-

dii dotis cauſa dati, maritum Dominum vocat, non juris tantum. Et ſanè ſi maritus dominus Juris in prædio dotali tantum eſt, non etiam Dominus ipſius prædii dotalis, quo fine in *d. t.* de ipſarum rerum ſeu prædii dotalis alienatione agit, ſic colligo. In quocunq; dominii mariti effectus reſtringitur, ejus eſt & dominus; ſi enim non eſſet Dominus, fruſtrà inhiberetur dominii effectus, hoc eſt, alienatio. At verò in ipſo prædio dotali, nec in jure tantum ejus, effectus dominii mariti reſtringitur & limitatur. Ergò etiam ipſius rei erit Dominus. Alii dicunt, quaſi maritus non verè ſit Dominus dotis ſed ex quadam juris interpretatione, propter utilitatem, ut liberius illa uti frui poſſit idq; conſtante matrimonio, *l. pro oneribus. Cod de jure dotium*, uxorem verò verè eſſe Dominam: vel maritum eſſe Dominum de præſenti, uxorem autem in ſpe ob reſtitutionem faciendam ſoluto matrimonio, *gl. in l. quamvis de jure dot.* At verò cum uxor ipſius rei dotalis dicatur Domina, & verò res ſit tantum dotalis conſtante matrimonio; non etiam eo ſoluto, neſcio an diſtinctio illa, *gloſ.* ſubſiſtat. Forſan non maximoperè aberrabimus, ſi cum *Donello 14. com. 4. & Borch. ad d. pr.* hic hæc

compo-

componamus *ex l. in reb. 20. C. de jure dot. l. 75. ff. d. t.* civiliter ſc. & fictione juris per traditionem maritum eſſe Dominum rei dotalis; mulierem verò naturaliter permãſiſſe, *d. l. 20. vide Dd. vulgò ad d. pr. quibus alienare*.

QVÆSTIO VII.

Pecuniæ creditæ valore mutato cujus temporis ratio habenda ſit; an contractus, an verò ſolutionis quæritur?

Hujus quæſtionis illuſtris hiſce noſtris temporibus uſus fuit & eſt adhuc frequens, quibus cùm maxima mutatio circa valorem monetæ facta ſit, non injuria quęritur, quid reddendum, & quod tempus inſpiciendum, an traditionis, an v. ſolutionis? Sic ponamus Cajum ante decennium 1000. Joachimicos Sempronio crediidiſſe; jam illi 1000. Joachimici ſi reddendi, quæritur an contractus tempus ſit inſpiciendum, quomodo non 1000. Joachimicos, ſed tantum 700. cum 9. groſs. accipiet, an verò ſolutionis, quomodo 1000. viciſſim erunt ſolvendi? Alii hic diſtinguunt, inter

mutationem monetæ intrinſecam & extrinſecam, quam diſt. explicat *Fachin.2.c 9.* At eam Dd. non admittunt *per l.3.ff. de reb. cred.* Ego, ut theoriæ & praxi inſerviam diſtinguo inter jus civile & jus provinciale noviſſimum. De illo dico, inſpiciendum tempus contractus. In mutuo enim cum id agatur, ut in eodem genere & eadem bonitate ſolvatur id, quod datum eſt, *l.3.ff. de R. C.* id tempus, ſi reddendum creditum, inſpiciendum erit, quo inſpecto tantundem reddimus, quantum accepimus, & contra, tantum accepimus quantum reddimus, *argum. dict. l. 3.* At verò id eſt tempus contractus non ſolutionis. Nam cum in pecunia numerata non corpus, ſed valorem & æſtimationem ſpectemus, *l. 65. §. fin. ff. de verb. obl.* creditor, valor nummorum ſive decreverit, ſive auctus ſit, illam ſi ſolvamus, ut fuit tempore contractus in eadem bonitate creditum ſecundum naturã mutui accipit, nec conqueri poteſt; At contra erit, ſi ut eſt tempore ſolutionis ſolvatur; ibi enim vel plus vel minus contra naturam mutui accipiet, pro ut valor nummorum creverit vel decreverit, Sic ponas: *Mævium* ante decennium 100. Joachimicos accepiſſe mutuò, ubi unus valebat 24. groſs. ponas conveniſſe, ut demum poſt

10. vel

10. vel 12. annos redderentur, hic ſi inſpiciendum tempus ſolutionis longè plus ſolvere cogeretur mutuatarius, quàm accepit manifeſtè contra naturam mutui *d. l. 3. de R. C.* Cum E. tempus ſolutionis ſummâ inducat inęqualitatem, & eo inſpecto idem gen' eadem in bonitate non reddatur, liquet hactenus, id non eſſe inſpiciendum; fac. *lex 69. de contrah. emt. c. pen. de cenſ. Mynſing. 4. obſerv. 1.* Quod jus provinciale noviſſimum attinet, noviſſima conſtitutio Electoris Saxoniæ (ut obſervavi ex prælectionibus *Dn. Fomanni & Suevii Præceptorum in æternum colendorum*) in hac quæſtione tres diſtinguit caſus: 1. eſt ſi credita grādis pecunia puta Joachimici aurei **Reichsthaler / Cronen /** & debitor viciſſim grandem pecuniam ſolvere promiſit, **Er wolle jhn wieder mit guten Reichsthalern oder Cronen bezahlen /** ubi conſtituit *illuſt. Elect.* ut ſolvat quidem debitor ſecundum *l. conventionis grandem pecuniam,* **Er ſoll jhm hart Gelt wieder geben /** attamen ita, ut Joachimicus in debito æſtimetur pro valore, qui tempore contractus fuerit, in ſolutione verò pro illius temporis valore, **Alſo das der Reichsthaler** (ſi contractum creditum fortè ante decennium) **in der Schuldt für**

24. gerechnet werde / in der Zahlung aber mus er einen Reichsthaler annehmen / was er gilt / als ietzt für 30. groß. quomodo ſi ante decem annos alicui crediſiſſem 100. Joachimicos, & conventum eſſet, ut Joachimici redderentur, hodiè ſecundum hanc conſtitutionem, non acciperem 100. Joach. ſed tantum. 85. qui æſtimati. 30. groſs. reſpondent: 100. Joach. 24. gr. æſtimatis, cujus conſt. ratio *in d. l. 3. in R. C.* Secundus caſus eſt, ſi quis credidit alicui ipſa corpora ſeu certum nummorum numerum, & debitor ſtipulatus eadem corpora illi reddere, hic quia ipſa corpora ſunt in obligatione non æſtimatio illorum corpora ipſa etiam & tot reddenda ſunt quot data; quomodo ſi accepiſſem mutuò 100. Joach. Hundert gantze Reichsthaler ſtück für ſtück / & permiſiſſem me viciſſem 100. Joach. Ich wolte ihm wieder hundert gantze harte Reichsthaler ſtück für ſtück geben / 100. etiam reddendi erunt, nec inſpicitur, an valor creverit vel decreverit, ſemper n. in ſtipulationib. ſequimur, quod actum eſt, *l. 34. de R. J. l. 34. de reb. cred. l. 125. de V. S.* At hic actum, ut ipſa corpora & tot quidem redderentur. E. ſecundum quem caſum Scabini hic civi Halenſi 300. thaleros

Imp.

Imp. ſingulos ad rationem 24. groſs. accipienti mutuos & promittenti tot & in tali valore reddere, reſponderunt. eum 300. thaleros in ſpecie, & quidem ad rationem 24. groſs. ſolvere debere, licet unus ibi Joachimicus æſtimaretur 30. groſs. Tertius caſus eſt, quando quis 100. vel 1000. Joach. credidit expreſſo cujusq; valore, jeden zu 24. groſchen gerechnet/ & in ſpecie tot ſc. 100. vel 1000. Joach. ſolvere promiſit, æſtimatio tempore contractus qualis fuit, tantùm ſolvitur, ſecundum noviſs. conſtit. non etiam 100. vel 1000. Joach. Et hactenus Elector recedit à Jure communi. Hoc in tertio caſu attendi volunt, an æſtimatio taxationis, an verò demonſtrationis gratia adjiciatur, id quod deprehenditur, ſi ſorti adjicitur vel non. Si ſorti demonſtrationis tantum gratia adjecta æſtimatio, & ideò tot Joachimici ſolvendi, quot accepti, & hoc fuit obſervatum in proximo exemplo. Sin verò adjiciatur æſtimatio uſuris, taxationis gratia videtur adjecta, & ideò pro taleris ad rationem 24. gr. acceptis ſolvendi etiam taleri, ſi ita actum, verùm ſecundum valorem, qui jam obtinet. Alſo das er einen Reichsthaler zu 30. groſchen gerechnet/ annehmen mus/ quomodo *Senatui Halenſi* reſponſum hic fuiſſe audio.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII. ET IX.

An undecimo menſe natus eſt partus illegitimus?

QVandoq; contingere ſolet, ut mulieres 11. menſe partum edant, *Hippoc. lib. de Septemeſt. part. Gell. lib. 3. c. 16.* licet rarius, *Arum. diſput. Juſtin. 1. th. 29.* quibus poſtmodum agnati proximi quæſtionem filiationis movere ſolent, non volentes illos, ut illegitimos, admitti ad ſucceſſionem, *Tholoſ. lib. 9. c. 26. nu. 22. Beuſt. de matrim. p. 2. c. 36.* præſertim bonorum feudalium, ubi legitimi requiruntur, *c. filij natu-rales. 1. ſi de feudo defunct. content.* quæritur E. quid ſtatuendum? Et quidem 11. menſe naſci quem non poſſe, tradunt inſignes medici, *Hippoc. lib. de natur. puer.* cujus auctoritatem paſſim JCti ſequuntur, *l. 12. ff. de ſtat. hom. l. 3. § f. ff. de ſuis & leg.* uberius n. alimentum quærens puer calcitrando pelliculas diſtrumpit, & à vinculis exſolutus ſimul foràs prodit, atq; hæc, ut longiſſimè 10. menſibus fiunt, *Hippoc d. loc.* quomódo is partum undecimeſtrem excludit. Quin in ſubſeqq. *Hippoc. d. loc.* partum ad 10. menſem prorogari poſſe, negat. Idem videtur

videtur aſſerere *Hippoc. lib: de carnib. & princip.* ut & *Plutarch. in vita Alcibiad.* Unde JCti videntes Hippocratem eſſe virum doctiſſimum, *d. l. 12. ff de ſtat hom* undecimeſtrem partum pro legitimo haberi noluerunt, *l. Gallus 29. in pr. ff. de lib & poſth. Nov. 39. c. 2. l. 3. §. ult. ff. de legit her.* & ideò ad ſucceſſionem non admiſerunt, *d l 29 d. l. 3. § ult.* fortè ne aperirent feneſtram libidini muliercularum, *Mynſing. 6. obſ 40. n. 7. in fin.* Tantum ſi ſub principium 11. menſis natus, adhuc eum pro legitimo habent. *d. l 29. Mynſing. d l nu. 10.* quaſi mulier in conceptione falli poſſit, *Hipp.* at ſi 11. menſe perfecto, omninò non *d. Nov. 39. c. 2. d. l. 29. d. l. 3. §. ult. Mynſ. d loc.* At & 11. menſe naſci poſſe partum, teſtantur Medici, *Hippoc. lib. de ſeptimeſtr. part. & de part. octimeſtr. Ariſt. lib. 7. de hiſt. animal. c. 4.* Sic Varronem dixiſſe, undec. menſe hominem naſci poſſe, ſcribit *Gell. Plin. lib. 2. c. 5.* ait toto anno & incerto gignitur ſpacio, uſq; ad initia 10. & 11. menſis. Sic *Gellius atteſtatur,* fœminam Romæ non indubitatæ pudicitiæ poſt mortem mariti 11. menſe peperiſſe. Idem docent *Cenſorin. in libr. de die natal. L. Lemnius de occult. nat. miracl.* & atteſtantur peritæ obſtetrices, *Horatius*

Augen.

Augen. lib. 2. de hom. part. c. 22. Quid hic ſtatuendum? an hos partus pro illegitimis habebimus, ſecundum *d. c. 2. Nov. 39. & d. l. 29. ff. de lib. & poſth.* Imò ſic naturæ accuſatores exiſtimus, cur non omnes 9 verò 10. ediderit, contra *l. max. vicium. C. de lib. præter.* & partui imputabimus, quod fataliter ei accidit, contra *l. quæret aliquis. ff. de V. S.* & ſucceſſionem debitam, *l. 14. ff. de ſuis & legit.* auferimus contra *l. 7. ff. de R. J.* Hæc ne faciamus, dicimus diligenter attendendum eſſe ad mores mulieris, qui ſi ſemper fuerunt moderatiſſimi, pudici, temperantes, pro legitimo habendus partus ejus undecimeſtris, cum quod aliàs in dubio perſona quælibet bona & idonea præſumitur, *l. cum pater. § rogo. ff. de legat. 2. cap dudum. extr. de præſumpt. gl. in l. fin. ff. quod met. cauſa c. ſicut. 1. q. 2.* tùm quod cum Medicis rationes reddere poſſimus, cur per 11. menſes partus in utero morari poſſit. Etenim defectus alimenti, *Hippoc. de nat. puer.* & uteri anguſtia ac calor uteri vehementior eſt cauſa partus. Medici communiter. Jam verò interdum fit, ut maxima adſit copia ſanguinis materni, quo diutius ali poteſt partus, & uterus etiam ſatis ſit capax, & calor ejusdem debilior, quo minùs

minùs citò partum perficiat. E. benè fieri poteſt, ut etiam partus ultra 7.9.& 10.menſem extendatur. Sic argumentor: ſi cauſæ partus poſſunt ante 11. menſem ceſſare. E. ceſſabit etiam ipſe partus, ceſſante quippe causâ ceſſat effectum, *c. ceſſante. de R. J. in 6.* ubi latè *Tiraq. l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jure patron. Weſenb. in parat. ff. de his. qui not. infam. n. 3.* Atqui verò cauſæ partus in quibuſdam uſque ad finem 11. menſis poſſunt ceſſare, ſc. poteſt adeſſe magna copia ſanguinis materni, quomodo ceſſabit defectus alimenti, poteſt utrius eſſe ſatis magnus & laxus ac calor debilior, quomodo anguſtia uteri & caloris vehementia. E. in his ceſſabit etiam partus. Ergò naturaliter fieri poteſt,ut 11. menſe partus demum prodeat. E. pro illegitimo haberi non debet, niſi naturam quis accuſare velit, *contr. l. maximum vitium. C. de lib. præterit.* & imputare partui, quod fataliter ei accidit, *contra l. quæret aliquis. ff. de V. S.* Et pro tali undecimeſtri partu fœminæ honeſtæ reſponſum eſſe, atteſtatur *Beuſt. d. loc.* Nec obſtat *Hipp. in lib. de carnib. & princ.* quia 1. alii Medici illos pro genuinis non habent. 2. illos adhuc junior ſcripſit, & ibi obiter tantùm hujus rei facit mentionem,

con-

contrarium docens, ex profeſſo & accuratè quando hac de re ſcripſit in *lib. de ſeptimeſt. part.* quomodo potiùs hanc ſententiam, ut in qua fuit jam ſenex, JCti amplecti debebant. Plerunq; enim judicia ſenum ſunt tutiora, quàm puerorum. Indè *Jaſon in l. cum quid ff. ſi cert petat.* plus valet umbra ſenis, quàm gladius & eloquentia juvenis. Quia tamen rarius 11. menſe mulieres pariunt, ut plurimùm verò 9 vel 10. & quia verò JCti id, quod frequentius fit, cōſiderare ſolent, *l. 4. l. 5. ff. de ll.* ideò ne feneſtram libidini quaſi aperirent, *Mynſ. d. loc.* conſtituerunt regulam; undecimo menſe natum non eſſe filium legitimum, *d. l. Gallus. d. Nov. 39. c. 2.* à qua tamen excipi volunt, natum ex matrona bonæ famæ & indubitatæ pudicitiæ, *Beuſt. d. lo. L. Lemnius.* Nulla ſiquidem regula tam firma eſt, quæ non habeat ſuam exceptionem. Et ſanè ipſi JCti univerſalem conſtituere non potuerunt, hoc eſt, quaſi omnes debeant, 7. 9. vel 10. menſe parere, ac ſi quæ ultra, illius partus non habendus ſit legitimus. Agitur enim hîc de opere naturæ, cui lex certa dari non poteſt à nobis. JCti ergò & Impp. habent regulam, nos verò exceptionem, ad quam deveniri tum demum volumùs, ſi

fœmi-

fœminam illam ſemper pudicam & piam fuiſſe compertum ſit, aliàs ſtabitur regula & illegitimus erit, *d. l. Gallus d. Nov. 39. c. 8.*

QVÆSTIO X.

An etiam Clerici poſſunt accipere feudum?

HOc alii Feudiſtæ affirmant, alii negāt; alii diſtinguunt; alii aliter limitant. Affirmant *Sonsbecius part. 7. num. 2. cum ſeqq. de Feud. Borch. c. 5. nu. 49. Vultejus lib. 1. c. 4. num. 9. de Feud.* Negat *Zaſius.* Diſtinguit *Niellius d ſp. 2. F. theſ. 6. lit. a.* Ego puto referre, an quæratur de novo Feudo accipiendo, an verò de antiquo. Si de hoc id neq; acquirit ſuccedendo, neq; jam habens mutando ſtatum politicum retinet; quomodo exaudio, *c. un. § qui clericus,* ſi de Feudo defuncti contentio, *2. F. 26. c. un. de F. fœm. 2. F. 30. c. un. de milit. Vaſall.* qui arma bellica depoſuit. *2 F. 21. cap. un.* an mutus vel aliàs imperfectus. *2. F. 36. & t. F. 36. & t. Clericatu Feudum amitti. 2. F. ultimo.* Et quidem non injuria. Deſiit n. eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti *d. c. un. de milite Vaſallo 2. F. 21.* Scriptum quippe eſt in divinis eloquiis, miles Chriſti,

dii dotis cauſa dati, maritum Dominum vocat, non juris tantum. Et ſanè ſi maritus dominus Juris in prædio dotali tantum eſt, non etiam Dominus ipſius prædii dotalis, quo fine in *d. t.* de ipſarum rerum ſeu prædii dotalis alienatione agit, ſic colligo. In quocunq; dominii mariti effectus reſtringitur, ejus eſt & dominus; ſi enim non eſſet Dominus, fruſtrà inhiberetur dominii effectus, hoc eſt, alienatio. At verò in ipſo prædio dotali, nec in jure tantum ejus, effectus dominii mariti reſtringitur & limitatur. Ergò etiam ipſius rei erit Dominus. Alii dicunt, quaſi maritus non verè ſit Dominus dotis ſed ex quadam juris interpretatione, propter utilitatem, ut liberius illa uti frui poſſit idq; conſtante matrimonio, *l. pro oneribus. Cod. de jure dotium*, uxorem verò verè eſſe Dominam: vel maritum eſſe Dominum de præſenti, uxorem autem in ſpe ob reſtitutionem faciendam ſoluto matrimonio, *gl. in l. quamvis de jure dot.* At verò cum uxor ipſius rei dotalis dicatur Domina, & verò res ſit tantum dotalis conſtante matrimonio; non etiam eo ſoluto, neſcio an diſtinctio illa, *gloß.* ſubſiſtat. Forſan non maximoperè aberrabimus, ſi cum *Donello 14. com. 4. & Borch. ad d. pr.* hic hæc

compo-

componamus *ex l. in reb. 20. C. de jure dot. l. 75. ff. d. t.* civiliter ſc. & fictione juris per traditionem maritum eſſe Dominum rei dotalis; mulierem verò naturaliter permãſiſſe, *d. l. 20. vide Dd. vulgò ad d. pr. quibus alienare.*

QVÆSTIO VII.

Pecuniæ creditæ valore mutato cujus temporis ratio habenda ſit; an contractus, an verò ſolutionis quæritur?

Hujus quæſtionis illuſtris hiſce noſtris temporibus uſus fuit & eſt adhuc frequens, quibus cùm maxima mutatio circa valorem monetæ facta ſit, non injuria quęritur, quid reddendum, & quod tempus inſpiciendum, an traditionis, an v. ſolutionis? Sic ponamus Cajum ante decennium 1000. Joachimicos Sempronio crediſſe; jam illi 1000. Joachimici ſi reddendi, quæritur an contractus tempus ſit inſpiciendum, quomodo non 1000. Joachimicos, ſed tantum 700. cum 9. groſs. accipiet, an verò ſolutionis, quomodo 1000. viciſſim erunt ſolvendi? Alii hic diſtinguunt, inter

mutationem monetæ intrinſecam & extrinſecam, quam diſt. explicat *Fachin.2.c 9.* At eam Dd. non admittunt *per l.3.ff. de reb. cred.* Ego, ut theoriæ & praxi inſerviam diſtinguo inter jus civile & jus provinciale noviſſimum. De illo dico, inſpiciendum tempus contractus. In mutuo enim cum id agatur, ut in eodem genere & eadem bonitate ſolvatur id, quod datum eſt, *l.3.ff. de R. C.* id tempus, ſi reddendum creditum, inſpiciendum erit, quo inſpecto tantundem reddimus, quantum accepimus, & contra, tantum accepimus quantum reddimus, *argum. dict. l. 3.* At verò id eſt tempus contractus non ſolutionis. Nam cum in pecunia numerata non corpus, ſed valorem & æſtimationem ſpectemus, *l. 65. §. fin. ff. de verb. obl.* creditor, valor nummorum ſive decreverit, ſive auctus ſit, illam ſi ſolvamus, ut fuit tempore contractus in eadem bonitate creditum ſecundum naturã mutui accipit, nec conqueri poteſt; At contra erit, ſi ut eſt tempore ſolutionis ſolvatur; ibi enim vel plus vel minus contra naturam mutui accipiet, pro ut valor nummorum creverit vel decreverit, Sic ponas: *Mævium* ante decennium 100. Joachimicos accepiſſe mutuò, ubi unus valebat 24. groſs. ponas conveniſſe, ut demum poſt 10. vel

Digitized by Google

10. vel 12. annos redderentur, hic ſi inſpiciendum tempus ſolutionis longè plus ſolvere cogeretur mutuatarius, quàm accepit manifeſtè contra naturam mutui *d. l. 3. de R. C.* Cum E. tempus ſolutionis ſummâ inducat inęqualitatem, & eo inſpecto idem gen⁹ eadem in bonitate non reddatur, liquet hactenus, id non eſſe inſpiciendum; fac. *lex 69. de contrah. emt. c. pen. de cenſ. Mynſing. 4. obſerv. 1.* Quod jus provinciale noviſſimum attinet, noviſſima conſtitutio Electoris Saxoniæ (ut obſervavi ex prælectionibus *Dn. Fomanni & Suevii Præceptorum in æternum colendorum*) in hac quæſtione tres diſtinguit caſus: 1. eſt ſi credita grãdis pecunia puta Joachimici aurei Reichsthaler / Cronen / & debitor viciſſim grandem pecuniam ſolvere promiſit, Er wolle jhn wieder mit guten Reichsthalern oder Cronen bezahlen / ubi conſtituit *illuſt. Elect.* ut ſolvat quidem debitor ſecundum *l. conventionis grandem pecuniam*, Er ſoll jhm hart Gelt wieder geben / attamen ita, ut Joachimicus in debito æſtimetur pro valore, qui tempore contractus fuerit, in ſolutione verò pro illius temporis valore, Alſo das der Reichsthaler (ſi contractum creditum fortè ante decennium) in der Schuldt für

24. gerechnet werde / in der Zahlung aber mus er einen Reichsthaler annehmen/ was er gilt/ als ietzt für 30. groß. quomodo ſi ante decem annos alicui credidiſſem 100. Joachimicos, & conventum eſſet, ut Joachimici redderentur, hodiè ſecundum hanc conſtitutionem, non acciperem 100. Joach. ſed tantum. 85. qui æſtimati. 30. groſs. reſpondent: 100. Joach. 24. gr. æſtimatis, cujus conſt. ratio *in d. l. 3 in R. C.* Secundus caſus eſt, ſi quis credidit alicui ipſa corpora ſeu certum nummorum numerum, & debitor ſtipulatus eadem corpora illi reddere, hic quia ipſa corpora ſunt in obligatione non æſtimatio illorum corpora ipſa etiam & tot reddenda ſunt quot data; quomodo ſi accepiſſem mutuò 100. Joach. Hundert gantze Reichsthaler ſtück für ſtück/ & permiſiſſem me viciſſem 100. Joach. Ich wolte jhm wieder hundert gantze harte Reichsthaler ſtück für ſtück geben/ 100. etiam reddendi erunt, nec inſpicitur, an valor creverit vel decreverit, ſemper n. in ſtipulationib. ſequimur, quod actum eſt, *l. 34. de R. J. l. 34. de reb. cred. l. 125. de V. S.* At hic actum, ut ipſa corpora & tot quidem redderentur. E. ſecundum quem caſum Scabini hic civi Halenſi 300. thaleros

Imp.

Imp. ſingulos ad rationem 24. groſs. accipienti mutuos & promittenti tot & in tali valore reddere, reſponderunt. eum 300. thaleros in ſpecie, & quidem ad rationem 24. groſs. ſolvere debere, licet unus ibi Joachimicus æſtimaretur 30. groſs. Tertius caſus eſt, quando quis 100. vel 1000. Joach. credidit expreſſo cujusq; valore, **jeden zu 24. groſchen gerechnet/** & in ſpecie tot ſc. 100. vel 1000. Joach. ſolvere promiſit, æſtimatio tempore contractus qualis fuit, tantùm ſolvitur, ſecundum noviſs. conſtit. non etiam 100. vel 1000. Joach. Et hactenus Elector recedit à Jure communi. Hoc in tertio caſu attendi volunt, an æſtimatio taxationis, an verò demonſtrationis gratia adjiciatur, id quod deprehenditur, ſi ſorti adjicitur vel non. Si ſorti demonſtrationis tantum gratia adjecta æſtimatio, & ideò tot Joachimici ſolvendi, quot accepti, & hoc fuit obſervatum in proximo exemplo. Sin verò adjiciatur æſtimatio uſuris, taxationis gratia videtur adjecta, & ideò pro taleris ad rationem 24. gr. acceptis ſolvendi etiam taleri, ſi ita actum, verùm ſecundum valorem, qui jam obtinet. **Alſo das er einen Reichsthaler zu 30. groſchen gerechnet/ annehmen mus/** quomodo *Senatui Halenſi* reſponſum hic fuiſſe audio.

QVÆ-

QVÆSTIO VIII. ET IX.

An undecimo menſe natus eſt partus illegitimus?

QVandoq; contingere ſolet, ut mulieres 11. menſe partum edant, *Hippoc. lib. de Septemeſt. part. Gell. lib. 3. c. 16.* licet rarius, *Arum. diſput. Juſtin. 1. th. 29.* quibus poſtmodum agnati proximi quæſtionem filiationis movere ſolent, non volentes illos, ut illegitimos, admitti ad ſucceſſionem, *Tholoſ. lib. 9. c. 26. nu. 22. Beuſt. de matrim. p. 2. c. 36.* præſertim bonorum feudalium, ubi legitimi requiruntur, *c. filij naturales. 1. ſi de feudo defunct. content.* quæritur E. quid ſtatuendum? Et quidem 11. menſe naſci quem non poſſe, tradunt inſignes medici, *Hippoc. lib. de natur. puer.* cujus auctoritatem paſſim JCti ſequuntur, *l. 12. ff. de ſtat. hom. l. 3. § f. ff. de ſuis & leg.* uberius n. alimentum quærens puer calcitrando pelliculas diſtrumpit, & à vinculis exſolutus ſimul foràs prodit, atq; hæc, ut longiſſimè 10. menſibus fiunt, *Hippoc d. loc.* quomódo is partum undecimeſtrem excludit. Quin in ſubſeqq. *Hippoc. d. loc.* partum ad 10. menſem prorogari poſſe, negat. Idem videtur

videtur aſſerere *Hippoc. lib: de carnib. & princip.* ut & *Plutarch. in vita Alcibiad.* Unde JCti videntes Hippocratem eſſe virum doctiſſimum, *d. l. 12. ff de ſtat hom* undecimeſtrem partum pro legitimo haberi noluerunt, *l. Gallus 29. in pr. ff. de lib & poſth. Nov. 39. c. 2. l. 3. §. ult. ff. de legit her.* & ideò ad ſucceſſionem non admiſerunt, *d l 29. d. l 3. § ult.* fortè ne aperirent feneſtram libidini muliercularum, *Mynſing. 6. obſ 40. n. 7. in fin.* Tantum ſi ſub principium 11. menſis natus, adhuc eum pro legitimo habent. *d. l 29. Mynſing. d l nu. 10.* quaſi mulier in conceptione falli poſſit, *Hipp.* at ſi 11. menſe perfecto, omninò non *d. Nov. 39. c. 2. d. l. 29. d. l. 3. §. ult. Mynſ. d loc.* At & 11. menſe naſci poſſe partum, teſtantur Medici, *Hippoc. lib. de ſeptimeſtr. part. & de part. octimeſtr. Ariſt. lib. 7. de hiſt. animal. c. 4.* Sic Varronem dixiſſe, undec. menſe hominem naſci poſſe, ſcribit *Gell. Plin. lib. 2. c. 5.* ait toto anno & incerto gignitur ſpacio, uſq; ad initia 10. & 11. menſis. Sic *Gellius atteſtatur*, fœminam Romæ non indubitatæ pudicitiæ poſt mortem mariti 11. menſe peperiſſe. Idem docent *Cenſorin. in libr. de die natal. L. Lemnius de occult. nat. miracl.* & atteſtantur peritæ obſtetrices, *Horatius*

Augen.

Augen. lib. 2. de hom. part. c. 22. Quid hic ſtatuendum? an hos partus pro illegitimis habebimus, ſecundum *d. c. 2. Nov. 39. & d. l. 29. ff. de lib. & poſth.* Imò ſic naturæ accuſatores exiſtimus, cur non omnes 9 verò 10. ediderit, contra *l. max. vicium. C. de lib. præter.* & partui imputabimus, quod fataliter ei accidit, contra *l. quæret aliquis. ff. de V. S.* & ſucceſſionem debitam, *l. 14. ff. de ſuis & legit.* auferimus contra *l. 7. ff. de R. J.* Hæc ne faciamus, dicimus diligenter attendendum eſſe ad mores mulieris, qui ſi ſemper fuerunt moderatiſſimi, pudici, temperantes, pro legitimo habendus partus ejus undecimeſtris, cum quod aliàs in dubio perſona quælibet bona & idonea præſumitur, *l. cum pater. § rogo ff. de legat. 2. cap dudum. extr. de præſumpt. gl. in l. fin. ff. quod met. cauſa c. ſicut. 1. q. 2.* tùm quod cum Medicis rationes reddere poſſimus, cur per 11. menſes partus in utero morari poſſit. Etenim defectus alimenti, *Hippoc. de nat. puer.* & uteri anguſtia ac calor uteri vehementior eſt cauſa partus. Medici communiter. Jam verò interdum fit, ut maxima adſit copia ſanguinis materni, quo diutius ali poteſt partus, & uterus etiam ſatis ſit capax, & calor ejusdem debilior, quo minùs

minùs citò partum perficiat. E. benè fieri poteſt, ut etiam partus ultra 7. 9. & 10. menſem extendatur. Sic argumentor: ſi cauſæ partus poſſunt ante 11. menſem ceſſare. E. ceſſabit etiam ipſe partus, ceſſante quippe cauſâ ceſſat effectum, *c. ceſſante. de R. J. in 6.* ubi latè *Tiraq. l. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de jure patron. Weſenb. in parat. ff. de his. qui not. infam. n. 3.* Atqui verò cauſæ partus in quibuſdam uſque ad finem 11. menſis poſſunt ceſſare, ſc. poteſt adeſſe magna copia ſanguinis materni, quomodo ceſſabit defectus alimenti, poteſt utrius eſſe ſatis magnus & laxus ac calor debilior, quomodo anguſtia uteri & caloris vehementia. E. in his ceſſabit etiam partus. Ergò naturaliter fieri poteſt, ut 11. menſe partus demum prodeat. E. pro illegitimo haberi non debet, niſi naturam quis accuſare velit, *contr. l. maximum vitium. C. de lib. præterit.* & imputare partui, quod fataliter ei accidit, *contra l. quæret aliquis. ff. de V. S.* Et pro tali undecimeſtri partu fœminæ honeſtæ reſponſum eſſe, atteſtatur *Beuſt. d. loc.* Nec obſtat *Hipp. in lib. de carnib. & princ.* quia 1. alii Medici illos pro genuinis non habent. 2. illos adhuc junior ſcripſit, & ibi obiter tantùm hujus rei facit mentionem,

con-

fœminam illam ſemper pudicam & piam fuiſſe compertum ſit, aliàs ſtabitur regula & illegitimus erit, *d. l. Gallus d. Nov. 39. c. 2.*

QVÆSTIO X.

An etiam Clerici poſſunt accipere feudum?

HOc alii Feudiſtæ affirmant, alii negāt; alii diſtinguunt; alii aliter limitant. Affirmant *Sonsbecius part. 7. num. 2. cum ſeqq. de Feud. Borch. c. 5. nu. 49. Vultejus lib. 1. c. 4. num. 9. de Feud.* Negat *Zaſius.* Diſtinguit *Niellius d ſp. 2. F. theſ. 6. lit. a.* Ego puto referre, an quæratur de novo Feudo accipiendo, an verò de antiquo. Si de hoc id neq; acquirit ſuccedendo, neq; jam habens mutando ſtatum politicum retinet; quomodo exaudio, *c. un. § qui clericus,* ſi de Feudo defuncti contentio, *2. F. 26. c. un. de F. fœm. 2. F. 30. c. un. de milit. Vaſall.* qui arma bellica depoſuit. *2. F. 21. cap. un.* an mutus vel aliàs imperfectus. *2. F. 36. & t. F. 36. & t. Clericatu Feudum amitti. 2. F. ultimo.* Et quidem non injuria. Deſiit n. eſſe miles ſeculi, qui factus eſt miles Chriſti *d. c. un. de milite Vaſallo 2. F. 21.* Scriptum quippe eſt in divinis eloquiis, miles Chriſti,

ſerviat Chriſto, milites ſeculi ſerviant ſeculo *d. c. fin. F. 2.* Cum enim DEI miniſtri haberi velint, cur ſe implicant negotiis ſecularibus *2. Timoth. 2.* Cum ergò non poſſint præſtare ſervitia militiaria, *d. c. un* de milite Vaſallo qui arma bellica *2. F. 21. & c. fin. 2. F. c. reprehenſibile 23. q. 8. c. de Epiſcopis. d. q. 8. c. 2. c. 3. c. quicunq́. c. Clerici, c. quicunq́ 6. d q. 8.* (Petro ſiquidem dictum converte gladium in vaginam, omnis enim qui gladium accipit, eo peribit, *d. c. de Epiſcop.* & arma Epiſcopi ſunt lachrymæ & orationes *d. c. 1. 23. q. 8.*) & vero non ſit juſtior beneficii amittendi cauſa, quam ſi id non præſtetur, ob quod conceſſum Feudum *cap. un. quæ F. 1. ca. b. a. 2. F. 24. §. 2. v. ſed non eſt*, rectiſſimè *Clericus in F. antiq.* nec ſuccedit, nec id jam habens retinet. Nec urget ſi dixeris; cum per ſubſtitutum illa ſervitia obire poſſit, ut ſæpius fit in Feudis, *argum. c. un.* ſi de Feudo defuncti, & forſan æquè commodus ſurrogari poſſit *l. ſi quis. ff. locati*, adhuc Vaſallum Clericatu non debere amittere Feudum: R. Ubi enim induſtriæ perſona electa, ibi alterius ſurrogatio non amittitur, *l. 16. ff. de mun. & hon. l. 9. C. de ope. nov. nun. l. inter 31. ff. de ſolut.* At in Feudis Vaſalli induſtria

& vir-

& virtus inſpicitur. E. & 2. mutata perſonæ conditione, quæ locum beneficio facit, & ipſum beneficium deficit, *l. in 68. de R. J.* At hic conditio Vaſalli, cujus intuitu Feudum datum mutata. E. & 3. quia Domino invito alius Vaſallus obtrudi non debet, *cap. un. de frat. de novo beneficio* inveſti, *2. F. 12. in fin.* quod tamen & hic fieret, ſi Clericum pro ſeculari admittere cogeretur. Si de illo & novo Feudo quæritur, dico id clericum acquirere poſſe textus *in cap. un. §. fin. de capit. Corradii. 2. F. 40.* ex quo ſic: omnis privatio præſupponit habitum, *Lex manumiſſ. de Juſt. & Jur. l. 10. ff de verb. oblig. Philoſophi communiter. At in dict. § fin.* privatur Clericus feudo. E. Fac: *text. in cap. cæterum extra de judiciis. cap. ex transmiſſa de foro competenti c. cum ſeculum de jure patronatus.* Nec eo infringitur hæc quæſtio, quaſi qui factus miles Chriſti ſecularibus negotiis ſe implicare non debeat, *dict. cap reprehenſibile, d. cap 1. 2 3. q. 28.* Etenim cum benè compertum habuerit eum arma ratione ſuæ profeſſionis ſumere non poſſe, *d. cap. 1. c 2. c. 3. c. quicunq; c. repreh. dict. 23. quæſt 8. d. c. fin. 2. F.* videtur ei conceſſiſſe, ut per ſubſtitutum inſerviat, maximè cum æquè commodus ſurro-

 gari

gari queat, *d. l. ſi quis.* Hactenus quid ſentiendum ex diſpoſitione juris: Paucis an ratio hujus juris etiam per omnia tuta ſit jam videamus. Et jure inquit Feudiſta *in dict. cap. fin.* & moribus receptum eſt, vaſallum clericali ſe militiæ dedicantem Feudum amittere: ſubjicit rationem in verbis, quia ſcriptum eſt in divinis eloquiis (ſcil. *dict. c. repreh d cap 1. 23. quæſt. 8. 2. Timoth. 2.*) miles Chriſti ſerviat Chriſto, milites ſeculi ſerviant ſeculo, juncto capitulo un. *de mil. Vaſ.* qui arma bellica depoſuit. In quā rationem, ſi pace Dd. mihi accuratius inquirere liceret, neſcio an ſubſiſtat. Sic argumentor: aut milites noſtri temporis non placebunt DEO, & ſic erunt damnandi; aut non erit verum, quod miles ſeculi non poſſit eſſe miles Chriſti. At prius abſurdum & contra plurima *cap. noli. cap. quid culpatur. cap. militare. cap. ſumma in fin. 23. quæſt. 1. cap. Maxim. cap. fortitudo. 23. quæſt. 3. cap. igitur. cap. cum pridem. dict. 23. quæſt. 8.* E. Dices militare non eſſe quidem peccatum in ſeculari, *d. c. noli. dict. c. quid culpatur*; at ſecus eſſe in clerico quaſi hic ipſe arma bellica aſſumere non poſſit, *cap. de Epiſcop. c. non pila. c. Clerici cap. quicunque 23. quæſt. 8.* Petro quippe dictum, conver-

converte gladium in vaginam *d. cap 1. dict. quæſt. 8*. At hactenus nihil proficis. Sic colligo. Sin *Maximianus c. Max. 23. quæſt. 3. Paulus dict. cap. Maxim Gl. in c. igitur 23. quæſt. 8*. ipſe Pontifex *Leo. d. c. igitur. cap. ſi mortem. dict. quæſt. 8*. fuerunt milites ſeculi *dd. cc.* & verò hi fuerunt ſancti Epiſcopi, Apoſtoli, Pontifices, *dict. cap. Maxim. dict. c. igitur. d. c. ſi in mortem* ſequitur falſum eſſe, quaſi Clericus & ſic miles Chriſti non poſſit eſſe miles ſeculi, at prius veriſſimum. E. Poſterius erit falſum & per conſequens corrunt etiam quæ ex illa ratione vulgò diſputantur. Opponuntur ergò ibi, quæ ſunt ſubordinata; malè. Quin ipſi Dd. concedunt, vulgò clericum ab initio Feudum accipere poſſe, *Wormſerus, Vultejus, Niellius. 2. Feud. 40.* quomodo ergò clericatus erit cauſa vera & ſolida, cur clerici non poſſint accipere Feudum: cauſa quippe vera poſita, ponit: negata negat. At hæc poſita non ponit. E. nec relevat, ſi excipis, Dominum, cum ſciat eum arma bellica apprehendere non poſſe, *d. c. 1. c. quicunq. 23. quæſt. 8*. ei gratiam feciſſe, ut ſerviat per ſubſtitutum; ſubſtitus verò cum non admittatur, in antiqua ſucceſſione, *dict. cap. un. de fra. de novo beneficio*, & verò ipſe cleri-

cus arma apprehendere non poſſit, *dict. ca. quicunq;* jure clericatu Feudum amitti, *dict. cap. fin. 2. Feud.* Reſp. fit enim petitio principii, & id quod jam diſputo, loco probationis adfertur. Sic argumentor: Sine cauſa ſucceſſor, Feudo paterno non eſt privandus, *cap. de Feud. ſine culpa non amittendo cap. un. quæ fuit prima cauſa beneficii amittendi.* At verò in milite aſſumente ſtatum religioſum non eſt cauſa privationis Feudi *ex dictis*. Ergò. Non poteris allegare, quaſi ſervitia militaria non poſſit præſtare, ob quæ tamen Feudum conceſſum fuit primitus: quin contra, cum illa etiam clericus poſſit præſtare, *d c. noli d. c. cum Max. Gl. in d. c. igitur q. 8.* ob clericatum id non perdet. Sic E. non eſt juſtior beneficii retinendi cauſa, quàm ſi id præſtatur ob quod id conceſſum, *arg. d. c. un. v. non eſt juſt. q. f. 1. c. b. a.* at & clericus ſucceſſor Feudi antiqui poteſt præſtare ea ob quæ feudum primitus datum. E. & ſanè quamcunque cauſam conceſsionis Feudi attuleris, ex ea pro Clericis diſputare poſſum. Sive enim ſervitia, ſive fidei præſtationem attuleris, ſanè & clerici ea præſtare poſſunt, ut non videam cauſam concludentem, cur miles factus clericus non poſsit retinere Feudum

vel

vel in illo licite ſuccedere. Sanè illa, quam ex divinis eloquiis in *d. cap fin. 2.* F. adducit Feudiſta quaſi ſc. miles Chriſti non poſſit eſſe miles ſeculi non ſtringit, ut vidimus. Et quomodo? cum ponat oppoſita quæ ſunt ſubordinata & amicè conſpirant.

CENTURIÆ SECUNDÆ

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria octava & nona.

Reſpondente

BARTHOLOMÆO Wolfahrt *MOS*-bachio-Franco.

CENTURIÆ II.

DECURIÆ VIII.

QVÆSTIO PRIMA.

Proximus agnatus ex aureâ Bulla Caroli IV. tutor eſſe jubetur hæredis Electoralis impuberis, quæritur, an hoc jus ei per patris teſtamentum non poßit auferri?

Cer-

CErtum eſt, quod *in aureâ Bullâ Caroli IV.* proximo agnato tribuatur tutela Electoris impuberis, ſic enim ſancitum *c. 7. in* §. Ob ein Churfürſt were/etc. oder die mänlich vnd redlich Erben vnd Leyen von anders wegen brechhafft weren/ ſo ſoll der ältere Bruder deſſelben erſtgebornen Sohns Verweſer vnnd Verwalter ſeyn als lang/ biß der Elter vnter ihnen zu ſeinen Tagen vnnd rechtem Alter kömpt/ das an einem Churfürſten ſeyn ſol 18. Jahr/das ſetzen wir/ vnd wollen das fürbas ewiglich alſo haben: Sed jam ulterius Dd. quærunt, an non Elector hoc jus per teſtamentum proximo agnato poſſit auferre? Nos putamus negativam eſſe tutiorem, quam propugnant etiam *Dn. Gœdd. ad l. 120. in f. ff. de V. S. Treut. vol. 2. diſp. 8. th. 3. lit. a. Hack. ill. qq. diſp. 15. th. 5. lit. e.* Sit ratio: In teſtamentis juri pub. derogagare poſſumus, *l. 22. ff. de oper. libert.* & nemo cavere poteſt, ne ll. in teſtamento ſuo valeant, *l. 55. ff. de legat. 1.* Atqui verò ll. & jure pub. aurea Bulla ſc. cautum eſt, ut Elector impubes in tutelâ proximi agnati ſit uſque ad 18. annos completos *d. c. 7. aur. bull.* E. id ei derogare Elector non poteſt.

E. proximus agnatus erit tutor, licet alium Elector in teſtamento conſtituerit. Si quid enim contra manifeſtam legem teſtator diſponit, illa diſpoſitio perit *dd. ll. 55. & 120. Bart. & Jaſ. ad d. l. 55. Weſ. conſ. 66. n. 3. vol. 2. Gœd. in dict. l. 120.* jam verò ſi teſtator Elector in ſuo teſtamento alium tutorem dat, id fit contra manifeſtam legem aureæ bul. E. Nec relevat, ſi excipis, Carolum IV. in aureâ bul. diſponere in caſu inteſtati, ita ut neceſſariò proximus agnatus debeat eſſe tutor Electoris impuberis, ſi teſtamento pater ei de tutore non providet: aliud v. eſſe in caſu teſtati, ibi enim præferendum teſtamentarium, *l. 9. §. 1. ff. de tut. & rat. diſt. l. 1. ff. d. teſt. tut.* Etenim 1. cum illa conſtitutio ſit generalis indiſtinctè de utroque caſu loquens, & nos meritò eandem generaliter de utroq; caſu exaudimus, ll. enim non diſtinguentib. nec noſtrum eſt diſtinguere, *arg. N. 18.* Inquis, in caſu teſtati cum Carol. IV. nil diſpoſuerit, eum juri veteri relictum cenſeri ſecundum id vulgatum: quod generaliter poſterioribus ll. expreſſum non eſt, id veterum conſtitutionum regulis relinquitur, *l. præcipimus in f. C. de appel. l. ſancimus. 24. C. de teſtam.*; maximè, cum legum

gum correctio ſit vitanda *N. quibus modis naturales efficiuntur ſui c. 7.* At dico, te petere principium: & in caſu teſtati etiam de tutela Electoris impuberis diſpoſuiſſe Carolum ſtatuo. Aut enim quid novi conſtituit *in d. c. 7. aur. bul.* Carolus IV. aut totus fruſtra eſt *in d. §.* Ob ein Churfürſt. *c. 7.* At hôc dicere abſit. Quomodo enim DEUS & natura nihil faciunt fruſtrà, *Ariſtotel. 2. de cœlo text. 59. lib. 3. de anima. text. 45. & 1. Polit. Jaſ. in l. non exigimus. §. quod diximus. ſi quis caut. colum. 1. ad f. verſ. ultra alios;* quia ſapientiſſima, *Scal. ex. 77. ſect. 5.* ita dico quod Imperatores & JCti nihil fruſtrà diſponant, ut qui excelſi ingenii ſunt. *Juſtin. in § 8. I. de fidei com hær.* ſummi ingenii, *l. 14 C. de ſent. & interloc.* acutiſſimi, *l. 30 C. de fideicom* excellentiſſimi *§. 14. de fideicom hær.* E. conſtitutio Caroli IV. *in d. c. 7 aur. bul.* non eſt fruſtrà. E. novi quid habebit, & anteà non deciſum. E. non tantum diſponet in caſu inteſtati, ita ut proximus agnatus tutor Electoris impuberis eſſe debeat, licet alium teſtator conſtituerit. Nec enim dicere poſſumus, eum diſponere, ut proximus agnatus ſit tutor Electoris impuberis, ſi alius teſtamẽto non ſit dat⁹: id

enim

enim jam dudum erat conſtitutum, *t. t. I. & C. de legit. tutor.* E hoc aureâ Bullâ, ut novo jure non erat conſtituendum. E. ne dicamus totum fruſtrà eſſe Imperatorem, *in d. cap. 7. aur. bull.* dicimus eum de tutela impuberis Electoris diſpoſuiſſe etiam in caſu teſtati, ita ut tutela hæc proximo agnato, ne per teſtamentum auferri poſſit. Nec facit, ſi ita Carolum exaudias, quaſi conſtituerit, ut ſolis agnatis ea deferatur, & hactenus eum non eſſe totum fruſtrà. Etenim cum & jure communi idem obtineat, liquet adhuc ſuperiora incommoda evitari non poſſe: & ideò ne fruſtrà ſit Imperator, in *d. c. 7. aur. bull.* indiſtinctè intelligendus de omni caſu. Non obeſt, ſi dixeris quaſi teſtamentarius tutor magis pupillo & Electoratui uſui futurus ſit, quàm legitimus; cùm pater propter affectionem ſingularem in liberos non niſi optimum & prudentiſſimum ſit electurus, maximè, ſi videat agnatum minùs eſſe virum bonum, *l. 22. ad L. Jul. de adult.* Nam 1. præſumptio eſt pro agnato, quòd ſit vir bonus, cùm in dubio quivis bonus & idoneus præſumatur *Muller. 1. Sem. 27. 2.* Quæ præſumtio eò magis juvatur & firmatur, quod agnatus ſanguinis neceſſitate pupillo ſit junctus, qui ex naturali amore aliàs magis

magis ſuis neceſſariis benè cupere ſolent: ad quod attendens A. B. agnatum proximum tutelæ Electoris pupilli præfecit. 3. Licet ipſe agnatus non ſit admodum ſagax & bonus, ut eſt teſtamentarius forſan, tamē Conſiliariorū & reliquorū miniſtrorum prudētia & bonitas ejus defectū facilè corrigit & ſupplet. 4. Facit, ꝙ Conſiliarii patris Electoris impuberis ſemper retinentur; qui potiùs adminiſtrant. Nec eſt, ſi dicas, Conſiliarios non facilè contra adminiſtratorem facturos. Quinimò præſumptio eſt & ipſos non contra præſtitum juramentum facturos. 2. Et ſi maximè quid fiat, ſemper tamen pupillus habet regreſſum contra adminiſtratorem, à quo, ſi quid malè adminiſtratum, recuperat, *t. t. ff. & C. de adm. & peric. & tit. de tutel. & rat. diſt.* Quin ſic inſuper argumentor: Nulla in feudis defuncti ordinatio locum habet *c. un. de ſuc feud.* At ſi teſtamento tutorem dare poſſet Elector, diſponeret de feudis: Electoratus ſiquidem eſt feudum maximum *argum. c. unic.* quis dicatur Dux vel March. E. datio tutoris ab Electore facta erit inutilis. Nec eſt, ſi dicas, eum potiùs perſonæ, quàm Electoratui dare. Etenim datur & perſonæ, *l. 8. C. de nupt.* At non tantùm. Qui potiùs Electoratui *ex c. 7. A. B.*

unde

unde etiam non tutor, ſed adminiſtrator per excellentiam dicitur.

QVÆSTIO II.

An ob latam culpam remotus à tutela ſit infamis?

HAnc controverſiam Dd. movent, *ad §. 7. Inſtit. de ſuſp. tut.* &, quòd non fiat, vult Alciat, *ad leg. 226. num 3. de V. S. Weſenb. Nicaſ ad h. §* Videbimus jam, an non *Cothman. 1. diſp. ult. corol. 2.* rectè aliud ſtatuat in culpâ latâ, ſic diſputemus: Semper regulæ (idq; infallibile in dubio) ſtandum, donec conſtet de exceptione. At regula Dd. etiam contra ſentientium eſt voce culpæ abſolutè poſitæ non venire latam culpam, ſed levem tantum. E. At *h. in §.* culpa ponitur abſolutè. Ergò. Et ſemper in dubio nomine doli venit culpa lata, *argum. l. 1. C. depoſiti l. 22. d. R. J leg 32. depoſ. l. ſi menſor falſum modum.* At hic ob dolum fit infamis. E. & exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis *Don. 6. com. 25.* At tantum in capitalibus ſub dolo non venit culpa lata, *l. 7. ad L. Corn. d ſic.* E. in aliis ſub dolo veniet etiam lata culpa. Non moveor, ſi diſputes: diſpoſitum de genere cenſeri

ſeri diſpoſitum de omni ſpecie: ſeu, poſito genere omnem poni ſpeciem, *l. 66. §. 3. leg.* 2. At hic in genere dicitur, quod ob culpã remotus, non fiat infamis. E. nec ob latam, cum hæc ſit ſpecies culpæ. Dico enim te petere principium; id enim quæritur, an nomen culpæ ibi generaliter ſumatur & non pro levi, ut ſic probandum tanquam probatum producatur. Et certè noſtra fundamenta aliud docent & ipſi diſs. agnoſcunt vocem culpam abſolutè denotare levem. Et pro 2. genere indefinitè poſito, non ſtatim omnis & quævis ponitur ſpecies, nec n. ex poſitione animalis ſtatim inferes aſinum. Nec eſt, ſi urges, odia potius reſtringenda eſſe, *c. odia de R. J. in 6.* & in dubio benigniorem ſequendam ſententiam *l. 8. Cod. de judiciis* id enim, ut in dubio damus, ſic ubi *l. expreſſa.* aliud vult, non concedimus. At in *h. n.* §. Imperator culpam latam etiam incluſit ſub dolo, non verò ſub culpa *ex dictis*. Ergò. Inquis, & hoc eſſe in quæſtione & dubium. Aſſumo id, & argumentor: in dubio Imperator ſemper præſumitur facere & reſcribere ſecundum ll. At verò ll. noſtris regulariter voce *doli* venit culpa lata *d. l. 1. ſi menſor. d. l. 32. depoſiti. d. l. 23. de R. J.* & voce *culpa* levis. E. & hîc ob la-

tam

tam culpam fiet infamis. Quâ de quæſtione, *vide Weſenb. in Pandect. n. 4. de his qui not. inf. Gœdd. ad l. cedere. §. 2. de verb. ſign. Bronch. cent. 3. aſſert. 19. Forſt. diſp. I. 5. th. 10. Cujac. 7. obſ. 8. Accurſ. Hott. Weſ. Nicaſ. hîc. Coraſ. 2. miſcell. 2. Duar. ad l. 5. de in litem jurando.*

QVÆSTIO III.

An ſtatim à tutoris datione appellandum; an verò demum à ſententiâ rejecta excuſationis?

NEſcio, an quis aberret, ſi cum *Donell. 3. com. 9. Hott. in §. quia 1. enunc. 2. Accurſ. in l. 7. C. de appell.* tentet, imò allegandam eſſe cauſam, ob quam quis petit ſe liberari à tutelâ vel curâ: id enim velle videtur, *l. 13. in f. & §. 2. ff. de excuſ.* & non leviter firmat etiam, §. *quia 1. de excuſ. tut.* Et certè cum appellatio ſit gradatim ad ſuperiorem judicem iniquitatis querelam continens provocatio *l. 1. §. 3. l. 21. ff. de appell. l. 29. C. d. t. Vult. 2. I. R. 33. n. 9.* & verò ante rejectionem cauſæ, ob quam non ſubeunda tutela vel cura, nulla ſubſit iniquitas ſen-

ſententiæ, neſcio, quomodo natura appellationis patiatur, ut ſtatim etiam nõ allegata cauſa ſit appellandũ à datione tutelę, *fac. l. 1. §. 2. ff. quand. app.* Et ꝑ alterâ ſententia etiã non ſine colore, diſputat, *Cujac. ad l. 4. ff. de excuſ. & 9. obſ. 35. & cum eo Niel. diſput. feud. 1. th. 2. Obrecht. diſp. de pot. pupill. th. 714. ex l. 1. §. 2. quand. appell.* adducentes regulam, quòd, qui ad munera civilia vocantur, ſtatim à vocatione debeant appellare & poſteà non audiantur, *l. 1. §. alia. quand appell. l. 2. C. de Decur. l. 1. de vacat. & excuſ.* Quæ verò ſit verior, exercitium & dies docebit.

QVÆSTIO IV.

An magiſtratus puta Duces, Comites, Nobiles, Senatus &c. habentes juriſdictionem ſuperiorem, in cœmiteriis numellos erigere vel muris Eccleſiæ ferrum, aut catenas adfigere poſſunt abſq; Conſiſtorii conſenſu?

BLaſphemiæ & maledictorum cum certi ſint gradus, & pœnas diverſas habent. Si gravior ſit blaſphemia, convicto vel vita adimitur, vel membra aliquot amputantur ſecundum atrocitatem delicti & qualitatem perſonæ. §. Nemlich/ ſo jemands. *rubr.* Von den Gotteslesterung. *Reform.* guter Policey zu Augſpurg Anno 1548. auffgerichtet. Si autem levior; carcere vel mulcta punitur, *in f. rubr.* Von den Gottes ſchweren vnnd fluchen / *d. Reform.* guter Policey *cum ſeqq rubr.* Ita ex Conſtitutione Imperiali. In noſtris terris blaſphemiæ & maledicta maximè illa, quæ ſcandaloſa, So eine groſſe Irreverentz in ſich haben/ vnnd damit Gott zum höchſten beleidiget vnd die Chriſtliche Kirche geärgert wird/ punitur locatione publicâ ante fores Eccleſiæ, curiæ, vel alterius loci publici, Schleuſt man ſolche Gottslester an die Halßeiſen an der Schencken/vor der Kirchen/ubi per aliquot horulas vel dies dominicos ferro innodati conſiſtere coguntur, ut & in ipſos impios blaſphematores gravius animadvertatur, & alii à maledictis deterreantur. Quæ pœna fundata, *in c. ſtatuimus. extr. de maledictis*, ubi ſeptem diebus dominicis præ foribus Eccleſię ſtare jubetur maledicus. Cùm

ergò

ergò locatione publicâ ante fores Eccleſiæ maledictus puniatur, *d. c. ſtatuimus*, & ex Conſtitutione provinciali: quæritur, an magiſtratus puta Duces, Nobiles, Senatus &c. habentes juriſdictionem in territorio illo, etiam in cœmiteriis ſigna juriſdictionis erigere vel catenas muris Eccleſiæ adfigere queant; Ob ſie auch ein Halßeiſen oder Ketten auff dem Kirchhoff machen können/ ohne eines Ehrwirdigen Conſiſtorij Bewilligung/ Dicimus imò Ducem, Nobilem vel alium habentem juriſdictionem poſſe ibi erigere talia ſigna juriſdictionis, als Branger oder Halßeiſen. Quia ubicunq; habeo juriſdictionem, ibi etiam ſigna ejus erigere poſſum. At verò Nobilis vel Magiſtratus habens juriſdictionem in territorio & eam in cœmiteriis & locis religioſis quæ intra id ſunt, habere intelligitur, niſi exemtio probetur, *Dd. communiter. Roſenthal. concl. 22. de feud. c. 5.* eſt quippe territorium univerſale quid *l. pupillus. §. territorium ff. de V. S.* E. & in his locis habebit juriſdictionem. E. jure ſigna juriſdictionis eriget. Et hoc congruit cum jure Canon. etiam, quo cautum; ut maledicti ſeptem diebus dominicis præ foribus Eccleſiæ ſtent, *d. c. ſtatuimus*. Cùm ergò locationem publicam

ante fores Eccleſiæ concedat jus Canonicum; etiam catenas ibi habere concedet, ut ſine quibus difficulter ſtabit ante fores Eccleſiæ maledictus *arg. l. 2. ff. de juriſd.* Et hoc minùs tandem habet dubii ex ordinatione harum provinciarum, ubi manifeſtè magiſtratui conceditur talia ſigna erigere etiam in cœmiteriis, in verbis: Die Verbrecher für die Kirchen / Rahthäuſer oder Schenckſtädte zu ſtellen. Et ita videmus paſſim practicari: quomodo etiam Senatus Lipſenſis in tali loco religioſo erexit ejuſmodi ſignum juriſdictionis, hat einen Branger laſſen machen / quicquid diceret Conſiſtorium ibidem.

QVÆSTIO V.

An Officiarii Principis, ut ſunt: Quæſtores; Prætores, Judices poſſunt punire carcere, vel mulctâ vel captis pignoribus ruſticos alicujus Nobilis juriſdictionem omnem haben-

tis

tis (attamen à Principe illo) ſubjectos refractarios?

ACcidit quandoque, ut in uno oppido vel præfecturâ & Quæſtor habeat juriſdictionem & Nobilis etiam quandam recognoſcens forſan illam à Principe: ſi igitur ex mandato Superioris Quæſtor arcem extruere vel amplificare debeat, & Nobilis ruſticos ad præſtanda quædam ſervitia, Als ſie ſollen eine Bitrfuhr oder Bawfuhr thun zu jhrer F.G. Schloß oder Hauß/ requirat: illi verò negent illa facere prætendentes ſe non Quæſtoris, ſed Nobilis juriſdictionem recognoſcere: quæritur, an hos ipſe Queſtor vel carcere vel mulcta punire poſſit? Dicimus Quæſtorem ruſticos illius Nobilis punire poſſe. Quicunq; enim habet juriſdictionem in territorio quodam; habet & illa, ſine quibus exercitium juriſdictionis haberi non poteſt, *arg. l. 2. ff. de juriſd.* nec enim juriſdictio eſt ſine cohercitione modicâ *l. f. ff. de offic. ejus. cui.* At Quæſtor, ut vicarius Principis ſui habet hactenus juriſdictionem in ruſticos Nobilis. E. habebit & illa remedia, ſine quibus juriſdictio obtineri nequit, puta mulctare vel incarcerare eos poterit. Nec eſt, ſi di-

leas; imò Principem concedendo Nobili pagum vel villam cum juriſdictione omnimoda Mit allen Gerichten vnd Gerechtigkeiten ſe privare juriſdictione, ut docere videtur poſt *Hering. Gœden. conſ. 2. n. 7. Weſ. conſ. 95. n. 27.* & ideò quæſtorem ejus non habentem juriſdictionem non rectè punire ruſticos Nobilis illius, ſed Nobili ipſi executionem pœnæ committendam eſſe. At neſcio, an Princeps inveſtiens Nobilem in caſtro cum omni juriſdictione mit allen Gerichten ad ſe privativè concedat juriſdictionem? Sanè ſuprà contrarium tentavi, quomodo etiam ſentiunt *Hart. Hartm. de feudis obſ. 43. Heig. 1. q. 9. n. 20. Mynſ. 6. obſ. 99. & conſ. 94. Paurm. de juriſd. lib. 1. c. 29. nu. 10. Muſcorn. de juriſd. nu. 34. Mind. 1. de proc. in Cam. extr. c. 11. num. 21.* Et 2. cum Princeps citare, mandata adfigere, publicare & alios actus juriſdictionales exercere poſſit in pago Nobilis inſalutato Nobile, *Zang. c. 11. de except. n. 161. Canoniſtæ in c. 1. §. contrahentes de foro comp. Weſ. conſ. 93. n. 1.* non habebit juriſdictionem ad ſe privativè, ſed cumulativè. hi enim actus non privationis, quæ nihil ponit, *Scal. exerc. 65. ſect. 2.* ſed habitus ſunt. Sic colligo: ubi exercitium juriſdictionis, ibi ipſa juriſdictio

ctio non privativè ſed poſitivè eſt. Atqui in Nobilis inveſtiti cum omni juriſdictione pago, Princeps exercitium juriſdictionis habet *Weſ. d. n. 1.* E. & juriſdictionem non privativè, ſed cumulativè, ibi habebit Princeps. E. cum habeat ibi juriſdictionem, & ea habebit, ſine quibus juriſdictio exerceri nequit, *arg. d. l. 2. & d. l f.* & per conſequens quæſtor ſubditos Nobilis mulctans vel incarcerans id facit vi principalis juriſdictionis. Et inde etiam à Nobilibus conventi in judiciis provincialibus abſolvi ſolent quæſtores. Et ita etiam in perfecturis quæſtores obſervant etiam & ſe in conſuetudine fundant. Es ſey im Ampt alſo herbracht (quam ſolent probare ex aliis actis, Aus den Ampts vnd Gerichtsbüchern:) & non irrationabiliter admodum 1. Jus enim ſuperioritatis & reliqua regalia ac recognitionis jura ſibi reſervat Princeps inveſtiens quem cum jurisdictione *Schurff. conſ. 26. n. 2.* ut & ipſi diſſentientes fatentur, *Weſen. conſ. 95. nu. 27.* quorum beneficio benè inveſtiti Nobilis cum juriſdictione ruſticos ad præſtanda ſervitia compellet, maximè ea, quæ regalium jure veniunt, qualia eſſe etiam ſuperiora volunt.

QVÆSTIO VI.

Quid ſi fœmina contrahat cum Sejo, & quidem abſq; curatore utiliter à ſuâ parte; an reſcindi poterit contractus iſte, quòd curator non adfuerit?

SÆpiùs contingit, ut mulierculæ cum Sejo abſq; curatorum conſenſu contrahant. P. emant, vendant, permutent, &c: & quidem ſumma cum ſuâ utilitate & rei familiaris amplificatione: jam quæritur, an Sejus vel hæredes ejus videntes ſe ex hoc contractu damnum non leve paſſuros hoc prætextu; quaſi non conſenſerit curator ejus, Das Weib ſey nicht bevormundet geweſen / oder ſo ſie bevormundet geweſen / ſo habe der Vormundt nichts darumb gewuſt / ad reſciſſionem illius cõtractus agere poſſint. Et quidem cum de Jure Saxon. ipſo jure maritus conſtituatur uxoris tutor ſeu curator, ad omnia ejus negocia & cauſas defendendas, *lib. 1.* Landr. *art. 45. in pr. & lib. 3.* Landr. *art. 49. §.* Der Mann iſt auch Vor-

Vormundt/ alſo daß er ſie nimpt in ſeine Gewehr/ vnd all jhr Gut in rechter Vormundtſchafft *& lib. 1. art. 31.* & v. uxor nil poſſit in bonis ſuis abſque mariti vel alterius curatoris conſenſu, *Gl. Germ. in d. art. 45. in verbis*: Daß das Weib nichts möge ohne des Mannes willen/ *l. 1. C. ſi quis alteri vel ſibi l. de die. ff. de pact. dot.* pulcre *Zabel. ad d. art. 45. lib. 1.* Landr. *lit. T.* non videbatur iniquè Sejus agere ad reſciſſionem cōtractus, ohn des Mannes oder grigiſchen Vormundes conſens vnd bewilligung/ initi: Contractus ſiquidem contra l. factus eſt inutilis, poſt *Imolam Franciſc. de Aretin. in l. 1. Cod. de teſtam. Trentacinq. lib. 7. reſol. 1. de don.* At contrarium eſt verius, quod imò hic contractus in utilitatem mulieris cedens, licet abſq; curatoris conſenſu celebratus, ſit ſervandus. Etenim quod favore alicujus introductum eſt, id in ejus odium non retorquendum, *l. quod favore. C. de ll.* At favore mulierum introductum ut contrahentes vel aliud agentes habeant curatores, *Zob. ad d. art. 45. lit. E.* Ergò in odium illarum id non retorquendum. At retorqueretur, ſi hic contractus cum ſummo illarum commodo initus non ſervaretur. E. Et ſanè fœminæ & pupilli comparā-

 tur

tur paſſim. E. quomodo placuit his licere meliorem facere conditionem ſuam ſine tutorum & curatorum autoritate *pr. I. de aut. tut.* ſic etiam fœminis licebit rem ſuam locupletari abſq; conſenſu mariti vel alterius curatoris. 3. Facit, quod non omnis alienatio fœminis interdicta abſq; curatorũ conſenſu *d. art. 45. in f. in verbis.* Mägdte aber oder unbemannte Weiber mögen wol verkauffen ihr eigen ohne ihrer Vormunden verlaub. E. non ſemper mulieres contrahentes abſq; curatorum conſenſu erunt fruſtrà; & per conſequens talis contractus cùm ſubſiſtat, non erit reſcindendus. Et hoc veriſſimum eſſe, ſi in earundem utilitatem cedat modò contractus, *poſt Steph. de Phederiâ de interpretatione ll. p. 28.* notat *Zob. d. lit. E.* Quomodo etiam *d. art. 45. inf.* reſtringit *Steph. & Zob. d. loc.* aliàs verò ſi vergat in damnum mulierum, non valet *Zob. d. loco. cum aliis alleg.* At verò in noſtra facti ſpecie ceſſit contractus in mulieris commodum. E. Non obſtant ſuperiora: illa enim veriſſima eſſe cum *Zob. d. loc.* arbitror, ſi ſcilicet contractus in damnum fœminarum cedat. At verò noſtro in caſu non in damnum, ſed utilitatem mulieris ceſſit. E. non erit reſcindendus *d. pr. I. de aut. tut. & arg.* *eorum,*

torum, quæ habet, Zob. ad d. art. 45. lib. 1. Landr. *lit. E.*

QVÆSTIO VII.

Si uxor cum marito in judicio præſens litigavit, & videns litem dubiam eſſe tranſegit & in tranſactione læſa eſt; quæritur, an jure poßit petere reſcindi debere illam tranſactionem, quòd curatorem non petierit ad litem, Dieweil ſie keinen Vormund gebeten?

NOn diffitemur equidem mulierculas per ſe non habere perſonam legitimam ſtandi in judicio abſque curatore ad litem, Landr. *lib. 2. art. 63. ibiq; gl. in verbo:* noch ohne Vormunden/ *& lib. 1.* Landr. *art. 44.* id quod in tantum verum, ut, ſi compareant in judicio abſque curatore ad litem, judex ex officio eis curatorem dare debeat etiam parte alterâ non excipiente contra inhabilitatem illarum, *pr. 2. Conſt. Elect. 15.*

Verun-

Veruntamen, cum in noſtra quæſtione uxor cum ſuo marito in judicio litigârit ejusq; authoritate tranſegerit: & verò maritus ipſo jure uxoris ſuæ curator ſit, *d. art. 45. lib. 1.* Landr. *dict. artic. 31. d. lib. 1. lib. 3.* Landr. *art. 49. Schneid. ad §. f. quibus modis ſolv. Zob. ad d. art. 45. lit. A.* putamus uxorem abſq; curatore ad litem nec litigaſſe, nec tranſegiſſe, & ideò hactenus non audiendam eſſe, ſi agat ob læſionem ad reſciſſionem tranſactionis ex capite illo; Als hette ſie keinen Vormund gehabt / ſed ſubſiſtet omninò ſalva tranſactio & adverſa pars abſolvetur ab inſtantiâ.

QVÆSTIO VIII.

An etiam die Dominica cum hoſte dimicare poſſumus?

Scholaſtici id negârunt: At malè, ſi ita ſimpliciter. Diſtinguo ergò & puto referre, an ab hoſte oppugnemur, an verò nos eundem velimus oppugnare. Priori caſu omni jure reſiſtimus & cum hoſte dimicamus: hactenus enim compulſi & ex neceſſitate dimicamus; at hæc legi non ſubjicitur, ſed contrà *c. 2. de obſ. jejun. cap. qui neceſſitatem de furt. c. quanto de conſecr.*

diſt.

diſt. 1. & ob eam permittitur id, quod alias licitum non eſt, *c. quod non eſt de R. J. in 6. Jaſon. in l. 1. §. hujus 5. de off. ejus cui.* Facit, quod hactenus vim injuſtam ob tutelam corporis noſtri propulſamus. At hoc licet omni jure & omni tempore, *l. 3. de juſt. & jur. l. 4. l. 45. §. 4. ff. ad l. Aquil.* etiam die Domin. cùm aſinum vel bovem periclitantem in aquis liberemus ſecundum præceptum Chriſti die Dom. cur eadem nos occidi patiamur, *c. 12. Matth.* & hâc die Chriſtus ipſe opera charitatis exercuit, *d. c. 12. Matth.* ſi Chriſtus hæc exercuit, & quidem erga alios, cur non & nos (Chriſti ſiquidem actio noſtra debet eſſe, ut poſſibile, inſtitutio;) & quidem erga nos ipſos, cùm charitas, incipiat à ſeipsâ *l. 12. de off. præſid.* Si oppugnare hoſtes velimus, putem viciſſim referre, an opera pietatis & quæ dies Domin. vult fecerimus; an verò illis poſthabitis aciem inſtruere velimus. Hoc caſu non annuerem: Victoria enim cum ſit à Domino, *Prov. Sal. 21. v. 31.* ſi ſpreto verbo & poſthabito ejus pugnemus, neſcio, qualem ſimus reportaturi: Scilicet: *quærendum primùm regnum Dei, & cætera omnia adjicientur, Matth. 6.* Illo caſu putem videndum eſſe, an commoda ſit occaſio ho-

ſtem

ſtem aggrediendi; an verò nulla omninò ſubſit. Hoc caſu putem tutius eſſe, ſi dux belli à certamine abſtineat & ſecundum edictum Domini diem Sabbati ſanctificet, eum pro victoriâ lætâ invocet & eidem pro conſervatione benignâ gratias agat. Illo caſu occaſione oblatâ utatur, & fortiter cum hoſte dimicet: jam enim cùm regnum Dei primùm quæſiverit, cætera haud dubiè ei adjicientur ſecundum promiſſionem Chriſti, *dict. c. 6. Matth.* quomodo etiam vult, *c. ſcire vos 23. q. 8.* in verb. nunquam ſinat ab aliquibus hominem opprimi &. *&* *c. omni tempore 23. d. q.* Si omni, ergò etiam die Domin. fortiter agere debemus. Et ne timeant mortem, ſolatii gratiâ ſubjicit; novit ſiquidem Omnipotens Deus, ſi quilibet veſtrûm morietur, quod pro fide & patriâ mortuus ſit, & ideò cœleſte præmium conſequetur: *Fac. verſ. 41. cap. 2. 1. Maccab.*

QVÆSTIO IX.

Quo tempore petenda inveſtitura?

DIſtinguo inter beneficium novum & vetus: novi beneficii inveſtitura

petenda,

petenda, ſi domino ita libuerit, ad cujus citationem ſi non compareat & ſe inveſtiri patiatur vaſallus, poſtea dominus liberatus eſt à promiſſione feudi, *cap. un. §. 1. quæ fuit prima cauſa ben. amitt. 2. feud 24.* Quoad antiqui feudi inveſtituram petendam non conſtat Feudiſtis: alibi enim ea intra annum & menſem, *cap. un. quo temp. miles inv. pet. debet. 1. feud. 22.* ibiq; Jacobus de Bellovìſo petenda: alibi intra annum & diem *c. imperialis. § f. t. de proh. feud. al. 2. feud. 52. c. imperialem in f. pr. de proh. feud. al. per Frid. 2. feud. 55. c. un. quæ fuit prima cauſa. 2. feud. 24.* Quibus in cc. conciliandis. Dd. varii ſunt. *Gl. dicit. per c. 2. feud. 24. & 1. Feud. 52. & 2. Feud. 54.* derogatum eſſe *c. un. in quo temp. miles. 1. feud. 22.* quam conciliationem etiam *Jacob de Belloviſ. in d. c. un. 1. feud. 22.* innuit *Cujac. & Hott. in d. c. un. 1. feud. 22.* pro *menſem* legunt *diem*: & ſic corrigunt, *d. c. un. 1. feud. 22.* At cùm legum correctio vitanda ſit, *Nov. ex quib. mod. nat. eff. ſui. c 7.* & ne quidem per ſubauditos intellectus inducenda ſit, *Gl. in c. cupientes. §. ſi per 20. de electio. in 6. Menoch. lib. 6. præſumpt. 38. n. 2. & 3.* neſcio, an hæ conciliationes ſint ſatis tutæ. Alii *c. imperialis. 2. feud. 52, & c. imperialem. 2. feud. 55.*

at 2. feud. 24. accipiunt de tempore petendæ inveſtituræ: At *c. un. 1. feud. 22.* de tempore, intra quod mora petendæ inveſtituræ commiſſa purgari poſſit, quaſi id ſit menſtruum. At *d. c. un. 1. feud. 22.* hanc conhiliationem redarguit; & rubrica ejus eſt de tempore, quo petenda inveſtitura, non etiam depurgandâ morâ commiſſa, quod non maturè petitâ ſit inveſtitura. Potiùs eſt, ut ſecundum ipſos textus diſtinguamus inter militem, & vaſallum alium quemvis; ut hîc intra annum & diem *d. c. 2. feud. 52. & 55. & 24.* is verò intra annum & menſem inveſtituram petere debeat *1. feud. 22.* quomodo conciliat etiam hos textus *Alvarott. in d. c. 1. feud. 22. Jacob. de Bellov. d. loc. in f.* & eandem conciliationem rubricæ quoq; innuunt. Et quidem, cum favor militiæ ſit maximus, *t. t. ff. C. de mil. teſt. & t. re mil.* non injuriâ pluſculum temporis & hic illis præ aliis vaſallis indultum. Nec exinde revellitur, quod & milites ſint vaſalli & ideò diſtinctio illa coire videatur: omnis etenim miles eſt vaſallus: At non contrà omnis vaſallus miles; nam & alii fines conceſſionis feudorum ſunt, quam militia. Ita de jure *com. feud.* De jure Saxon. tempus petendæ inveſtituræ eſt annus

nus cum 6, ſeptimanis Lehen R. *art. 25.* quod currit à die ſcientiæ ſibi eſſe delatum feudum *Gail. 2. obſ. 48. n. 8.* Lehn R. *art. 50.* & hactenus eſt continuum *Weſ. de feud. c. 8. num. 6. Sonsbec. p. 11. n. 18.* ita ut poſt elapſum hoc tempus mora etiam celeri ſatisfactione non purgetur, *arg. l. 23. de recept. arb. l. 23. de oblig. & act. juncto dict. c. un. quo temp. miles. 2. feud. 22. Schneid. pr. 5. n. 50. de feud.* Tantum, ſi juſtâ causâ impeditus vaſallus non petiit inveſtituram, non amittit feudum, *d. c. un. quo temp. 2. feud. 22. Jac. de Bellov. ad d. c. un.* qui itidem, quæ ſint juſtæ cauſæ, ibidem explicat: & hactenus vaſallo etiam id tempus non currit, *Sonsbec. p. 5. de feud. n. 21. Jac. de Bel. d. loco.*

QVÆSTIO X.

An jura Feudalia poſſunt allegari ad cauſarum non feudalium deciſionem?

QUomodo in cauſis feudalibus decidendis procedere debeamus, monemur, 2. F. 1, & eruditè *ad d. c. 1. notat. Jacob. de Bellov. p. (mihi) 88.* Nos putamus referre,

ferre, an cauſa, quâ de queritur, habeat cognationem cum feudis, an verò naturâ feudorum ſit ſeparata: priori caſu rectè & has conſuetudines allegabis *Everhar. in top. à feud. ad Emphyt. n. 40.* quæ verò tales ſint cauſæ, docet *Vult. 1. Feud. 12.* Sic ex *c. Imperialis de prob. Feud. alien. per Frider. 1. F. 55.* rectè decidit *Gail. 2. obſ. 54 n 2* protectorem clientes ſuos contra vim aliorum armata manu debere defendere: talis etiam eſt jus primogenituræ, *Tiraq. de jure primogen.* Poſteriori verò diſtinguimus viciſſim, an jus feudale ſit contra rationem vel jus commune, *2. F. 1. Jac de Bellov. d. l.* quod non trahendum ad conſeq. *l. jus. ſing ff de ll. l 14. d. t. l. quod contra 23. de R J. Borch. c. 2. n. 32. 33. de feud. Gœdd. diſp. 1 th. 8. lit. t.* an verò præter jus commune, *d. c. un 2. F. 1.* rationale tamen *1. F. 13. 1. F. 7* quod benè poteſt allegari *arg. l. 39. ff. de ll. l. 3. d. t. c f. de conſv. Jacob. de Bellov. d l. Weſ in pr. d. Feud. Vultej. lib 1. de F. c. 1 n. 9. Gœdd. d l.* ubi tamen judex ex argumentis, quæ rei aptiora & vero proximiora eſſe comperit, ſui animi motum informabit, *l. f. C. de probat Jac. de Belloviſ. d. l.*

CENTURIÆ II.

DECURIÆ IX.

QVÆSTIO PRIMA.

An, ſi quis alicui dicit; tu mentiris; *etiam cum proteſtatione ſeu honoris præfatione injuriarum actione indiſtinctè tenetur?*

AD quam queſtionem, ſi ex receptâ Dd. ſententiâ reſpondendum eſſet; dicere imò eum non teneri injuriarum actione, qui alteri dicit, *tu mentiris*, cum præfatione honoris: Dd. communiter in *l ſi non convitij. 5. C. de injuriis*; & quidem non attendo, an proteſtationem præmiſerit; an v. illa verba, *tu mentiris*, ſalvo honore ſecuta ſit, *Gail. lib. 2. obſ 101. nu. 1.* Et quidem non ſinè fundamento: proteſtatio ſiquidem actui contraria nihil operatur, *l. 21. ff. de acq. poſſ. c. cum M. Ferranienſis ext de cõſt.* At in noſtro caſu proteſtatio facto contraria eſt; nam cum verba, *tu mentiris* ſint

 inju-

injurioſa & animo injurandi proferantur, *Gail.d. obſ. 101. in pr.* ejus, in quem dico illa, honori parcere non poſſum, quicquid proteſter. Re enim factâ verborum artes nil vel parum poſſunt, *Gail. d. l.* Ideò manifeſtè contraria conjungere videtur, qui dicit cuidam; *tu mentiris* ſalvo honore tuo. Et ita quidem docent, *Jaſ. in l. 3. n. 16 ff de j. & j. Covar. lib. 1. var. reſol. c. 11. nu. 1. Jul. Clar. 5. recept §. injuria. n. 13. Gail. d. lib 2. obſ. 10. Damhud. in praxi crim. c. 136 n 7.* At, ſi quod res eſt pronunciandum, ſtatuerem imò non ſimpliciter, uti Dd. vulgò volunt, me mendacii arguentem & quidem cum proteſtatione honoris mei ſervandi teneri mihi poſſe actione injuriarum. Id non diffiteri poſſum, mihi dicentem me mentiri, ſi habeat animum injuriandi vel verè vel præſumptivè teneri injuriarum, quicquid proteſtetur, per ea, quæ ex Dd. ſententiâ mòdò protuli, *Gvido Papa dec. 465. Jul. Clar. d. §. injuria n. 13.* quemadmodum etiam do, illa in dubio cenſenda eſſe prolata animo injuriandi, *Gail. d. l.* at, quod ſemper & ſimpliciter dicens; *me mentiri*, & quidem cum proteſtatione honoris mei ſervandi, mihi teneri debeat injuriarum actione nego. Puto enim omninò hic

reſpi-

reſpiciendum eſſe ad intentionem *me mentiri* dicentis. Si enim ἐκ προαιρέσεως & animo calumniandi illa ad me dicat, injuriam fecit, & ideò tenetur etiam mihi, utcunq; cum proteſtat. id fecerit. Nec enim relevat; proteſtatio ipſi actui contraria, *d. l. 21. Bar. in d. l. Gail. d. l. 2. obſ. 101. n. 1.* At hic eſt facto ſeu actui proteſtat. contraria. E. & hactenus veriſs. Dd. Sin. v. citr. προαίρεσιν & animum calumniandi *ſalvo meo honore* me mentiri dixerit, non conceſſerim eum teneri poſſe injuriarum actione: non equidem illo fundamento, quaſi putem, proteſtationem hîc relevare ab actione injuriæ admiſſæ contra *d. l. 21* & contrà, quàm admittit poſt *Bar. d. l. Iul. Cl. d. n. 13* ſed quòd ſciam hîc nullam planè commiſſam eſſe injuriam, ſit ratio: deficiente ſubſtantiali rei deficit ipſa res *Motz. de nat. feud. Schrad. p. 2. c. 2. n: 25. de feud.* nec enim eſſentia rei illa ſalva manente abeſſe poteſt, *Schr. d l. l. 12. de precar. l. 17. de donat. cauſ. mort.* At in dicente me mentiri cum proteſtatione citra tamen animum calumniandi deficit ſubſtantiale injuriarum. E. deficient & injuriæ. Animus quippe injuriandi eſt ſubſtantiale requiſitum in actione injuriarum, *textus in l. illud. ff. de injur. l.*

 qui

qui injuria. ff. de furtis. etiam ex ſententiâ Dd. vulgò *Gail. dict. lib. 2. obſerv. 101. num. 3.* At hunc ceſſare in noſtro caſu præſuppo-nimus. Ergo etiam injuriarum actio ceſſabit. Quomodo, ſi diſputem cum Sejo & is mihi quid non admodum vero congruum proferenti diceret; *tu mentiris ſalvo honore tuo*, non haberem ſtatim contra eum actionem injuriarum, niſi manifeſtè de calumniâ conſtet; *Vid. Jul. Clar. d. loco.* Ex his ipſis vides non ſtringere ſuperiora pro Dd. communiter appoſita: Illa enim præſupponunt factam eſſe injuriam & hactenus largâ largior manu proteſtationem ab actione injuriarum non relevare, utpote actui contrariam *Jul. Clar. d. loc. Gail. d. l.* At verò in noſtra facti ſpecie nulla injuria facta, abſuit enim animus injurandi, ſine quo injuria non committitur *d. l. qui injuriæ. d. l. illud. Gail. d. l.* E. proteſtatio hîc prodeſt, quæ, licet abeſſet, adhuc tamen non dabitur actio injuriarum. Ex his & alia, quæ urgeri poſſunt, corruunt. *Vide Olradum conſ. 53. n. 3. Jul. Clar. dict. l.*

QVÆ-

458.

QVÆSTIO II.

Quid ſi quis me vocet furem, nebulonem, mendacem, an mei defendendi gratiâ jure dicere poſſum, tu mentiris, tu es fur?

QUod mihi objicienti crimen putà adulterium, homicidium, mei defendēdi gratiâ abſq; injuriâ dicere poſſim, imò tu mentiris, tu ipſe fur es, diſputant *Iach. lib. 9 c. 12. Gail. d. lib. 2. obſ 101. n. 4 Vaud. 2. q. 29. Arum. diſp. Juſt. 17. q. 17. & vulgò Dd.* quaſi ſc. qnomodo mihi licet vim vi repellere, *l. 3. ff de j & j. l. 5. l. 45. §. 5. ff. ad l. Aq.:* ita etiam convitium convitio, injuriam injuriâ. At hoc ipſo argumento concludam, imò mihi dicenti alicui crimen non rectè viciſſim defenſionis gratiâ objici crimen. Quippe, ſi concludit argumentum à vi reali ad injuriam verbalem: Ergò quomodo tunc dèmum vim vi repellere licitè poſſum, quando aliter mihi conſulere & periculum evitare non poſſum, *d. l. 3. d. l. 5. d. l. 45. §. 4. l. 2. l. 3. C. ad l. Cor. de Sic. clem. un. de*

homic. 𝔓. 𝔍. 𝔇. *art. 140. Gail. lib. 2. obſ. 100. n. 13*, ita etiam demum verbalem injuriam alia verbali repelli potero, ſi aliter fama & exiſtimatio mea ſervari non poſſit, jam verò injuriâ verbali affectus aliter conſulere poteſt ſuæ exiſtimationi, quàm retorſione: habet quippe ſua judicia, in quibus de injuria illata agere poteſt. E. illatam injuriam aliâ retorquere non licebit. Quin exinde ſic contra Dd. colligo: non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum fieri poteſt, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi, *l. non eſt 176. de R. J.* At injuriâ affectus habet magiſtratum, coram quo de illa agere poteſt. E. Quomodo malo cum *Zoanetto in tract. de defenſ. neceſſ. p. 1. n. 21. & ſeq. Jul. Clar. d. §. injuria. n. 14.* quàm privato ultionem, quæ omni inhibita jure, *l. 31. C. de epiſc. aud. l. nullus. C. de jud. l. dotis. ε. ſolut. mat.* concedere. Et ita docet etiam *Ummius Præceptor meus in corol. diſp. 14. ad proceſſ. judic. dir.* ubi benè Fachineo reſpondet.

QVÆSTIO III.

An Commiſſarii partes contumaces mulctare poſſunt?

Sæpius

497

SÆpius videmus ex aulis propter varias graves cauſas, & neceſſitates, ob quas ipſi Conſiliarii omnia negocia & lites tractare & componere non poſſunt ordinari Comiſſarios, *arg. c. ſi pro neceſſitate, de off. deleg.* ut loco Principis ſeu delegantium vel concordia vel judicio cauſam commiſſam determinent, *c. 1. extr. de mutuis pet.* Jam verò ſi partes ad citationem commiſſariorum contumaciter emaneant, quæritur, an Commiſſarii eas ſub pœna citare vel mulctare queant? Et quidem, ſi ſint Delegati Principis, concludunt Dd. eos indiſtinctè partes contumaces mulctare poſſe, *Panorm. in c. de cauſis 4. n.12. & 13. de off. deleg.* Sunt enim hi de judicibus majoribus & alium judicem dare poſſunt, *l. à judice. C. de judiciis. ibid. Zaſ. n. 29. Don. 17. com. 23.* Quin in cauſa commiſſa quovis ordinario majores etiam ſunt *c. paſtoralis. §. 1. c. ſanè de off. deleg. l. min. §. pen. ff. de min.* Sic nec hæc quæſtio diſputabilis, quando commiſſio mulctæ mentionem facit; tunc enim, itidem vi mandati partes contumaces poterunt mulctare. Tantùm, ſi Commiſſariis nudè cauſſa commiſſa abſque cohercitione modicâ, an Commiſſarii partium contumaciam punire vel mulctare

Digitized by Google

poſſint, quæritur? Et quidem, cùm commiſſio ſit ſtricti juris, enges Rechtens/ *Gail. lib. 1. obſerv. 25. num. 3.* & extra commiſſum negocium commiſſarii nullam habeant penitùs juriſdictionem in partes & pro privatis reputentur, *c. cùm olim de off. & pot. jud. Gail. d. l n. 4.* Videbatur dicendum commiſſarios non poſſe partes contumaces mulctare: aliàs enim commiſſio ultra reſcriptum extendetur contra naturam commiſſionis, *c. ſuper eo. de off deleg.* unde alii arbitrantur commiſſarios non poſſe partem, quæ ſæpiùs citata non comparuit, mulctare aut ſub pœnâ citare, ſed ſecundam juſſionem delegantis expectandam eſſe. Non diffiteor equidem commiſſarios tutò, licẽtiam hujus rei à Principe petere poſſe: interim etiam ſcio eoſdem non peccare & contra commiſſionis legem facere, ſi abſq; ſecundâ juſſione partem contumacem mulctent, vel etiam ſub pœnâ citent, *per tex. clarum in c præterea ſuper eo, de off. & pot. deleg. ibid. Gloſſ. in lit. Q.* Ex eo n. quòd iis commiſſa cauſa ſuper omnib. quæ ad cauſam ipſam ſpectare noſcuntur, plenariam recipiunt poteſtatem, *arg. d. c. præterea, verſ. quia:* & conceſſo Principali, conceſſum intelligitur & acceſſorium, *Gloſſ. in d c.*

præt.

præt. & uno commiſſo, reliqua etiam videntur eſſe commiſſa, ſine quibus id unum explicari non poſſunt, *arg. d. c præt. verſ. quia.* At verò ſine mulctâ & coërcitione commiſſarii fruſtrà ſunt cum citationib. & commiſſione. E. paucis: cui juriſdictio data eſt, ea quoq; videntur eſſe conceſſa, ſine quibus juriſdictio explicari non poteſt, *l. 2. de juriſdict. l f. de off. ejus. d c. præt. ibiq; Gl. & Pan.* At commiſſariis eſt data jurisd. in cauſa commiſſa, *argum. d. c. præt. c. prudentia. de off. del. Gail. d. l. n. 8. & 9. Panor. in d. c. præt.* E. etiam illa, ſine quibus juriſdictio illa explicari non poteſt, conceſſa intelligentur. At verò ſi partes coërcere & cogere non poſſint, juriſdictio illorũ in cauſa delegatâ fruſtrà erit, fac enim partes nolle comparere. E. datâ juriſdictione etiam coercitio modica iis videtur eſſe conceſſa, ut verò ex præſumptione juris & conjecturata voluntate concedentis in his connexis & conſequentibus neceſſariis admittimus extenſionem commiſſionis, cum *Panor. in d. c. præt. Gl. ibidem Gail. dict. nu. 9. & 10.* : Ita in aliis eam, als enges Rechtens/ *Gail. d. l. n. 3.* prohibemus *Gail. in d. c. præt.* in verbo, *ſimpliciter* & in verſ. *ex eo Gail. d. l.* mandati ſiquidem fines exactâ diligentiâ ſervan-

ſervandi ſunt *in f. c. cum delicta extr. de reſcript. Gl. in c in cauſis in verbo certa.* Quomodo Commiſſarii deputati ad adminiſtrandum jus & juſtitiam in cauſa commiſſa, Sie ſollen die Partheyen verhören / vnnd was recht iſt / ergehen laſſen / non poſſunt eam amicabiliter componere, & contrà deputati ad audiendam cauſam, & in eâ tranſigendum: Daß ſie die Partheyen verhören vnd gütlichen vertragen oder vergleichen ſollen / judicio ordinario decidere eam non poſſunt, *Panorm. in c. 2. extr. de off. deleg. Gail d. obſerv. 35. à pr.* hactenus enim, ſi contrà fiat, fines commiſſionis excedun-tur, *Gail. d. l.* & mandati termini non exactâ diligentiâ ſervantur, *contra d. c. cum delicta extr. de reſcript.* Tantùm, ſi partes conſentiant etiam in alterum caſum, dicerem illos rectè in cauſa ultra commiſſionis tenorem procedere, *arg. l. in conſcrib. C. de pactis. l. 3. C. de juriſdict. om.* Quod etiam com. Dd. admittunt.

QUÆSTIO IV.

An arioli & ſagæ &c. incantationibus utentes ad bonum

num finem & non, ut alios ſuis impoſturis decipiant & lædant, poſſunt puniri & quomodo?

PAſsim in his terris deprehenduntur ſagæ, magi & arioli, qui ſuis impoſturis non quidem nocent fructibus vel animalibus; ſed de re furto vel alio modo amiſsâ quærentibus Diabolum in cryſtallo vel aliis modis conſulentes reſpondent, morbos depellunt, amorem puellarum conciliant, &c. de his quæritur, an & quomodo ſint puniendi. Ut verò expeditum de omni jure hoſce incantatores in Rebuspubl. non eſſe tolerandos, ſed graviter puniendos, *Levit. 19 v. 26 & 20. v. 16. Numer. 23. v. 23. Deut. 18. v. 10. 1. Samuel. 38. v. 3. Actor. 8. v. 9. cap. 2. extr. de ſortilegis c. f. 26. q. 5. l. 3. l. 4. l. 5. & t. t. de malef. & math. lib 2. Landr. artic. 13. ibid. gl. P. H. O. art. 109 Remigius lib. 3. de monolatria c. 12 Jul. Clar. in §. hæreſis. n. 25. & §. f. practicæ crim q. 68. nu. 40.* ita non conſtat, quomodo ſint puniendi. De jure noſtro civili non tantùm illi magi & arioli, qui Chriſtianæ fidei renunciârunt & eam Diabolo dederunt & aliis nocuerunt,

runt, gladio feriuntur; *l. 2. 4. 5. C. de maleſ. Schneid. ad* § 5. *I de pub jud. num. 2. & 6. Jul. Clar. d. n. 40. Harpr. d* § 5 *nu. 257.* (quam tamen conſuetudinem non ſervari ſubjicit *Clar. d. l.*) ſed & illi, qui incantationibus quidem uſi, at ad bonum finem ſcilicet morbos depulerunt, amiſſa indicarunt, *d. l. 3. d. l. 4. Jul. Clar. in d.* § *hereſis. nu. 25.* nec enim hi textus diſtinguunt. De Jure Saxon. Sagæ & arrioli indiſtinctè comburuntur, quomodocunque uſi ſint incantationibus, *d. lib 2.* Landr. *art. 19. in verbis:* Welcher Chriſten Mann mit Zauberey vmbgehet/ vnd er vberwunden/ den ſoll man auff einer Hordten brennen / *ibiq. Gl. in verbo* Warſager: quod & conſtitutione criminali Caroli *art. 109.* & moribus noſtris receptũ: quatenus aliis ſuis impoſteris nocuerunt; ſi autem non nocuerunt, eadem conſtitutio criminalis vult quidem hos maleficos puniri: At pœnæ genus non determinat *dict. art. 109 in f.* Alii volunt hos tantum à paſtore debere corrigi & in viam reduci, quod neſcio an ſatis, *d. conſt. crim.* ſit conveniens. *Colerus dec. 108. n. 9.* docet tàles incantatores, qui aliis non nocuerunt, ſed lucri tantum gratià divinatores fuerunt, plerunque fuſtigatione & relegatione

500

gatione puniri: quæ pœna forſan conſentanea, *d. conſt.* & hanc pœnam Mago magicis artibus cuidam amorem puellæ conciliantí *Lipſenſes* ſententionando impoſuerunt, *Muller. ad conſt. 2. p. 4. Elect. Saxon.* Hic talem ſepulturâ privatum eſſe ex Paſtore arriolum audivi.

QVAESTIO V.

Quid ſi quis ſciens meretriculam in uxorem duxit & illa jam cōtracto matrimonio adhuc interdum laſcivè vivit; an maritus deprehenſam in libidine adulterii accuſare poteſt?

D*Ambud. in pract. crim. c. 91. nu. 87.* putat referre, an meretricula illa nupta aliis ſui poteſtatem facere perrexerit, an verò malos mores mutârit & laſcivè vivere deſtiterit; ita, ut priori caſu eam non poſſit adulterii accuſare; benè verò poſteriori *arg. l. ſi ea 22. C. ad l. Jul. de adult.* Magis eſt, ut dicamus; imò maritum poſſe, indiſtinctè

ctè ſuam nuptam jam contracto matrimonio impudicè cum aliis viventem adulterii accuſare. Omnis quippe coitus cum uxore aliena eſt adulterium, *Azo in ſum. Cod. ad l. Jul. de adult. n. 2. Vultej. lib. 1. J. R. c. 48. n. 46.* At hîc in noſtro caſu eſt coitus cum aliena uxore (præſuppono enim matrimonium eſſe initum, at hoc, ubi, ibi eſt & uxor, *§. ſi adverſus 13. I. de nupt.*) E. hîc adulterium eſt commiſſum. Hoc verò ſi adeſt, cur non poſſit eam de eo accuſare? Reip. ſiquidem intereſt delicta puniri, *l. ita. ff. ad l. Aquil.* Quin, ſi lex Julia de adult. ad omnia matr. pertinet. E. etiam ad hoc, quod cum vulgari initum: totum enim qui dicit, nihil excludit *Muſcor. paſſim in tract. de juriſd.* At verò prius eſt, *l. 13. §. 1. ff. ad l. Jul. de adult.* E. etiam poſterius. 3. Et qualecunq; matr. non eſt violandum, *d. l. 13. §. 2.* At & hîc aliquod eſt. E. 4. Facit *text. in d. l. 13. d. §. 2.* ubi manifeſtè deciditur, maritum etiam in vulgari, hoc eſt, meretrice, quæ more Romano apud ædiles pudicitiam fuit profeſſa, *gl. in d. l. 13. §. 2. Hott. in com.* verb. juris verbo *vulgaris*; licet aliud videatur, *Alciat. 2. paræg. cap. 40.* adulterium vindicare poſſe. Nec eſt, ſi dicis, quaſi videatur approbâſſe ejus mores,

quando

quando ſciens eam eſſe fœminam parum fidei & caſtitatis in matrim. eam duxit: Licet enim in præteritum mores ejus probārit & hactenus fruſtrà ſit eam volens accuſare adulterii *d. l.13. §.f. c. quemadmodum de jurej.* quomodo accipio, *d. l. 22 ad l. Jul. de adult.* non itidem tamen probavit eoſdem in futurum, hactenus enim cùm illa contraxit, ſi videlicet in legem conjugii non peccaret, *d. c. quemadmodum.* Et hoc in tantum verum, ut, licet juraſſet, quod eam ſemper pro legitima vellet habere uxore, nihilominus illam futuri adulterii accuſare poſsit *d. c. quemadmodum:* in juramento ſiquidem ſemper intelligitur cōditio, ſi ſcilicet illa contra regulam deſponſationis non vivat *d. c. quemadmodum.* Ex quibus de diſtinctione, *Dambud.* addubito.

QVÆSTIO VI.

Si quis ſuſpectus ſit de adulterio, *& poſt factam interdictionē à magiſtratu tempore ſuſpecto in domo ſuſpectæ mulieris reperiatur & vocatus*

in jus factum adulterium neget, an abſq; aliis indiciis tortura ei adjudicari poteſt?

QUanquam quæſtio, utpote res fallax & periculoſa *l. 1 in pr. & d. l. 1 § 1. ff. de quæſt.* non facilè alicui ſoleat adjudicari, *Zang d. quæſt. in proœm.* & non ad liquitandum factum, ſed perſonam patefaciendam adhibeatur *Farin. 1 pract. crim. q. 2. nu. 6. Zang. in d. proœm.* attamen, quia hîc aliàs eſt ſuſpectus (utpote, cui à magiſtratu interdictum fuit, ut uxoris conſuetudinem & colloquia vitaret) & adulterium non niſi per conjecturas ferè. (Clam enim & remotis arbitris id fit; quippe celari vult ſua furta Venus, *Tibul. lib. 1.*) probatur *Mynſ. cap. præſentia extr. de teſtib. num. 2. Mull. lib. 3. ſem. 16.* nox verò (quâ eum in domo fœminę ſuſpectę deprehenſum eſſe volumus,) ut, quæ ſecundum Poëtam nihil moderabile ſuadet, non levem præſumtionem pro cõmiſſo adulterio exhibeat, dicerem illum optimo jure quæſtioni ſubjici; maximè, cum noverim ex *auth. ſi quis. C. d. t.* magiſtratum eum, cui ter interdictum colloquio uxoris deprehenſum apud uxorem corpo-

corporali pœnâ afficere poſſe, *Vide N.* 117. *cap.* 15. *Mull lib* 3. *ſem. c.* 16.

QVÆSTIO VII.

An filius ſumtus ſtudiorum gratia ſuppeditatos conferre tenetur?

HAnc quæſtionem tractat *Hart. Piſt l.* 1. *quæſt.* 19. *Cujac lib* 3. *obſerv.* 30. *Weſenb. in Pand ff. de collat. dotis. Schneid I de act. in* §. *quadam.* 10 *n* 42. *Arum. diſp. ff.* 8. *theſ.* 15. & alii ab his enumerati. Ego, ut & hic diſtinctè procedam, puto referre, an quæratur de ſumtib. à patre ipſo ſuppeditatis; an verô de datis poſt mortem ejus? Si de his, putem illos eſſe conferendos, *l. pen. C. de collat.* niſi pater ita diſpoſuerit, ut ex communi hæreditate filio ad ſtudia continuanda ſumptus darentur; tunc enim patris voluntas ſervanda *argum. l.* 1. *C. de SS. Eccl. N.* 22. *c.* 2 *l.* 149. *de R. J. l.* 7. *C. de lib. cauſ. N.* 118. *c.* 5. & ſumtus non conferendi, idq; eò magis dicendum, cum certum ſit jus collationis teſtaméto patris tolli poſſe, *l ſi quis.* §. *f. de coll. dotis, l.* 1. *cum auth. ſeq. C. d. t.* Si de iis, quos pater viv⁹ contulit,

 quæ-

quæritur, refert an credendi animo ſumtus illos pater fecerit, an verò donandi. Si credendi, volunt ſumtus illos eſſe conferendos, *argum. l quæ.50.ff.fam. her.* hactenus enim æqualitatem, quæ mater concordiæ (τὸ γὰρ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, *Weſ. in Pand. de coll. bon. nu. 1.*) inter libros facere pater voluit, ut aliàs etiam velle præſumitur, *l. 12. §. 43. de inſtructo vel inſtrum. leg. l. cum pater. 77. §. 8. ff. de legat. 2.* idq́; forſan verum, ſi magna inæqualitas abſque computatione oriatur inter fratres, *argum. eor.* quæ habet *Alex. Trentacinq. lib. 1. reſol 5. de legit. paſſim.* Sin v. donandi animo dedit, volunt non eſſe conferendos, *text. in d. l. 50.*: nam pater filium alere tenetur, & ad omne bonum educare, *l. ſi quis §. 1. ff. de agnoſcendis liberis*, etiam naturalem & ſpurium hodie ex æquitate can. *c. cùm haberet de eó qui dux. in mat. eam & c. Decius con. 66. n. 6. conſ. 2.* in tantum, ut ad hoc cogi poſſit officio judicis, *l. f. C. de alend. lib. Trentacinq. reſ. 2. de alim. inpr.* & alimentis filius renunciare non poſſit, *Trent. d. loc. nu. 15.* At verò alimentorum nomine veniunt cibaria, veſtes, muſæa, expenſę ſtudii & omnià, quę ad victum hominis ſunt neceſſaria, *l. legatis. ff. de alim. leg. Alex. in conſ. 178. num. 7. Trent. de alim. reſ. 1.*

num.

num. 27. E. & ad expenſas ſtudiorum pater tenebitur & per conſequens illas non conferet. Et ſanè militaria arma filiusfam. conferre non tenetur, *l. 4. Cod fam. her. l. 1. C. de caſt. pec.* E. nec etiam filius ſtudii impenſas: cùm comparentur inter ſe milites & Advocati in jure, *l. 14. C. de adv. div. jud.* ac inde libros donatos Doctor vel Licentiat⁹ non confert, quòd ſint quaſi peculium caſtrenſe, quod non confertur *Trentac. d. reſ. 5. de leg. nu. 19.* ut nec impenſas in doctoratu factas, *Trent. d. l. n. 30.* Quæ tamen variè limitat ibidem. Et hoc eò magis dicendũ, cùm etiam jure Saxon. idem ſancitum: nam *lib. 1.* Landrecht. *art. 10.* dicitur: Gibt ein Vater ſeinẽ Sohn Kleider/ Roß/ Pferd oder Harniſch zu der Zeit / als er es bedarff vnd nützen kan / vnd es der Vater auch geben mag/ ſtirbt der Vater darnach/ er darffs nicht einbringen/ ſo er theilet mit ſeinẽ Brüdern: & ſi aliud non conſtat animo donandi is ſumptus feciſſe præſumitur, *argum. d. l. 50.* Quæ pietas exinde magis colligitur, quod pater mittens filium in Academiam, videtur ſe illi obligare ad dandos ſumtus, quibus ibi vivendum: qui enim vult conſ. vult etiam antecedens, ſine quo illud eſſe non poteſt, *argum. l. 2. ff. de jurisdict.* At pa-

quæritur, refert an credendi animo ſumtus illos pater fecerit, an verò donandi. Si credendi, volunt ſumtus illos eſſe conferendos, *argum. l quæ.50.ff.fam. her.* hactenus enim æqualitatem, quæ mater concordiæ (τὸ γὰρ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, *Weſ. in Pand. de coll. bon. nu. 1.*) inter libros facere pater voluit, ut aliàs etiam velle præſumitur, *l. 12. §. 43. de instructo vel inſtrum. leg. l. cum pater. 77. §. 8. ff. de legat. 2.* idq; forſan verum, ſi magna inæqualitas abſque computatione oriatur inter fratres, *argum. eor.* quæ habet *Alex. Trentacinq. lib. 1. reſol 5. de legit. paſſim.* Sin v. donandi animo dedit, volunt non eſſe conferendos, *text. in d. l. 50.*: nam pater filium alere tenetur, & ad omne bonum educare, *l. ſi quis §. 1. ff. de agnoſcendis liberis*, etiam naturalem & ſpurium hodie ex æquitate can. *c. cùm haberet de eo qui dux. in mat. eam & c. Decius con. 66. n. 6. conſ. 2.* in tantum, ut ad hoc cogi poſſit officio judicis, *l. f. C. de alend. lib. Trentacinq. reſ. 2. de alim. in pr.* & alimentis filius renunciare non poſſit, *Trent. d. loc. nu. 15.* At verò alimentorum nomine veniunt cibaria, veſtes, muſæa, expenſę ſtudii & omnià, quę ad victum hominis ſunt neceſſaria, *l. legatis. ff. de alim. leg. Alex. in conſ. 178. num. 7. Trent. de alim. reſ. 1. num.*

num. 27. E. & ad expenſas ſtudiorum pater tenebitur & per conſequens illas non conferet. Et ſanè militaria arma filiusfam. conferre non tenetur, *l. 4. Cod fam. her. l. 1. C. de caſt. pec.* E. nec etiam filius ſtudii impenſas: cùm comparentur inter ſe milites & Advocati in jure, *l. 14. C. de adv. div. jud.* ac inde libros donatos Doctor vel Licentiat' non confert, quòd ſint quaſi peculium caſtrenſe, quod non confertur *Trentac. d. reſ. 5. de leg. nu. 19.* ut nec impenſas in doctoratu factas, *Trent. d. l. n. 30.* Quæ tamen variè limitat ibidem. Et hoc eò magis dicendũ, cùm etiam jure Saxon. idem ſancitum: nam *lib. 1.* Landrecht. *art. 10.* dicitur: Gibt ein Vater ſeinẽ Sohn Kleider / Roß / Pferd oder Harniſch zu der Zeit / als er es bedarff vnd nützen kan / vnd es der Vater auch geben mag / ſtirbt der Vater darnach / er darffs nicht einbringen / ſo er theilet mit ſeinẽ Brüdern: & ſi aliud non conſtat animo donandi is ſumptus feciſſe præſumitur, *argum. d. l. 50.* Quæ pietas exinde magis colligitur, quod pater mittens filium in Academiam, videtur ſe illi obligare ad dandos ſumtus, quibus ibi vivendum: qui enim vult conſ. vult etiam antecedens, ſine quo illud eſſe non poteſt, *argum. l. 2. ff. de juriſdict.* At pa-

ter vult filium eſſe in Academia ibiq; bonas literulas addiſcere. E. vult illi etiam dare ſumtus, ſine quibus ibi eſſe non poteſt: *vide Bart. in l 1 §. nc caſtrenſe num.2. & 3 ff. de coll. Weſenb. d. l. Trent. d. l.* Ita jam alibi tentabo, an nō indiſtinctè ſumptus ſtudiorum benè collati non ſint conferendi?

QVÆSTIO VIII.

An naturales liberi habent jus retractus?

ITa alibi invaluit, ut ſi bona in familiâ diſtrahantur, proximi agnati & conſanguinei habeant jus retrahendi, quò meliùs familiæ conſervētur. *Morla in t. de cont. empt. q. 11. n. 1.* quod æquum & legitimum eſſe benè ibidem docet: quæritur ergò, an & naturales ſeu illegitimi poſſint jure propinquitatis rem venditam retrahere. Eos non admittendos eſſe voluerunt, *Cbvar. in 4 2. pr. c. 8 §. 20. Tiraq de re tract. ling. §. 1. gl 8. n. 6. Morla. d. l.*; aliis contrarium placuit, quibus reſpondet *Morla. d l* Me duabus diſtinctionibus hic expediam; puto enim referre, an quæratur de re paternâ, an maternâ retrahendâ: & 2. an de naturali tantùm, an v. quidem de naturali, ſed ſimul legitimato. Si le-

Si legitimatus rem retrotrahere velit, dicerem eum id poſſe indiſtinctè qualiscunque ſit res: conſanguinei enim & agnati habent jus retractus: (id quod ſupponimus cum *Tiraq. & Morla.*) at & legitimati ſunt agnati *N. 89. c. 8.* E. Quin ſi alii cognati jus retractus habent: & verò legitimati ab iis nihil differunt, *N. 89. c. 9.* E. & hi id neceſſariò habebunt: de iiſdem enim idem eſt judiciũ. Vide *Morlam. quæſt. 12. à num. 1. & num. 10.* Si naturalis tantùm & non legitimatus, is non admittitur, ſi retrotrahenda res paterna, *Tiraquell. dict. loc. Morla. d quæſt. 12. n. 1. 2. 3.* nec enim habetur nomine filiorum, *Morla dict. q. num. 8* admittitur verò, ſi res retrahenda ſit ex maternâ familiâ, *argum. l. cum legit. ff. de ſtatu hom.*

QVÆSTIO IX.

An omnes vaſalli domino fidelitatem jurare debent, ſi plures?

Quâ in quæſtione Feudiſtæ ſunt varii. Alii diſtinguunt inter feudum diviſũ & indiviſum: ut hîc ſufficiat, ſi unus præſt[et] juramentũ fidelitatis: ibi verò neceſſum ſit ut omnes id præſtent *Cujac. 4 F. tit. 9.* Alii in-

indiſtinctè volunt omnes debere jurare fidelitatem. Diſtinguo inter jus noſtrum feudale & mores noſtri temporis. De illo dico indiſtinctè ſive feudum ſit diviſum ſive indiviſum omnes debere domino ſuo jurare fidelitatem: quomodo docent etiam *Intrigli. q. F 56. nu. 249. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 2. Gl. 4. num. 31. Schrad. p. 6. c. 4. n. 26. Fach. lib. 7. c. 54* & alii ab his relati: *text. in c. imperialis de proh. F. al. per. Loth. 2. F. 52. §. firmiter*; quod & jure Sax. receptum, *Lehnr. c. 5. & 6. & conſt. El. 45.* comprobatum. Vaſalli enim omnes debent præſtare fidelitatem domino, *c. un. t. per quos fiat inveſt.* At verò hîc ſinguli hæredes pro parte, quâ ſucceſſerunt, ſunt vaſalli ſui domini. E. Tantùm, ſi ad unum ex diviſione feudum pervenerit, aut procurator cum certo mãdato fuerit conſtitutus, ut nomine aliorum fidelitatem faceret, aliud dicendum. *2. F. 3. §. ſed ut.* Mores noſtri temporis quod attinet, de iis unus frater & quidem natu major nomine reliquorum præſtat fidelitatẽ domino, ſi feudum indiviſum ſit, *Wormſerus lib. 1. t. 52. obſ. 35.*

QVÆSTIO X.

An jus venandi inter regalia refertur?

Rega-

Regalia à Rege dicta ſunt jura imperii ſumma Imperatori ejusq; fiſco in ſignum præeminentiæ & immenſi laboris, quem pro imperio ſuſtinet, præmium ad conſervandam imperii majeſtatem conceſſa, *Borch. ad c. un. quæ ſint regalia. nu. 2. Vult. de F. c. 5. n. 7.* quibus an jus venandi annumerandum ſit, quæritur? Et in hoc juris puncto mirè variant Dd. Id negant *Andr. Tiraquell. in tr. de nobilitate. c. 37. nu. 150. Decius conſ. 197. Arnold. de Reier. diſp. de Regalib. Niel. diſp. F. ult. theſ. 3.* Inter illa referunt, *Mind. 2. de mandat. jud. 36. nu. 7.* Alii ad ſervitutes id referunt, & ad reales equidem, *Gail. 2 obſ. 66. nu. 12. Modeſt. Piſt. 2. conſ. 14.* ad perſonales verò *Brückm. de regal. §. venatio. nu. 1. & 12.* Videbimus jam, an pro ſententiâ *Tiraq.* ſit concludendum.

CORONIDIS LOCO SEQVENTIA SUNT APpoſita.

I.

MAritus defunctus poſt ſe reliquit cum duobus vel tribus filiis viduam alii poſt inſtrumenti dotalis, quo in nimium tamen & ultra dimidium quoad hæreditatem aliàs ipſis debitam in minorennitate filii iſti læduntur, confectionem nubentem, cum hoc etiam tres vel plures liberos vel etiam pauciores gignentem, ac poſtea & ipſam mortem cum vita commutantem, nec non etiam cum dictis libris maritum viduum relinquentem, qui in viduitate, licet duorum vel trium priorum iſtorum vitricus, tamen, ut genuinus patens inſtitutus & indiviſæ hæreditatis curator quaſi conſtitutus manet.

net. Jam quæritur (ſed præſupponimus ſummam fidelitatem in omnes æquè liberos ab ipſo, ut fieri conſuevit, promiſſam eſſe:) num tanto proſequetur amore privignos, quanto genuinos filios? Num verò non potiùs illis, ubi ubi poterit, (poteſt autem cumprimis in rebus mobilibus) aliquid ſubtrahet, & his addet? Præſumitur utique, cùm pater & filius propter ſummam cognationem pro una fermè habeantur perſona,, quod hoc ſit facturus, utut etiam genuinos cum privignorum jactura dotare & ditare non debebat.

II.

Hoc caſu ſi in privignorum commodum & cautionem rerum præſertim mobilium inventarium confici curarent cognati, haud malè facerent, ſicut nec, ſi ipſis de reditibus & expenſis annuis ut conſtaret, operam darent.

III. In-

III.

Inſuper privignis iſtis, jam ex ephebis ubi exceſſerunt vel nuces reliquerunt, de impenſis ad liberaliora ſtudia vel honeſta artificia neceſſariis; quas pendere vitricus poſthabitâ, quam in inſtrumento dotali etiam ultra debitum, forſan ob majorem in privignos favorem & rationem honeſtè educandi curioſiorem, abundè ſenſit gratitudine virtute illa longè præcellentiſſima & nullis non laudibus digniſſimâ renuit; cautum eſt. An igitur poteſt conveniri? A.

IV.

Sed quid mirum, ſi, cautionem iſtam non ex naturali ſaltem, ſed & (quod magis) civili, ſed & (quod maximum) ſingulari jure debitam ſervare & præſtare, quando noluerit, ob id etiam, in quo privigni graviſſimè in minorennitate læſi, conveniatur: nonnè hoc ſuæ ipſius ingratitudini, ut quæ naturæ debitum, (quo aliàs pri-

privigni ipſi ob educationem eſſent obſtricti) tollit, hoc imputandum foret?

V.

Ac conditione aliquâ in inſtrumento dotali violata ea perſona, cujus conditionem illam non violari; ſed ſervari & obſervari intereſt, inſtrumentum violare & annihilare poteſt.

VI.

Minorennibus nihil diſtrahi & alienari ullo modo, niſi ipſorum commodum promoveatur, vel neceſſitas ſubſit, debet: & quemadmodum aliàs ſententia contra minorem lata ipſo jure nulla eſt, ſic hoc in loco diſtractio & alienatio, ut facta fuerit, ipſo jure tamen nulla eſt.

VII.

Si quis ignorans vel ex errore quid contra rationem juris conſtituit & paciſcitur, tum valebit, quando ille error jus mutabit; quando in iis, quæ

contra

contra rationem juris conſtituta, regulam juris ſequi poterimus, quando is, qui ſic paciſcitur, non potiùs magis decipietur, quàm paciſcetur.

VIII.

Contrahentium vel promittentium voluntates magis, quàm verborum conceptionem inſpicere, ut moris, ſic & juris; & voluntates illæ tàmdiu in pendenti ſunt, quamdiu id, quod contractum, quod promiſſum, fiat, ſolvatur.

IX.

Ad neceſſarias impenſas in rem quampiam faciendas nullus caſus, niſi ἀδύνατον qui introduxit, impedire poteſt, nec debet.

X.

In actionibus ab executione malè incipitur, pejus proceditur: quid verò nonnunquam fiat, at proh dolor peſſimè, videmus.

XI.

Victus in expenſarum cauſa victori eſt

ri eſt condemnandus, adeò, ut ſi judex illum non condemnaverit, huic expenſarum nomine ipſe teneatur.

XII.

Vulgò quod dicitur; JCti Pſeudochriſti; ſtultè dicitur.

CENTURIÆ SECUNDÆ

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria ultima.

Reſpondente

FRIDERICO COLERO FRIbergenſi Miſnico.

QVÆSTIO PRIMA.

An donatio omnium bonorum tàm præſentium quàm futurorum valet?

DOnationum materia, quamvis hodiè, liberalitate propè extinctâ per avaritiam, hominum mentes occupātem, minus frequens ſit, *Jul. Clar. 4. ſent. §. donatio. in pr.* lubet tamen quæſtionem de ea unam vel alteram attingere. Præſens quæſitum negant *Dd. comm. Rom. conſ. 171. n. 1. Br. Paul. de Caſtr. & Scribentes in l.*

in l. ſtipulatio. 61. ff. de V. O. Guid. Pap. conſ. 214. n. 4. Covarr. var. reſolut. 3. c. 10. Jul. Clar. 4. ſent. §. donatio q. 19., Fachin. 6. c. 87. Alex. Trentacinq. 3. reſol. 3. d. don. & ab hac non recedendum eſſe in judicando monet *Modeſt. Piſtor. 2. conſ. 19. n. 1.* Ratio illorum eſt, quia admiſſa donatione omnium bonorum tàm præſentium quàm futurorum adimeretur facultas teſtandi libera; quod ll. maximè abhorrent. *l. ſtipulatio 61. ff. de V. O. ibiq; Dd. Jul. Clar. d. q. 19. nu. 1. inf. Trentac. d. loc. n. 1.* Apponit adhuc aliam *Trentac. d. loc.* quaſi cum teſtamentum publici juris ſit, *l. teſtamenti 3. ff. de teſtam. & l. teſtandi 13. C. d. t. l. f. ff. de ſuis. & legit. A. Fab. 13. conj. 4.* conſequens ſit, ut privatâ conventione tolli non poſſit, *l. jus publicum 38. ff. de pact. l. quod de 15. §. 1. ff. ad L. Falc.* Et in tantum hanc ſententiam procedere volunt, ut nec aliud obtineat, etiamſi quædam ſibi reſervarit donator, de quibus in vita ſua diſponere poſſit, poſt *Cagnol. in l. f. C. de pact. nu. 245. Alex. Trentacinq. d. loc. n. 2.* Quam amplificationem tamen non admittunt alii, *Clar. d. l. n. 8.* Quin donationem omnium bonorum juratam etiam non valere diſputant, *Guid. Papa. deciſ. 214. nu. 5. Clar. d. §. donatio. q. 20. nu. 1.* Quod

tamen viciſſim quoad præſentia alii non admittunt. *Clar. d. n. 3. Trentaçinq. d. reſol. 3. n. 10.* quaſi ſcilicet juramentum faciat valere actum in eo, quo poteſt, *l. cum pater 77. §. filius 23. ff. de leg. 1. Trentac. d. n. 10.* Nos jam tentabimus aſſerere, imò donationem hanc ſubſiſtere, per *text. in l. ſi quis 35. §. 4. & 5. C. de don. l. 8. C. de revo. don. l. omnes 12. §. 1. ff. quæ in fraud. l. 27. ff. ad l. Aquil.* quibus in ll. omnium totius, univerſitatis donatio facta præſupponitur. Id fortè non diffitendum, facta omnium bonorum donatione, non cenſeri etiam futura donata, ſed tantum omnia bona præſentia, *gloſ. in d. l. f. C. de pact. Jul. Clar. d. q. 19. nu. 4. Trentac. d. lo. n. 24.* eò quod donatio ſit ſtricti juris, *l. 27. ff. de don.* & nemo omnem ſpem nanciſcendi aliquid impoſterum à ſe abdicare præſumatur, *Dd. vulgò:* At, quod ſi quis expreſsè & præſentia & futura donet omnia, non valeat illa donatio, non admittendum, *ob d. l. 8.* ubi omnia dicuntur donata, & *d. l. 35. §. 4.* &c. quæ ll. non diſtinguunt, nec reſtrictè ad omnia præſentia tantum. Quin quicquid naturale, quicquid conceſſum & permiſſum ll. id ſemper & in infinitum intelligitur conceſſum & licitum, niſi in quantum viciſſim à ll. &

moribus

moribus reſtrictum, *arg. l. 4. C. ad l. Jul. de adult.* At nos poſſe donare res noſtras eſt naturale, §. *per traditionem 40. I. de R. D. Boët. lib. 4. de conſol. philoſ.* & ll. noſtris conceſſum, *t. t. ff. & C. de donat. l. in re 21. C. mand. l nemo 9. C. de Judæ. c. un. per quos fiat inveſt. 2. F. 3.* E, & ſemper & in infinitum donare poſſumus, niſi in quantum à ll. hoc jus reſtrictum. Jam verò nullibi in toto jure legitur jus donandi reſtrictum ad omnia præſentia tantum, quaſi ſcilicet omnia præſentia, non etiam futura donare poſſimus. E. Nec ex iis, quæ diſputat *Jul. Clar. d. q. 19. & Trentacinq. d. reſol. 3. n. 1.* hoc jus donandi reſtringitur, quaſi hactenus privatorum conventione jus teſtandi & ſic publicum *dict. l. 3. de teſtam.* tollatur, quod tamen maximè adverſum ſit legibus, *Jul. Clar. d. quæſt. 10. nu. 1.* & contra bonos mores *l. pactum 15. C. de pact.* Equidem cum *Dd. h. n. quæ.* ita exaudio, ut donans omnia bona tàm præſentia quàm futura, ſemper tamen intelligatur ſibi reſervaſſe alimenta, ſine quibus eſſe non poteſt. Semper enim ita interpretanda donatio, donator ne inops liberalitate ſua periclitetur, *l. 50. ff. de re jud. l. inter 19. §. f. ff. d. t. facit. l. 33. ff. h. tit.* Quin iis renunciari non po-

 teſt,

teſt, *Dec. in l. jura 8. ff. de R. J. Trentac. lib. 1. reſolut. 2. de aliment. num. 15.* quomodo licet omnia donarit, adhuc tamen de alimentis, hoc eſt, cibariis, veſtibus, medicinis, habitatione, potionibus &c. *l. legatis 6. ff. de alim. leg. l. obligatione 6. & 2. ſeqq ff. de pignor. Trentac. d. l. 1. reſol. 1. de alim. nu. 27. cum plurib. allegatis* teſtari poterit: quomodo in totum omnia, etiam futura donanti, facultas teſtandi non erit adempta, imò poteſt adhuc heredem inſtituere in ſuis juribus & actionibus directis, quæ oſſibus donatoris adhærent, confer *l. 2. & 3. C. de donat. l. qui 12. ff. eo Gaſp. Schiford. lib. 1. tr. 33. per t.* Et per conſequens *Clari & Trentac.* fundamenta, ut ex falſo præſuppoſito orta, contra nos non ſtringent. Secundò illa facilè dilues, ſi dixeris non ſequi, per hoc adimitur teſtandi facultas. E. non cõcedendum. Etenim & per arrogationem tollitur, §. *illud. p. I. de adopt.* nec tamen ob id ea contra ll. ſic & per ingreſſum in monaſterium: in tantum, ut aliqui etiam voluerint, teſtamentum ante ingreſſum factum per eum revocari, *Accurſ. in auth. ſi qua. Cod. de S S. Eccleſ. Jaſon. in d. auth. n. 1. & 18.* nec tamẽ ob id ingreſſus ille illicitus, *auth. ingreſſi. C. de SS. Eccl.* Major. E. non

vera,

vera, ſi per indirectum facultas teſtandi reſtringatur, arg. eorum, quæ modò dixi. Scilicet & hic obtinet multa expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent, *l. 195. d. R. J.* Et ita tenent *Alc. ad l. f. n. 72. C. de pact. Corſ. 6. miſcell. 17. Vaud. 1. q. 31. Maſc. d. probat. vol. 3. concl. 1120. A. Fab. erro. prag. 6. dec. 48. Bronch. 3. aſſer. 31. Arum. Exerc. 6. th. 15. & complures alij.*

QVÆSTIO II.

An donatio ob ſupervenientiam liberorum revocetur?

PRo nunc videmus, an non definitio *l. ſi unquam. 8. C. de revoc. donat.* ad Patronum & libertum tantùm reſtringenda ſit. Ita enim ancipitem eſſe hanc quæſtionem, ut Cæſarea indigeat deciſione, affirmat *Tiraquell. in repet. d. l. 8. n. 89.* Et certè cardo vertitur in rationis, qua *dict. l 8.* nititur, indagine: qua in Interpp. non omnes conſentiunt. Nonnulli poſitam illam eſſe putant, in conjectura pietatis & amoris paterni, *l. cum avus. 102. de cond. & dem.* quod nemo alienas largitiones videatur propriis anteponere, *l. cum 30. C. de fideicom.* & veriſimile eſſe donatorem extraneo donaturũ

non fuiſſe, ſi de liberis cogitaſſet, *l. generaliter 6. §. 1. C. de inſt. & ſubſt. l. tale pactum 40. §. f. ff. de pact.* Inſanus enim habetur, qui non curat naturalem charitatem *l. Titia 13. §. de inoff. teſtam. Trentac. reſol. 4. de don. lib. 3. n. 2.* & ob id donatorem cenſeri eâ lege donaſſe, *Tiraq. d. loc. in præf. n. 3. & 4. Cujac. 20. obſ. 5. Fachin. 3. c. 85.* Militante igitur hac ratione non ſolùm in patrono *d. l. 8.* verum etiam in omnibus aliis donatoribus militabit quoq; diſpoſitio, *arg. l nam 13. ff. de ll. l. 32. ff. ad L: Falc. Hott. 1. amic. 12.* Verùm extenſio non niſi rationis identitate vel majoritate ſuadente fieri debet, *Jaſon. in auth. quas actiones. C. de SS. Eccl.* Ratio autem major & urgentior, quoad Patronum in *d. l. 8.* eſt maximum & inæſtimabile libertatis beneficium *§. f. I. quib. ex cauſ. manu. l. 106. §. 1. de R. J.* nec cum Perſarum regno commutandum, *Plutarch. in apopht.* Incivile igitur eſſet Libertum donationis viribus ſubnixum, Patrono cui reverentiam debet & obſequium, paſſim *ff. & Cod. de obſeq.* quem & cujus liberos egentes alere, *l. 5. §. 18. & ſeqq. l. 6. de agnoſc. lib.* cui vivus operas præſtare *t. ff. & C. de oper. libert.* cui propria largiri, *l. 7. §. 3. l. Campanus 47. ff. de oper.* cui moriens bona relin-

relinquere, *t. I. de ſucceſſ. liber. ff. & C. de bon. lib.* quin cui libertatem vitâ dulciorem *l. f. C. de patr. poteſt.* acceptam ferre tenetur, ab eo in ſe collata reddere non velle, *A. Fab. 7. conject. 15. Don. in com. d. l. 8.* Et facit quod alias in libertos collatæ liberalitates facilius revocantur, *l. 1. C. de revoc. don. l. fratres 27. C. de inoff. teſta. Corraſ. 7. miſc. 20.* Conjũctim igitur duplex illa ratio, nimirum donatoris erga liberos præſumpta voluntas & donatarii officium obligatioq; naturalis, quæ in liberto arctior & urgentior eſt, quàm in alio, attendenda venit in diſpoſitione *d. l. §. 8. Fab. d. lo.* Quin conſtitutionem *d. l. 8.* eſſe ſingularem ex eo licet deprehendere, quod etiam partialis, ut ita loquar, donationis revocationem admittit, *in verb. vel partem aliquam.* Abſurdum v. eſt, res ſingulas donatas ad donatorem reverti natis liberis *arg. §. 2 I. de don.* Accedit quod unus tantum revocandæ donationis caſus exponitur, *in d. §. 2. verſ. ſi tamen ingrati. I. de don.* nimirum ingratitudo donatarii, cujus ſpecies vel grad⁹ *in l. f. v. ex his tantũmodo.* (ubi vox taxativa & excluſiva notanda) *C. de revoc. don.* aſſignatur. Ex quibus liquet, ſuper-venientem liberorum non eſſe cauſam, ob quam donatio revoce-

tur. Ad dictum. ſupr. *Cujac. Fachin. & Timq.* rationem regero, illam manifeſtam implicare contradictionem, velle ſcilicet donatorem bona ſua transferre in alium & non velle, ſi de liberis cogitaret, quâ ratione conditio aſpergeretur donationi ſimplici, quod eſt contra *l. 1. §. 1. ff. de donat. l. 35 §. 2. ff. de mort. cauſ. donat. l. 1. §. 2. ff. de precar.* Noſtra enim donatio eſt vera & abſoluta donatio, quæ ita proficiſcitur ut nullo caſu revocetur, *d. l. 35. §. 2. A. Fab. d. loc.* In re autem aperta voluntatis conjecturæ locus non eſt, *l. continuus 137. §. 2. ff. de V. O.* Nec poteſt tacita conditio induci niſi interpretatione, quæ hîc fieret contra donatorem *c. cum dilecti. 6. ext. de donat.* cujus fuit apertius legem dicere, *argum. l. veteribus. 39. de pact. l. Labeo. 21. l. cum in lege. 33. ff. de contrah. empt. l. 38. § 18. ff. de V. O. l. 26. ff. de reb. dub. Don. ad l. 21. ff. d. t.* Quod oppoſitas ſupra ll. attinet, dicimus eas benè procedere in ultimis voluntatib. quæ quoniam ab unius tantum hominis voluntate dependent, recipiunt interpretationem ex ſola conjectura voluntatis, morientium deſideriis ex viventium arbitrio æſtimatis, ut ait *l. quoniam. 4. C. de natur. liber. Fab. d. 7. conject. 14. d. l. 102. de condit. & c. l. f. C. de*

cur.

tur. fur. quò facere poſſunt, *l. ſcripto. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſtam. l. 7. ff. de bon. damn.* ut ita plenior & largior fiat interpretatio, *l. in teſtam. 17. ff. de R. J. l. 10. ff. de inoff. teſtam. c. cum. dilecti, 6. ext. de donat.* non verò in actibus inter vivos ejusmodi adhibenda interpretatio, qualis actus eſt donatio, quæque ſtricti juris, per optim. text. *l. cum 22. ff. de donat. & ibi Weſ. in para. num. 2.* in quam conſequenter non niſi expreſsè acta & conventa venient, *l ſi repetendi, 7. Cod. de condict. ob cauſ. l. quicquid. 99. ff. de V. O.* Et obligatio in contractibus nata, non niſi mutuo contrahentium conſenſu diſſolvi poteſt, *l. 5. C. de O. & A.* Quod igitur teſtatori conceſſum, donatori neutiquam, *Don. ad d. l. n. 8. Tiraquell. in ead. verb. libertis. n. 64.* Nec reſiſtit *c. ult. 17. quæſt. 4. A. Matth. in not. ad d. §. 2. I. de don.* loquitur enim de proprio jure Eccleſiæ, quæ cum mater omnium ſit, etiam egentes alere debet, nec bona eorum expetere, *Don. ad d. l. n. 8. cir. f.* Et ita præter allatos ſtatuunt *Fr. Conna. 5. com. 10. Giph. in d. l. 8. Mozz. d. donat. coll. ult. Vaſq. 1. contr. 10. Dn. Arum. exer. 6. th. 16. Diſſ. præter relat. Mynſing. 5. obſ. 63. Gail. 1. obſ. 4. n. f. Vultej. in dict. §. 2. I. de donat. num. 7. & 8. Heigius. ibid. in f. Bocer. d. donat.*

cap. 3. num. 28. Bronch. 3. aſſ. 74. Treutl. 2. diſput. 19. th. 7. lit. E. Gothofr. in not. d. l. 8. H. Hartm. lib. 2 t. 43. obſerv. 1. Quanquam autem horum opinio humanior ſit, eamq; uſus & practica ita mordicùs retinuerit, ut ab ejus faucibus erure nemo queat: tamen ſi merum jus reſpicias, ſi filium phraſimq; legis, (ſi rationem quoq; adductam) conſideres, verior negativa exiſtet, inquit *Tiraq. in d. l 8. verb. libertis. num. 74.*

QVÆSTIO III.
Cur donatio inter virum & uxorem ſit prohibita?

UT expeditum donationem inter virum & uxorem eſſe prohibitam conſtante matrimonio, *t. t. ff. & C. d. donat. inter. vir. & uxor. Ant. Teſau. deciſ. 32. Jul. Clar. d. §. donatio. q. 9. Alex. Trentacinq. d. lib. 3. reſol. 6. de donat. in pr.*; ita de ratione prohibitionis non conſtat. Hæc verò cum ſit legum & diſpoſitionum anima, *Pariſ. vol. 1. conſ. 78. nu. 13.* nec magis lex ſine ratione lex dici poſſit, quam exanimatum corpus Homo *arg. l. cum mulier. 47. ff. ſolut. matr. Eberh. à Middel. in lo. à rat. l. Gœdd. ad l. 6. §. 1. nu. 12. de V. S.* ſummo quo fieri poteſt ſtudio erit

erit indaganda & excutienda, *argum. l. 2. §. 15. C. de V. J.* E. Inconveniens verò primâ fronte videtur, liberalitatem invicem exercere prohiberi conjuges, cum muneribus benevolentia mutua concilietur, alatur, augeatur, amplificetur; indignationes compeſcantur, odia ſedentur & deleantur, atteſtante id Salomone Regum ſapientiſſimo *Prov. 18. c. 5. v. 16. & 21. v. 14. & Ovid. 1. de arte:*

Munera, crede, mihi placant, &c.

Quin in mulieribus ridicula videtur ea prohibitio, cum rarum ſit, *l. ſi 16. C. de don. ante nupt.* & contra ſexus naturam *l. ſi 33. §. 1. ff. h. tit.* fœminas donare *l. 4. in f. ff. ad SC. Vellej. Don. 12. com. 24.* cum ſint avaræ, quo *d. Tiraq. l. connub. 9. n. 43. & 3. ſeqq. Hier. Pantſchman. lib. 2. q. 5. n. 25.* Rationes igitur iſtius prohibitionis eo de juris puncto tractantes paſſim aſſignant JCti. Moribus ita inductum & receptum eſſe, *Paul. 2. ſent. 23. Ulp. in fragm. t. 7 Jul. Clar. d. q. 9.* ne mutuato amore invicem ſpoliarentur conjuges donationibus non temperantes, ſed profuſa erga ſe facilitate, *l. 1. l. ſed ſi 32. §. 7. de don. int. vir.* unde illud mali naſcebatur, ut melior liberaliorq; in paupertatē decideret & bonis denudatus egeret, *l. 20. in pr. verſ. ſimplices.*

ces. C. de don. ante nupt. deterior locupletaretur: quomodo ſi neutra pars pauperior vel locupletior fiat, donatio ea admittenda erit, *Dd. vulgò.* Ne 2. item liberorum cura & liberalis educatio deſereretur. Indignum 3. quoque videbatur, concordiam maritalem pretio, ſicut adulteria, conciliari, atque ita venalitia eſſe matrimonia, cum facilè diſcuterentur, ſi non donaret, is, qui poſſet, ut pluribus ex *l. 2. l. 3. ff. h. t.* conſtat. Itaque ut appareat amorem honeſtum & conjugalem ſine pretio ſtare, *l. cum 32. §. 13. ff. h. t. Nov. 18. Nov. 22. c. 3.* & omnia inter virum & uxorē jure individuę ſocietatis *l. 1. ff. de R. N.* citra peculiarem liberalitatem eſſe communia, deſitum eſt moribus in matrimonio donationes facere, *Plutarch. in problema. Duar. ad h. t.* Quæ tamen reſtringi volunt, ſi maritus ignobilis nobilem, aut ſenex puellam & juvenculam in uxorem ducat? Ibi enim admittunt donari quid poſſe in recompenſationem ignobilitatis & ſenectutis *Bl. Novell. d. dot. in 10. p. num. 8.* & ita conſuetudinem eſſe ait *Br. in l. ſi voluntatis. Cod. de dot. promiſſ. Julius Clar. d. q. 9. n. 5.* At neſcio an benè. Omnis quippe donatio inter conjuges indiſtinctè eſt interdicta, *t. t. ff. & C. h. t. Trent. d, re-*

ſol. 6. in pr. E. etiam inter nobilem & ignobilem, ſenem & juvenculam. Et certè rationes prohibitionis, de quibus modò, etiam in horum matrimonio militant. Nec relevat ſi dicis, ex eo ſuſtinendam eſſe hanc donationem, quod non ſimplex ſit, quæ prohibita, ſed remuneratoria, *Jul. Clar. dict. n. 5. Giach. ad d. q. 9. lit. A.* cum donet ſenex in compenſationem ſenectutis: Nam 1. ſibi imputet nobilis, cur in ignobilem conſenſerit. Et 2. hic cum nullum verum ſubſit meritum. E. nec vera erit donatio remuneratoria. Et 3. illa argumenta maniſeſtè, *l. 3. §. 1. ff. h. t.* diluit: Et hæc forſan olfaciens *Jul. Clar. dict. loc.* dicit, contrariam ſententiam in puncto juris ſine difficultate non tranſire, Hæc v. prohibitio de donationibus, quæ fiunt ſine cauſa *l. ſi 10. ff. de cond. cauſ.* contractis jam nuptiis intelligenda eſt; non de dote, § *pen. I. de donat. Weſ. in par. ff. h. t.* Ex dictis igitur facilè eſt reſpondere ad prior. dubit. ratio. Ad alteram dicitur, licet raró accidat, mulieres donare, accidere tamen quandoq; *d. l. 10. de condict. cauſ.* Superiora reſtringunt tamen, ſi voluntas conjugum non mutetur, & donatio morte confirmetur, *l. donationes. 25. C. de donat. int. l. cum hic ſtatus. 32. ff. d. t. Jul. Clar.*

Clar. d. q. 9. nu. 6. Trentac. dict. loc. n. 2. reſol. 6. ſi modò moriatur donans donatario ſuperſtite, *Trentacinq. d. lo. n. 4.* (Aliàs enim ſi præmoriatur donatarius, tota annullatur, *l. ſed interim. 11. ff. d. t. Trentac. d. n. 4.*) & traditio aliqua facta ſit, *l. Papinianus 23. ff. d. t. Jul. Clar. d. q. n. 6.* Nec refert an vera, an ficta traditio intervenerit. *gl. in l. 2. C. de dote caut. non num. Clar. d. n. 6. Trentac. d. lo.* quomodo ſi promiſſio tantum facta, non confirmabitur morte, *Clarus dict. num. 6. add. Giach. ad Clar. dict. loc. lit. B.*

QVÆSTIO IV.

Utrum in ea donatione jurisjurandi ſit aliquis effectus?

MOvet quod donatio illa eſt contra bonos mores, *l. 1. & ibi. Bl ff. h. t.* Quæ verò ſunt contra bonos mores, nec facere nos poſſe credendum eſt *l. filius. 15. ff. de condit. inſtit.* Nec valet contra bonos mores juramentum, *c. non eſt 58. de R. J. in 6. Auth. quod eis C. de nupt.* neq; firmat actum jure prohibitum, *l. ſi quis. 112. §. f. de leg. 1.* quomodo docuit *Br. in l. qui teſtamentum. ff. de probat. & Dd. commun.* ſecundum *Socin.*

tin. conſ. 66. num. 17. At contraria ſententia tolerans juratam donationem inter conjuges cum ſit communior, *Abbas in c f. nu. 9. d. donat. int. vir. & Dd. allat. à Clar. d. q. 9.* & indubitabilis, *Clar. d. l.* nec in judicando & conſulendo ab ea recedendum, *idem,* an non ea verior & potior ſit, videbimus. Et certè juramentum non eſt hîc præſtitum ſuper promiſſione, quæ dici poſſet eſſe contra bonos mores, *Clar. d q. 4. nu. 3. inf.* nec enim dicit *Ulp. in d. l. 1 ff. h. t.* eſſe eam contra bonos mores, ſed moribus receptum eſſe, ne valet illa donatio. Et licet diceret, eſſe illam contra bonos mores, tamen id tantum verum eſſet ſecundum ll. & mores civiles, non verò ſecundum canones aut præcepta naturalia; Præcipuè ſi fieret non effusè, ſed modicè, quam *Baldi. diſtinct. in ſimili refert Schneidw. in §. illud quoque, nu. 1. I. mandat.* Sumpto igitur fundamento ex ſaluberrima illa juris Canon. regula: Omne juramentum eſſe ſervandum, quod non vergit in ſalutis æternæ diſpendium & non redundat in alterius detrimentum, *c. ſi verò &c. cum contingat 28. de jurejur. c. quamvis 2. de pact. in 6. Clar. d. quæſt. 9. nu. 3* non improbabiliter concluditur, illam donationem juramento ſuffultam non eſſe nullam,

lam, *Facbin.3.contr. 81.* Quid? ſi donatio inter conjuges facta morte donatoris liberalitatem non revocantis confirmatur *l. donationis 25. C.h.t. Dd. in q.præc.* cur jurisjurandi religio *pr. I. de pœn. tem.* illam non confirmet, *Clar. dict. quæſt. 9. Gail. 2. obſ. 40.* Et in tantum alii credunt hanc ſententiam procedere, ut donatio hæc jurata non revertatur amplius ad donantem, ſi maximè donatarius præmoriatur, *Guid. Pap. deciſ. 147. Covarruv. lib. 2. var. cap. 7. num. 5.* At neſcio tamen, an illorum fundamenta hoc perſuadeant. Aliud viſum *Bl. conſ. 29. col. 2 verſ. teneo. vol. 1. Menoch. conſ. 84. Trentacinq. d. l. à nu. 7.* Et putem hanc ſententiam veriorem, ex iis quæ latè diſputat *Trentacinq. ibid.* Juramentum enim ſecundum naturam actus intelligitur, *l. f. C. de non num. pecun.* At verò donatio hæc ita comparata, ut præmortuo donatario revertatur ad donantem, *Clar. d. q. 9. ibid. Giacb. Trentacinq. d. n. 4.* E.

QVÆ-

QVAESTIO V.

Num JCtus vel Advocatus die feriato & ſacris cultibus dedicato poſſit Clientulis conſulere & patrocinari?

DIem Sabbathi vel Dominicam feriendo ſacrisq; vacando tranſigere præcipit DEUS, *Exod. 20. 8. Deut. 5. v. 12 Lev. 25 4.* quod & ip'um ſeverè ſanxerunt Impp. *l. 3. C. de feriis. l. f. § 1. l. 2 & l. 7. C. d. t.* Intantùm; ut actus juriſdictionis contentioſæ ne partium conſenſu illis fieri poſſe velint, *Kling. adc. 1. num. 9. extr. de fer Don. 24. com. 7.* adde *Oldendorp. in Divin tabul. præc 3. Turneb. 15. adverſ 19.* Cum igitur ſepolitis operibus civilibus illa dies nonniſi in laude & ſanctificatione Nominis divini tranſigenda ſit; Advocato non licere conſulere illa die cōſectarium videtur. Verùm non ſecundum corticem accipienda nec hic captanda ſunt verba, *l. pen. ff. ad exbib. l. 6. §. 1. de V. S. 1.* Lex enim de Sabbato non prohibet ea opera, quæ DEI gloriam illuſtrant, aut proximi neceſſitas exigit, *Joh. 5. v. 9. & 7. v. 23.* Conſ. *Luc. 14. v. 4. Matth.*

12. 3. & 5. ibid. Oſiandr. & alios. Et 2. cum liceat bruta animalia curare illâ die, *Luc* 14. *v.* 5. quidni hominem, omnium creaturarum digniſſimam, *l. juſtiſſimè.* 44 *ff. de ædil. edict.* præcipue neceſſitate id flagitante, quæ legem non habet, *argum. l.* 5. §. 11. *de novi oper. nunc.* Sabbatum enim propter hominem factum eſt, non viciſſim, *Matth.* 2. *v* 27. 3 Cum agrorum culturæ, ſementis, meſſis & vindemia exerceri poſſit die Dominica; ſi neceſſe ſit, ne occaſione momẽti pereat commoditas cœleſti proviſione conceſſa, *l.* 3. *C. de fer. Diſſ. Leo. in ſua N.* 54. cur prohibitum ſit hominis cujus gratiâ rerum natura omna iſta comparavit, §. *in pecud.* 37. *I. d. R. D.* patrocinium illâ ſuſcipere? 4. Cumq; juris regulæ prohibitivæ, quando periculum eſt in mora, ceſſent, *l.* 1. *de damn. infect. d.* §. 11. *l.* 5. *de nov. op. l. ſi quis.* 6. § 9 *de injuſt. rupt. l.* 1. *d. exer. act. Col. de proc. Exc. p.* 1. *c.* 3. *nu.* 153. quis cerebrum in cranio, non in calcaneo ſitum habens, aſſeveret prohibitiones illas operum civilium huc eſſe porrigendas; re moram non patiente, ſed conſilium & auxilium in continenti vel ipſa die ſacrâ flagitante. 5. Quin omnis Chriſti actio noſtra debet eſſe inſtitutio, *argu. l.* 41 *ff. de hered. inſt. c. ſignificaſti. d. elect.*

d.elect. Ad illius igitur exemplum; *Marc.* 14. propoſitum, proximo etiam die Dominicâ ſuccurramus. 6. Porrò defenſio, quæ juris naturalis, *l 3. d. J & J. l. 4. l. 45. §. 4. ad l. Aquil.* cuiq; omni die & loco eſt licita, *l p. inf. ff. de requir. & abſent. l 18. § pen. ff. d. quæſtio. c. ſcire 8. & ſeq 23 q. 8 arg c. ſerpens. 47. de pœnit. 33. qu. 3. Konig. in præfat proceſſ.* & arma etiam Sabbato defenſionis causâ ſumere licet, *1. Maccab. 2. v. 41. c. 9. v. 44.* Defenduntur a. litigantes & rei æquè ab Advocatis peritis, atq; pagani à militibus fortiter belligerantibus. *l 14. Cod de advoc. div. judici.* 7. Adhæc cogi poteſt Advocatus per judicem ad ſuſcipiendum patrocinium, *l. 9. §. 5. & f. d off. proconſ. l. 1. § 4. & ibi gl. ff. d poſtul Gail. 1. obſerv. 43. nu. 1.* E. etiam die ſacro conſulere opus habebit urgente causâ. 8. Sic Medici curare poſſunt; ab his verò ad Advocatos valet argumentum, cum Advocati dicantur Medici animarum, *gl. in c. cæterum. & ibi Panor. d. juram. calu.* & ubique de[illegible]ico corporum ad Medicum anima[illegible]c viciſſim arguunt, *CC. Fr. Rip intr. de peſt. in c. d remed. ad cur peſt. n. 128 Speckh c. 1. q 21. n. 2.* E. hîc etiam validum erit argumentum. Sic inſuper bonus tex. eſt *in l. cuſtodias. 12 d.*

pub. jud. 9. Libellus præſidi dari poteſt die feriato, *l. miles. 11. §. ſexaginta. 6 ff. d. l. Jul. de adult.* 10. Si ludere die feſto non eſt peccatum, *Morla in empor. jur. t. d. aleat. q. 1. n. 4. in f.* ſi modò fiat abſq; vitio omiſſionis, *Morla d. loc.* E. nec conſulere pro forenſib. peccatum erit. 11. Deniq; in hanc ſententiam facere videtur, quod die feriato appellatio interponi, *Hoſtien. in ſumma de fer. n. 4.* teſtes jurare, examinari poſſint, *l. pen. in f. ff. de feriis. Guid. Pap. deciſ. 125.* maximè ſi in termino aliàs examen abſolvi non poſſit, *Rutger. Ruland. de commiſſ. 2. c. 3 n. 1.* & citatio inſinuari queat, licet demum die ſequenti juridicâ in cauſa procedatur, *cap. cum dilecti. ibique CC. d. dol. & contum.* & quos refert *Ayrer. in proceſſ. p. 1. c. 3. n. 57. & ſeq.* in quo paſſu *Diſſ. Wurmbs. 1. obſ. t. 6. obſ. 4. Gothof. ad l. f. C. de fer. & pleriq. LL.* Quod ſi igitur appellatio valet & citatio emiſſa illâ urget citatum ad comparēdum, quidni eâdem die Advocato liceat conſulere? Ex q[illegible]liquet, die feriato conſulere non eſſ[illegible]atum, maximè ſi fiat abſque vitio omiſſionis argumento eorum, quæ habet *Morl. d. lo. v. D. Tho. q. 41. art. f.*

QVÆ

QVÆSTIO VI.

An privatis Natalem ſuum celebrare liceat?

IMpp. in *l. omnes. 7. vers. noſtris. C. de fer. l. 2. inf. C. Theod. eod.* diebus, qui lucis auſpicia protulerunt, parem volunt haberi reverentiam; quæ diebus Dominicis & feriatis tribuitur. A nullo autem Magiſtratuum, ne dum privatorum præſumi debet, ut ferias inſtituat *l. 4. C. d. t.* quippe quod ſolius Imperatoris authoritati & majeſtati reſervatum, *l. 1. C. d. tit. Gothof. ad l. 3. C. d. dilat.* Unde colligi videtur, privatos homines ἡμέρας γενεθλιακὰς. *7. Eclog. 17. c. 13. & c. 17. inf.* celebrare prohiberi. Verùm re paulò altius inſpectâ nihil inde inferri poſſe manifeſtum evadet. Non nego equidem inferiores à ſummo Principe honorarias ferias Imperiales erigere non poſſe, hoc eſt, tales, quæ ab omnibus civibus Imperii obſerventur, ſed ſoli Principi ob ſummam præeminentiam & merita ejus erga Patriã & Imperium Roman. *l. fin. Cod. de ll. l. ult. inf. pr. ff. de interd. & releg. l. f. C. [illegible]adri. præſcr. Nov. 105. c. 2. §. f.* hoc eſſe c[illegible]dendum: quomodo *l. 4. C. de fer.* exaudio. At v.

quod ne privatas Proceres Imperii erigere, vel privati privatim cum domeſticis natalem celebrare queant, non concedo. Et certè noſtro tempore Principes inferiores tales ferias indicunt, & nos tota die videmus privatim privatos ſuos celebrare natales. Et non injuriâ equidem: Cum n. nullibi hoc interdictum reperiatur, licitis utiq; & permiſſis annumerandum erit, *arg. l. ait. 12. ff. d. jud. l. 28. §. 2. ff. ex quibus cauſ. major. Heig. ad pr. I. quib. alie. licet. n. 8.* vel potius præceptis adjungendum erit ob revocationem & deprædicationem innumerorum beneficiorum à Divina Majeſtate ab illa inde præcipuè die cuivis præſtitorum, *arg. Pſ. 22. v. 10. & ſeq.* Natalem ſanè diem *l. 23. ff. d annu. legat.* etiam apud antiquos & gentes celebrem fuiſſe, magnâ hilaritate agi conſueviſſe & dona miſſitari ſolita ab amicis & notis, quæ natalitia dicebantur, *l. inter. 194 de V. S. Terenti. in Phormi. Act. 1 Sc. 1.* cognoſcere licet ex *Lucia. in Demoſth. encom. Ovid. 4 triſt 13 & 5. eleg. 5. Maj. lib. 2. miſc. 2. Gœdd. ad l. 18. nu. 11. & ad d. l. 194. de V. S.* adde *Forcat. [...]al. 1. num. 13 & Turneb. 7. adverſ. 14.*

QVÆ-

520

QVÆSTIO VII.

An cognatio ſpiritualis nuptias impediat?

SPiritualis cognatio longè ſuperior & dignior carnali reputatur, juxta receptam *gl. in c. 1. x. de cognat. ſpirit. & in c. qui dormierit. 27. q. 7. Jac. Ayrer. in proceſſ. p. 1. c. 7. obſer. 3. n. 5.* Et pater ſpiritualis, uſitatè ſuſceptor, patrinus, *H. Hartm. t. 18. obſerv. 2. nu. 16.* dicitur compater, quaſi ſimul pater, *c. tua. 7. extr. d. t. Schneidw. in §. pœnales 17. n. 47. I. d. actio.* Aſt ob cognationem nuptiæ certis gradibus prohibentur, *I. d. nupt. ff. d. R N. t. C. de inceſt.* inter parentes & liberos in infinitum, *Lev. 18. & 20. c. hæc ſalubriter. 35. qu. 8. c. non debet. d. conſang. §. 1. I. de nupt. l. 53. ff. d. t.* E. nec inter parentes & filios ſpirituales nuptię conſiſtere poterunt, ut expreſsè deciſum paſſim in *d. t. extr. de cogna. ſpirit. 35. q. 3. & 4. gl. lib. 1.* Landtℜ. *art. 3. nu. 8.* nec etiam inter ulteriores *v. Specul. lib. 4. partic. 4. Rub. d. cognat ſpirit.* Deinde parentes luſtrici ſine venia, de qua *in l. 4. ff. de in jus voc.* in jus vocari non poſſunt. *Gail. 2. d. P. P. 10. nu. 27. Kling. I. de actio. pag. 369.* cujus rei duode-

Digitized by Google

cim cauſas ex *Tiraq. in l. 8. C. de revoc. dona.* recenſet *Speckh. cent. 2. q. 57.* Minus autem eſſe videtur in judicium vocare, quàm matrimonio copulare: cum cauſa matrimonialis criminali æquiparetur, *Decius conſ. 133. nu. 1.* & alii relati à *Gail. 2. obſ. 94 nu. 1.* At non omnia judicia criminalia. Prohibens igitur vocationem in jus, multo magis matrimonium prohibere videbitur, ducto argumento à minori, quod in jure frequens & validum, *Eberh. in Top. loc. à minori ſeu fortiori 15.* Verùm licet illa prohibitio â Jure Can. inducta *extr. d. t.* originem trahat ex *ll. l ſi quis. 26. in f. C. de nupt. Duar. ad t. ſoluto matr. c. 3. pag. 248.* moribus tamen noſtris, ſanioribus, ejuſmodi cognatio nullum creat matrimonio impedimentum, *Weſenb. in parat ff. de R. N. num. 4. in f.* ſicut enim Chriſtus inquit, Regnum ſuũ non eſſe de hoc Mundo *Joh. 17. v. 16. & c. 18. v. 36.* ita tota hæc cognatio ſpiritualis illaq; fraternitas, quæ eſt, quod Chriſto omnes inſerti & membra unius corporis ſumus, *1. Cor. 12. v. 13.* à politicis hujus vitæ ordinationibus eſt ſeparata, *Weſenb. d. loc.* Cum itaq; illa prohibitionis illatio ſemper à diverſis fiat, meritò locum ei non relinquimus, juxta *l. Papinianus 20. ff. de minor.*

l. f. f.

521

l. ſ. ff. de calumn. l. ſi maritus. 10. C. d. donat. int. vir. & ux. & ibid. Salicetus.

QVÆSTIO VIII.

An fœmina præſertim gradus ulterioris cum maſculis ad ſucceßionem rectè admittantur?

ILlud quidem hodiè de jure Juſtinianeo nullum habere dubium patet ex §. pen. & ult. I de hered. quæ ab inteſt. §. ſed hæc quidem. 5. I. de exhered. l. Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & l. Auth. poſt fratres. C. de l ber. quę deſumptæ ex Nov. 118. c. 3. facit. Nov. 21. §. 3. cum ſeq. I. de l agnat. ſucceß. Cuj' diſpoſitionis rei bonæ rationes adducuntur in l. maximũ vitiũ. 4. C. de lib prat, & l. p. C de legit. hered. quas ibi videre licet, & in d. §. ſed hæc. 5. Sanè vetuſtati maſculos & ex maſculis progenitos plus diligenti, d. §. p. I. de hered. quæ ab. eorumq; progeniem præponenti, pr. I. d. SC, Tertyll. ut & mediæ Jurisprudentiæ, quæ ll. 12. tabb. junior, Imperiali a. diſpoſitione anterior, §. cæterorum. 3. verſ. media. I. de legit. agnat. ſucc. (ubi lex Voconia intelli-

Oo 5 gitur,

gitur, *Paul. 4. ſentent. §. fœminæ. 7. Ulp. in F. t. 26. §. 5. quo de Cujac. ad d. §. Pauli. & in not. prior. I d. l. Falcid.)* commodius viſum eſt, ita jura conſtitui, ut plerumq; hereditates ad maſculos confluerent, *d. §. 3. verſ. quod.* Et quidem illi conſtitit ratio forſan non planè rejicienda. Hæc verò redditur. Publicè intereſt ordinum dignitates familiarumq; ſalvas eſſe, *l. 1. §. ſed & ſi ſervus. 13. ff. de ventre. inſpic.* Maſculi verò familiam conſervant: mulier a. familiæ ſuæ caput & finis eſt, *l. pronunciatio. 195. §. fin. & l. ſeq de V. S.* Unde meritò ſolis maſculis, excluſâ fœminei generis ſobole, hæreditates deferendæ videbantur. Eaq; ratio, cum adhuc obtineat, diſpoſitionem quoq; non debuiſſe mutari, ſpeciem quandam habet. Verùm, ut taceam ſemper prioribus legibus per poſteriores derogari, *l. fi. ff. d. conſt. pr. l non eſt. 26. ff. de ll. l. 1. ff. ad l. Aqu. l. 1. in pr. ad l. Falcid. l. juſſus. 2. in 12. tabb. de jure publ. & ibi Criſpin.* melior quoq; ratio Imperatori reſedit, *in ſupr. dd. textib.* inſpicienda? Nec civilis illa ratio, familiarũ cõſervatio, tanti eſt momenti, ut naturalem vincat vel tollat, *arg. § ſed naturalia. 11. I. de J. N. G. §. f. de legit adgnat. tut.* quæ eſt, quòd liberos natura ſimul & commune parentum

votum

votum ad ſucceſſionem vocat: *l. ſcripto 7. §. 2. ff. unde l. 7. de bon. damnat. cum concordant.* Liberorum autem appellatione uterque ſexus continetur, *l. cognoſcere 56. §. 1. l. liberorum 220 de V. S.* Et cum in aliis, ſi jus naturæ reſpicimus, ex pari æſtimentur mas & fœmina, *arg l. totius 6. § 7. ff. de pollicit.* quidni etiam in ſucceſſione? Nec major ratio dub. eſt in fœminis ultra ſorores, quaſi ipſæ non ſint in conſanguineorum numero, *d §. cæterum 3. inf. l. 1. §. pen. & f. ff. de ſuis & legit. & 2.* alienæ familiæ pariant liberos, *d. l. 196. de V. S.* Utraque enim ratio languida eſt & infirma. Etſi enim non conſanguinitatis jus habeant, *d §. cæterum. verſ. quare*, jure tamen agnationis admittendæ, *l. 7. d. t.* Alterum etiam in ſororibus accidit, quibus propterea jus ſucceſsionis non ademptum, ex *dd. A. Matth. in d. §. cæterum.* quia liberorum appellatione etiam ulteriores continentur *d l. 220.* Nec ſcrupulum pariat, quod de Jure Moſaico in defectum filiorum demum ad filias poſſeſsiones paternæ tranſeant, *Num. 27 v. 8.* Præterquam enim quod peculiaris ibi eſt ſpecialitatis ratio, familiarum nempe & Tribuum diſtinctio, ut à Domino ſaparatæ fuerunt, ſeipſum ſic explicante

plicante optimo Juris Divini perito *Moiſe dict. lib. c. ult. v. 39.* leges illæ forenſes Iſraëlitarum, ut alios populos, ita & nos non ſtringunt: atteſtante id poſt *Philipp. & Haſenreff. in loc. de Leg. & Evangel.* communi Theologorum ſchola. Et Romanis legibus quiſque in Imperio Romano bonâ conſcientiâ uti poteſt, modo eæ legibus naturæ non repugnent *And. Oſiand. ad d. c. 27. Num. verſ. 11.* quod benè probat *D. Arum. Exerc. Juſtin. 1. th. 1.*

QVÆSTIO. IX.

Quæ ſit materia Feudorum?

ET de hac paucis videbimus. Illam verò admodum compendioſè comprehendit, Feudiſta *in §. f. c. un. de Feudi cognit. 2. F. 1.* ubi docet, omne feudum conſiſtere aut in rebus ſoli *d. §. f. c. un. F. 3. Sonsbec. p. 8 n. 11. d. F. Schrad. p. 3. c. 3. n. 1. de F. Borch. d. F. c. 6.* aut in ſolo cohærentibus, *d. 2. F. 1.* aut in iis, quæ inter immobilia connumerantur, *verſ. ſciendum. 2. F. 1.* Cum v. rebus immobilibus in feudum datis cenſeantur non tàntum res illæ conceſſæ, ſed etiam omnia jura & commoda, iiſdem cohærentia intelligantur data, *l. 78. d. contrah. empt. Borch. d. c. 6.*

d.c.6. imò etiam illa, quæ ad rerum immobilium conſervationem & utilitatem per perpetuam faciunt licet ipſa immobilia non ſint, *Schrad. p. 4. c. 3. nu. 1. & 2. de F. Borch. d.c.6.* Feudiſtæ quærunt, an flumine vel fundo vel ſylvâ in Feudum datis intelligantur etiam piſces & beſtiæ in feudum conceſſæ? Id quod negat *Scherer. in tr. Feudal. c. 3.* Videbimus jam, an non potius affirmantib. imò & piſces ac beſtias intelligi conceſſa, ſit adhærendum, ſi modò perpetuitatis gratiâ ibi ſint, & non cuſtodiæ vel quotidiani victus cauſa tantum, quomodo ſentit *Guid. Pap decis 91. n. 5. ibiq; Addit. Zaſ. p. 4. n. 2. & 3. d. F. Weſ. d. F. c. 7. n. 3.* Nam ſunt feræ & piſces fructus ſylvarum & fluminum, *Zaſ. d. l.* E. quomodò conceſſo in feudum fundo, intelliguntur etiam conceſſi fructus, *l. f. §. fructus ff. de his quæ in fraud.* ſic etiam fluminibus in feudum cenſebuntur etiam dati piſces, & ſylvis feræ. Sed num inveſtit' de caſtro ſimpliciter, intelligetur etiam inveſtitus de territorio, quod caſtro adhæret? Ubi Dd. variant. Alii putant referre an Nobilis inveſtitus ſit de caſtro ab ipſo Imperatore vel Principe, & hactenus intelligi nobilem eſſe etiam inveſtitum de coherenti territorio. An verò ab Hoc inferiori-

rioribus,& hactenus tantum in inveſtitura venire caſtrum, non etiam territorium, *Alex. in l. 3. nu 26. ff. de acq. poſſ. Br. in l. 2. C. de bon. vac.* fortè per *d. l. 2.* Alii viciſſim aliter diſtinguunt, & putant referre, an in tenore inveſtituræ nomen proprium caſtri ſit expreſſum, an v. tantum quibusdam circumſtantiis circumſcriptum; ita ut illic veniat, etiam territorium, hîc verò ſolum caſtrum. Tentabimus aſſerere indiſtinctè, conceſſo in feudum caſtro, cenſeri & datum territorium, *arg. l. 1. §. initio. 4. ff de præf. urb.* quomodo docet *Schmid p 3. c. 4. nu. 22. d. F.* ſed ſic caſtro conceſſo num etiam intelligetur conceſſum imperium merum? Id dicimus, ſi modò caſtrum datum cum omni & pleniſſima juriſdictione, Mit allen Gerichten vnd Gerechtigkeiten/ cum omnib. pertinentiis, mit all zugehörigen/ *Sonsb. p. 8 d F. n. 23. Schmid. p. 3. c. 4 nu. 33. Fachin. 7. c. 69.* omnimodâ n. juriſdictione etiam merum imperium venit, *Weſenb. in par. n. 5. d. juriſd. Muſcor in tr. d. juriſd. paſſim. Vultej. d. F. c 5.* ſed an privativè, quoad concedentem, an verò cumulativè intelligitur conceſſa? Cumulativè, *Gail. 1. obſ. 29. nu. 3. Borch d. F. c. 10 n. 3 & 4. Mindan. 1. proceſſ. c. 11. n. 21. Muſcor. d. lo. n. 34.*

Arniſa.

Arniſæ. d. jure Majeſt. lib. 2. c. 2. nu. 7. argumento eorum, quæ habent *CC. in c. 1. §. contrahentes. d. foro compet. & Weſ. conſ. 97. n. 1.* qua de quæſt. alibi plura. Cum verò feudum in rebus immobilib. conſiſtat, *d. 2. F. 1.* quæritur, an non in mobilibus improprium tantum cautione interveniente conſtitui poſſit? Et ita quidem aliis viſum, *argum. l. 1. ff. d. uſufr. ear. & c. un. ſi de feud. vaſall. interp. 2. F. 25.* At malè. Quicquid enim tribuamus cautioni illi, nunquam tamen illa efficitur, ut res mobilis immobilis fiet: At immobilium vel quaſi, non mobilium feudum, *d. v. ſciendum* Quin ſubſtantiale feudi eſt, ut materia ejus ſit immobilis vel quaſi *d. verſ. ſciend. Schrad. p. 2. d. ſ. c. 2. n. 25. Mozz. d. natur. feud.* Hinc ſic. Nullâ cautione vel pactione effici poteſt, ut res ſalva ſit, abſente ejus ſubſtantiali, *argum. l. 27. ff. de don. mort. cauſ. l. 12. ff. d. preca.* & nullum ſubſtantiale abeſſe poteſt ab eo, cujus eſt ſubſtantiale, illo ſalvo, *Schrad. d. l.* At res immobilis eſt ſubſtantiale feudi, *Schrad. d. l.* E. Quin verò illa conceſſio, ut contractus innominatus, puta do ut facias, valere poſſit non nego. Quid v. ſi venditur feudum, an pecunia illa erit feudalis? Ita voluit *Alvarott. in cap. ſi dict.*

feudo

feudo vaſall. ab aliq. interpell. At regulariter negativa potior, per *c. un ſi d. feudo defunct. §. ſi vaſallus. 2. F. 26.* Cui cum videam facilè ſatisfieri poſſe, nitor & hic *d. verſ. ſciendum. vid. Schurff. conſ. 22. cent. 1. Weſenb. conſ. 79. Hart. Piſtor. q. Feud. 38.* Quamquã ſi inter vendentem & agnatos Vaſalli id ſpecialiter actum, ut pecunia, ex venditione feudi redacta eſſet feudalis, aliud dicendum; *arg. l. 1. ff. d. conſt. pecu. Modeſt. Piſt. conſ. 5. q. 4.*

QVÆSTIO X.

Patria bono civi, num, ſeipſo vel parentibus plus, ſit diligenda?

PAtriam diligendam eſſe, & quidem nõ vulgariter, teſtatur unanimis populorum & Philoſophorum vox, nec deſunt exempla, quorum paucula ex ſacris ſaltem indigitaſſe, omiſſis aliis ſcriptis, ſufficiat: *2. Reg. 10. v. 12. c. 23. v. 8. Nehem. 1. 2. 4. Hierem. 28. v. 6. 2. Maccab. 8.* & alibi. Cognarem. tionum n. omnium omniſq; ſocietatis fundamentum collocatur Patria à *Philoſophis paſſim.* Hinc *Eurip. in Phœniſſ.* ὃ κεῖσι τῷ θρέψαντι

φαῦλον ἥδιον πέδα. Omnes omnium charitates una patria complexa eſt, *Cic. 1. offic.* Naturâ omnes ad patriam amandam & defendendam adſtringimur; *Idem 2. d. ll. & 4. d. Fin.* Cujus nomen ſanctiſſimum. *Author. ad Herenn. 4. Lucian.* Omnis amat patriam. Neſcio qua natale ſolum &c. *Ovid. 1. dict. Pont.* & dulciſſima dicitur à *JC. Scævo. in l. qui 101. ff. de leg. 3.* Patria communis parens eſt, *Caſus lib. 4. Sphæ. civ. c. 2.* Parentes autem utiq; diligendi, *Exod. 20. v. 17. Matth. 15. v. 4. Epheſ. 6. v. 1. 2. 3. Coloſſ. 3. 20. l. 2. ff. d. J. & J. l. 4. ff. de curat. furio.* E. & patria, *d. l. 2. Schneidw. in §. 1. n. 8. I. d. I. N. G. & C. vid. Sabell. lib. 8. c. 1. d. char. erg. patr.* Eamq; quilibet præſumitur diligere, *Bald. in Auth. ſed omninò. col. pen. C. ne ux. pro mar. per d. l. 2. Alciat. 1. præſumpt. 37.* Huic enim æquè ac parentibus naſcimur, *l. 1. §. & 15, ff. d. vent. in poſſ. mitt.* Ortus noſtri partem patria ſibi vendicat, *Plato in Critone. P. Gregor. 4. Polit. 5. n. 4.* Rationes dubitandi removet *Danæ. 2. Eth. Chriſt. 15. f. 172. An verò patria bono civi ſeipſo ac parentibus plus diligenda ſit, non eſt de nihilo quærere?* Illam igitur quæſt. cum egregiis etiam ex jure civili petitis nitatur fundamentis, hic breviter attingam, amore erga Patriam com-

 motus.

motus. Sanè *Tullius* Patriam plus quàm nos ipſos diligendam eſſe pronunciat, *3. d. Finib. & 5 Philipp. Et D. Auguſtin.* major eſt patria & ipſis parentibus tuis *in ſerm. de Verb. Evang. Lamb. Danæ. d. l. Referre autem puto, an de neceſſitate & diſcrimine publico patriæ incumbente quæſtio ſit, an de pecuniario emolumento vel damno?* ILLIC patriam ſi aliter ſalva eſſe nõ poſſit, ſuæ ipſius & parentum vitæ & fortunis præferendam eſſe exiſtimarem. Movet 1. communis Regula: Salus populi ſuprema lex eſto; *Cic. 2. d. ll.* quô facere poſſunt, *Auth. res quæ. C. commun. de legat. l. ita. 51. verſ. multa. ff. ad l. Aquil. l. 3 §. hi. 15. ff. ad SCT. Sillan. N. 7. c. inf. N. 39. c. 1. l pen. C de primip. l. 5. C de off. Rect. provinc. l. un. §. antep. C. de caduc. tolend. Paul. 1. ſent. 19. Plin Cæcil. lib. 7. epiſt. 18. Donel. 5. com. 30. Gail 1. obſerv. 21. n. 9.* Publicam verò ſalutem concernit, ut patriæ extremis difficultatibus expoſitæ ſuccurratur. 2. Fortiſs. præbet argumentum, *l minimè. 35. ff. de relig. & ſumpt. fune* ubi filius Patrem ad patriam delendam venientem, non tantum impunè & ſine ſcelere occidere dicitur, ſed & præmio afficiendus eſt, *d. l. 35.* 3. Confirmat hoc *l. poſtliminium. 19. §. filius. 7. ff. d. capt. & poſtl. revers.* ibi: *Diſciplina*

plina caſtrorum antiquior parentibus Romanis, quàm charitas liberorum, & quia patria amiſit illum transfugam videlic. in terminis d. l. 19. §. 7. 4. Bonum poſſum ducere argumentum ex *l. un. ubi gl. & Cujac. in com. C. ſi curial. relict. civit. l p C. de reſcind. vend.* unde elicitur, impiiſſimum eum eſſe, qui patriæ vel Reipub. in acie novaculæ & ulvarum undis conſtitutæ privatam ſalutem præfert. 5. Parens, jure patriæ poteſtatis, licet illa ſit inæſtimabilis, *l filiusf. 114. §. 8. ff. d. leg. 1. Decius ad l. 106. n. 3. d. R. J.* non poteſt prohibere filium, quo minus publica munera ſuſcipiendo tempore tranquillo & pacato patriæ obſequatur, *l. honor. 14. §. 4. ff. de mun. & honor.* Quanto minus illa poteſtas in conſiderationem veniet Patriâ extremè periclitante *arg. l. nam. 14 ff. ad SC. Trebell. l. filiusfam. 9 ff. de his qui ſunt ſui.* & aliàs publica inſtituta paternâ pietate potiora ſunt, *Val. Max. lib. 2 c. 1.* Proditionis 6. rei ſunt, qui pericula pro Repub. ſubterfugiunt, inquit *ille in orat cont Leocr.* Prodere v. patriam nunquam non eſt impium, *Danæ. 7. Pol. 6. f. 527* & nefarium, *M. Cato ap Saluſt. in conjur. Catilin. pag. 59. Cic. d. Reſpons Aruſp.* Ne igitur tanti criminis maculâ ſe conſpurcet civis bonus,

Patriæ potius ſuccurrat: cum culpâ non vacet, qui prohibere poteſt, nec prohibet *l. ſervus 30. §. 1. ff. de act. empt. l. 45. ff. ad l Aq.* adeò ut dignus ſit pœnâ, *l. le. 9. §. 1. ff. d. l. Cor. de fals. ubi Weſ. in Par. n. 7. 7.* Huc reſpicit, quod in perpetuum per gloriam viveve intelliguntur, qui pro Repub. ceciderunt, §. *1. ubi Heig. n 11. I. d excuſ. tut.* confer *Ariſt. 2. Pol. 6. P. Greg. Tholoz. 8. d. Repub. 1. n. 16. & c. 5. n. 4. 8.* Deniq; huc optimè quadrat, quæ refert *Dn. Speckh. cent. I. q. 53. n. 10. & ſeqq.* quæ ibi videre licet. Alterum poſitæ paulò antè diſtinctionis membrum quod attinet, ibi *iterum intereſſe puto, an cauſa pecuniaria vertatur reſpectu communis damni, avertendi publici mali cauſa dati, & publici commodi inde emergentis*, ut ſi magiſtratus juſſu combuſta ſint ſuburbia, vel damna tépore belli illata ſint remiſſa pro conſequéda pace, quô facto ingens detrimentum ſit illatum civis, de quo loquimur, rei familiari: Et hîc aliquid mali propter vicinum malum, ad recuperandum publicum bonum, *pacem*, boni civi eſſe muſſitandum, nec rigidè omnia perſequenda crederem; per ea quæ tradit *Gail. 2. obſ. 56. n. 17. & ſ. & obſ. ſeq. ac obſ. 22. eo. lib.* facit *c. p. & ibi. CC. d. injur. l. 5. in f. ff. de pact. l. f. C. ſi. contr. jus vel*

util.

util.publ.l.2.C de quadr præſcr.Vaſq 1. illuſt. controv. 4. n. 11. An v. compendium illud non reſpiciat communem utilitatem, ſed tantum fiſcum patriæ concernat: & tunc proprium ac ſuorum emolumentum erit potius; per *l. pen. ff. de poſtuland.* Ordinata enim caritas incipit tunc à ſe ipſa *l. præſes. 6. C. de ſervit. & aqua. Alciat. 1. præſumpt. 52.* Cum interſit Reipub. divites habere ſubditos, *N. 8. §. 1. in præfat.* Pluris à nobis fit, inquit *optimus Imperator Juſtinianus*, ſubditorum opulentia & medela quàm reditus, qui exinde inferuntur Imperio, *N. d. provin. præſid. 161. c. 2.* Laudaturq; *M. Antoninus Philoſophus Imperator*, à Senatu *Pius* cognominatus, quod in cauſis compendii judicans, fiſco nunquam favit *Jul. Capitolin. in ejus vita.* Quod bellè convenit *l. non puto 10. ff. de jur. fiſci. l. cum ratio. 7. §. 3. ff. de bon. damn. l. 1. ff. de interdict. l. 25. in f. ff. de appell. Alciat. 3. præſumpt. 41. Dynus. in c. 85. de R. J. in 6.*

Et tantum de hac quæſtione.

CENTURIÆ TERTIÆ

QVÆSTIONUM ILLUSTRIUM POLITICO-JURIDICARUM

Decuria prima & ſecunda.

Reſpondente

HERBORDO BARTHOLDO,

Hanoverâ-Saxone.

CENTURIÆ III.

DECURIÆ I.

QVÆSTIO PRIMA.

An matrimonium reſcindi poteſt, ſi quis corruptam pro virgine ducit?

ALii hîc diſtinguunt, putantes referre: an vitium inferatur virgini ante ſponſalia, an verò poſt ſponſalia, ita ut hoc caſu diſſolvatur matrimonium, illo non item: Nos videbimus an non

non utroque caſu, rectè reſcindatur matrimonium: idq; eò libentius cum illam ſententiam in praxi receptam, & ſecundum eam in Conſiſtoriis pronunciari videamus *Schneidw. de divort. part. 4. n. 59. & 60.* Ne autem in cauſa matrimoniali, quæ eſt negotium omnium, quæ inter mortales geruntur graviſſimum & periculoſiſſimum *c. f. de procur. in 6. Mindan. lib. 1. c. 10. membr. 3.* quæ cauſa gravis & ardua, *Decius conſil. 133. n. 1. in f.* incipit viſo &c. *Gail lib. 2. obſerv. 94. in pr. cum aliis allegatis:* ubi itidem hujus rationem reddit *ſub. n 7. d. obſer 94.* temerè & præcipitanter progrediamur; dicimus omnia prius tentanda, antequam ad reſciſſionem veniamus: diligenter itaq; & ſæpius *Schneidw. d. part. 4. n. 60.* volumus ſponſum ſeu maritum eſſe monendum, ut reconcilietur corruptæ *Schneidw. d. l. Beza de divortiis, Lutherus in lib. 1.* von Eheſachen *art. 4. Melanth. & Theologi:* qui ſi nulla ratione placari poteſt, dicimus ad reſciſſionem deveniendum; ne ſi contra faciamus, in miſeram & æternam, innocentem & honeſtatis amantem maritum, ſervitutem (ut gloſſ. nominat illam vitæ individuam neceſſitatem in *c. mulieris de jurejur.*) præcipitemus: Et quidem non attenden-

tes; an poſt ſponſalia, an verò ante pudicitia ſit expugnata. Et quidem illo caſu res non admodum dubia, *Luther. d.l.* von Eheſachen. *Beuſt. part. 2. n.34 Mauſerus h. tract. pag.375. Baſil.Monner. part.5. c. 14. Schneidwin. d. l.* Ob adulterium enim rectè ſolvitur matrimonium, (ſi fruſtra reconciliatio) *Matth. 19. v. 9. 1. ad Corinth. 7. c. ſignificaſti. extr. de divortiis. c. 32. q. 5. c. 32. c. 1. c. ex literis. extr. de divort. c. Apoſtolus. c. non ſatis. §. rem novam 34. q. 1. l. 8. C. de repud. Novell. 117. c. 8. & 9. ver. ſi quis in ſua. Beza de divort. in pr. Beuſt. p. 2. c. 56. cum ſeqq.* At verò ſponſa cum alio rem habens committit adulterium, *text. in l. 13. §. 1. ff. ad L. Jul. de adult. c. 10. c. 4 24. q. 7. Deut. 22. verſ. 23.* Ergò ſi poſt ſponſalia pudicitia expugnatur, certè ſolvetur matrimonium. Hoc caſu ſi ſcilicet ante ſponſalia expugnata, res magis anceps & diſputabilis. Et *Weſenbec. quidem in par. ff. de R. N. n. 8.* ut & Canoniſtæ communiter docent, imò hactenus nō eſſe reſcindendum matrimonium: quos ſequuntur *Bronch. centur. 3. aſſert. 3. & Dn. Forſter. diſput. Juſtinian. 3. th. 23.* Addubito tamen, an illorum ſententia æquior, & Juri noſtro magis conſentanea ſit. Eam ſanè non admittunt *Dn. Luther. in lib.* von

Ehe-

Eheſachen. *art. 4. p. 21. Beza de divort. pag. 77. Beuſt. de matrimon. p. 2. c. 34. Mauſer. d. l. Monner. d. c. 14. Sahneidw. d. n. 60.* & quidem non ſine firmis fundamentis, ut benè docent *Monner. d. c. 14. Domin. Arum. diſp. 2. Juſtin. th. 15. Dn. Andr. Gerhard. diſput. Juſtin. 2. th. 7.* Ego tantùm unum & alterum movebo. Sic colligo: Reſcinditur emtio venditio, ſi ſciens quiſpiam vendidit corruptam pro virgine, *text. in l. 11. § ſi quis. ff. de action. emt.* E. etiam matrimonium, ubi ſe corrupta pro virgine geſſit: procedit enim argumentum à contractibus ad matrimonium, nam & matrimonium contrahere dicimus, *pr. I. de nupt. l. 22. ff. de R. N.* Et certè id ſi æquum in emtione, in qua res pro libitu abdicari poteſt, & minus periculi ſubeſt *Arum. d. quæſt. 15.* multò magis in matrimonio, quod negotium periculoſiſſimum *c. fin. de procurat. in 6.* in quo individua eſt vitæ ſocietas, *§. f. I. de patr. poteſt.* quæ ſive feliciter ſive infeliciter jacta ſit alea ſpeciem ſervitutis inducit *gl. in d. c. mulieri. Gail. d. l. 2. obſerv. 94. n. 7. id recipiendum erit.* 2. ſine conſenſu contrahentium non contrahitur matrimonium *c. ſufficia. 27. q. 2. c. cum locum. extr. de ſponſal. pr. l. de nupt. l. 2. de R. N. l. 30.* ibiq; Dd. com-

 munites

muniter *de R. J.* Atqui hîc deeſt conſenſus alterius contrahentis, ſc. partis innocentis & incorruptæ. E. aſſumti probatio: Error excludit conſenſum, *l. ſi per errorem 15. ff. de juriſd* nec errantis ullus conſenſus *l. 5. C. de jur. & fact. ignorant.* licet etiam Juramentum ei acceſſerit, *Paulus de Caſtr. conſil. 122 part. 2. n. 11. Bald. in l. err. C. de jur. & fact ignor. & in c. Sacramenta colum. 2. de pac. juram. firmand. per l. fin. Cod. de non num. pecun.* Atqui in noſtra facti ſpecie erratum, ſc. ducta corrupta ac meretrix pro virgine. E. deeſt conſenſus., E. non erit matrimonium. Dixeris, non omnem errorem vitiare matrimonium cum *Weſemb. d. n. 8.* & Canoniſtis, vulgò, ſed illum qui ſit in materia & perſona, non etiam illum qui tantum in qualitate. At verò hic in qualitate tantum erratum eſſe, quod genus erroris non diſſolvat matrimonium, *cap. 1. 229. quæſt. 1.* Ergò. Inſto antecedens non eſſe verum & manifeſtè confelli, *l. 11. §. 5. ff de actionibus empt.* ſi E. jam emptionem contractum tempora-lem ille qualitatis error reſcindit, *dict. l. 11. §. 5.* Ergò multò magis matrimonium, quod individua vitæ ſocietas *§. f. I. de patr. poteſt.* Replicanti *ex l. 11. §. 1. ff. de contrah. emt.*

emt. Imò valere emtionem ubi quis mulierem pro virgine emat: Reſpondeo id nos larga largiri manu, & ideo matrimonium durare poſſe dicimus, & hoc eſt quod *in pr.h.q.* dicebam ex Luthero *d l. Schneidw. d.n.60. Beza de divort. Mauſcro & aliis*, diligenter tentandam eſſe reconciliationem & marito, ut ei cohabitet, perſuadendum: quod ſi autem conſentire nolit, jam nos ulterius progredimur, &, an non rectè reſcindatur id matrimonium: quærimus, idq; affirmamus *ex d. l.11.§ 5. de act. emt.* tantùm E. *d l. 11. §. 1. de contrab. emt.* probat emtionem hanc valere; nil ultra. In *d. l. 11.* §. 5. verò deciditur ulterius: imò talem venditionem reſcindi poſſe: textus. E. textui adjungendus, *vid. Schn. d. l. in f. n. 60.* 2. Reſpondeo: hic non eſt ſimpliciter error commiſſus in qualitate nuda & accidentali: qui non annihilat matrimonium *Weſenb. d. n.5.* licet etiam quis dolo ad eum inducatur, *Gail. ad l. 2. obſerv. 93. num. 11.* ſed in ſubſtantiali qualitate; quæ afficit matrimonium, de ſubſtantia ſiquidem matrimonii eſt caſtitas, *Arumæus d. q. 15. Moner. d. l.* unde etiam ob ejus abſentiam diſſolvitur, *Matth. 19. Nov. 11. c. 8. & 9. Beza de divort. in pr.* & inde fornicans uxor in

legem

legem conjugii peccare dicitur *cap. quemadmodum de jurejur.* Id *c. quemadmodum.* Canon: etiam pro ſua ſententia allegant, aſt neſcio an rectè: primò intuitu videtur id probare diſtinctionem, an antea, an poſt ſponſalia admiſſa ſit fornicatio, ut illic non diſſolvatur; hîc verò omninò. At penitius inſpectum, id non probat, & nobis etiam non obloquitur: tantùm enim vult, quod commiſſam fornicationem quis mulieri remittere, ut eam in uxorem ducere poſsit, id quod nos non pugnamus, *gloſ. in d. cap. quemadmodum de jurejurando.* Simpliciter enim volumus, virum poſſe repudiare uxorem, quam corruptam cognovit poſtea. Id argumentum non ferit admodum. Sponſa non poteſt repudiare ſponſum corruptum. Ergò non etiam ſponſam ſponſus: cum relativorum eadem ſit ratio & quod quiſq; juris in alium ſtatuit; in ſe quoque ſtatui pati debeat, *t. t. quod quiſque jus: & l. 13. §. 5. ff. ad l. Jul. de adulter. Covarruv. p. 2. c. 7. §. 6. n. 5. de ſponſal. Cic. l. 2. c. 5. & 12. de Inventio. Weſenb. in t. quod quiſq; jur. n. 2.* Etenim eſt quidem regula: ſtatutum in uno correlativorum, eſt etiam ſtatuendum in altero argumento, *l. fi. in f. C. de indict. viduit. tollend.* at

illa

531

illa fallit, ubi diverſa in eis ratio, quæ hîc ſubeſt, aliàs enim viro invito & ignoranti ſuus annaſceretur hæres contra §.*8.* *I. de adopt.* ſi corruptam nō poſſet repudiare, quod ſecus in marito : & argumenta à relatis nō ſunt perpetuò firma. Sic de jure civili indiſtinctè uxor ſive cum uxorato, ſive cum ſoluto concubuerit, adulterium committit, *l. 27. C. à L. Jul. de adult.* at exinde non eſt concludendum indiſtinctè id crimen maritum etiam admittere, tantùm enim cum nupta ſeſe commiſcens adulter eſt *de jur. civili. l. 13. §. 5. ff. d. t. Carol. V. conſtit. crimin. 120. Jul. Clar. 5. ſent. §. adulterium. n. 2.* licet aliud ſit *de conſtit. Elector. p. 4. conſtit. 19.* Et tandem *de jur. civil. major in fœmina quam in maſculo requiritur caſtitas Schneidw. ad pr. I. quib. mod. finitur tut. n. 7.* Non etiam id movet, quando ſic concluditur. Non minores ſunt labes, & vitia animi quàm corporis. At verò maritus ob animi vitia ut ſunt hæreſis, inſipientia, infidelitas, perdite prodiga, uxorem non poteſt repudiare, *l. ultim. Cod. de repud. c. 2. de divortiis.* Ergò, eſt enim neganda conſequentia pro 1. 2. alia ratio vitiorum animi quæ ſanari vel corrigi poſſunt, alia pudicitiæ quæ nunquam reduci poteſt. Pro 3. facit illa

Digitized by Google

cit illa diverſitatis ratio, quam in ſolutione argumenti præcedentis poſui. 4. Amiſſio pudicitiæ impugnat ſubſtantiam matrimonii *arg. c. 19 Matth. 1. Corinth 7. Nov. 117. c. 8. & 9.* & eſt contra legem matrimonii, ut ait *c. quemadmodum extr. de jurejuran.* at non defectus animi. 5. Et de Jure Canonico etiam ob labes animi repudiari poteſt uxor, *text. in d. c. 2. extr. de divort. c. de illa. c. quando extr. d. t. c. cave 28. q. 1. latè Covar. p. 2. c. 7. §. 55. l. 6. C. d. Judæ. c. 15. diſtin. 32. c. 9. diſtinct. 1.* Sic infidelitatem ponit inter vitia animi, *Weſenb. d. n. f.* & tamen ob eam ſolvitur matrimonium, ſi infidelis deſerat fidelem. *1. Cor. 7. v. 15. c. 7. extr. d. div. Gothofr. ad l. 6. C. de Judæ. Forſter. diſput. Juſtin. 3. th. 15.* id quod & *Weſemb. in d. n. f. p.* (mihi) 772. fateri videtur, quomodo id argumentum inverti poterat. Nec id admodum ferit, ſi inſtas, quaſi illa conditio adjecta expreſsè, ſi te invenero virginem, nihil operetur *Philipp. in Exam. Theolog. c. d. condit. Weſ. E.* nec etiam tacita; ne tacita præyaleant expreſſis, contra *l. 3. ſi cert. petat. Weſemb. d. n. f.* Etenim id Dd. pronunciatum: tacita non prævalere expreſſis *d. l. 3.* non univerſale; Siquidem expreſſa nocent, quæ non expreſſa non nocent, *l. ex-*

preſſa

preſſa 195. ff. de R. J. id quod ex iis, quæ docet *Fachin. 3. controv. 37. per c. ult. d. condit. appoſ. manifeſtum fit. 2. Albericus Gentil.* illam conditionem omninò etiam admittit. Et 3. eandem eſſe vim taciti & expreſſi, *l 7. C. d. revoc. donat. Molin. ad l. ſi ita ſcriptum, ff. d. liber. & poſth.* in iis ſc. quæ ex Juris neceſſitate veniunt, docet *Soac. d. Feud. 40. nu. 44. vid. Philipp. Matth ad l. 95. de R. J.* Ad alia fundamenta in ipſo conflictu, Jam manum de tabula.

QVÆSTIO II.

An duorum fratrum liberi conjungi poſſunt?

ITa docent Dd. communiter, *Briſſon. de Jur. connub. f. 628. Cujac. & Weſemb. in §. duorum, ut & Johan. Faber & Johan. de Plat. in d. §. I. de Nupt. Duaren. in d. c. inter quos contrah. fol. 248. col. 1. Borch. in tract. d Gradib. c. in quib. gradib. matrimon prohib. fol. 106 & ad § inter eas I. de Nupt. conti. l. 1. var. lect. c. 2. Baſil. Monner. p. 4. c 1. n. 12. & n. 19 p. (mihi) 106. Arumæus diſput. 2. Juſt. th. 13. Andr. Gerhard. d. diſput. 2. q 6.* Et pro his eſt textus clarus in *§. duorum autem 5. I. de Nupt.* Contra quem parum facit authori-

authoritas Theophili, ibi inferentis negativam, non: etenim cùm Theophilus multa neget, quæ Juſtinianus aſſerit *conti. 2. ſubſecut. lect. 1.* rectè non multum ejus auctoritati tribuimus. Et ſanè cum id non tantum dicatur *d. §. duorum.* ſed in multis etiam aliis teſtibus, ut, *l. 2. C. d. inſtit. & ſubſtit. l. celebrandis. C. de Nupt. l. 3. ff. R. N. l. 78. §. filiam. ff. ad Treb. l. 57. §. 1. ff. de R. N. l. uter 23. & l. 24. d. cond. inſtit.* liquet ſanè totum divinatorium eſſe Theophilum aſſerentem in *d* §. omiſſam eſſe vocem *Non,* nec enim veroſimile tot & tàm multos JCtos, in tàm multis locis eam omittere potuiſſe. Et eo magis lectio affirmativa in *d. §. duorum* retinenda; quod Juri Divino etiam congrua eſt, quo etiam patrueles & conſobrini matrimonium inire poſſunt; *Levit. 18. Geneſ. 24. & 29. Baſil. Moner. d. cap. 1. And. Gerhard. d. quæſt. 6.* Aliud poſt Theophilum *d. l. & gl. in d. l.* celebrandis diſputant Canoniſtæ communiter, in *§. quadam. 35. q. 2. conti. 2. ſubſec. lect. 1.* qui negant hos conjungi poſſe, in tantùm, ut *Baldus. & Cyn.* ſecuti *gloſ. d. l.* ex iis natos inceſtuoſos nuncupent. At fundamentum ſolidum, cur ſic ſit ſtatuendum, non video. Adducunt *l. un. C. Theodoſ. ſi nupt. ex reſcript. pet.*

Cajum.

Cajum, 5. Inſtit. t. 4 Ulpian. in fragm. tit. 5. quibus nos moveri nec poſſumus nec debemus: Quippe nemo ex comparatione veteris voluminis quaſi vitioſam ſcripturam arguere audeat, *§. ſed & hoc 7. d. concept. ſtorum.* nec quiſquam ex conſtitutionibus quas antea fecimus, vel ex prima Juſtiniani Codicis editione quid recitare debet, *§. 5. d. emendat. Cod. Juſtiniane.* Tantùm in his terris Ducum Saxon. non attendi deciſionem *d. §. duorum.* forte ob conſtit. Electoris Mauritii, qui ob graves cauſas etiam hunc gradum prohibuit, notat *Baſil. Moner. d. c. 1. quod juri Canon. in c. fin. dict. Conſang. & aff. conveniens.*

QVÆSTIO III.

Graduum prohibitiones ſunt Juris naturæ?

QVæ quæſtio coincidit cum illa; an cõjunctio illicita ſit juris naturæ? quod negavit *Vacun. declarat. 3. Chriſtoph. Porc. in pr. I. d. I. N. G.* Et quidem quæſtio hæc non reſpectu conjunctionis omnis, ac ſic etiam animalium brutorum æſtimanda. Hactenus enim propriè, nil legitimum vel illegitimum, *§. 1. l. ſi quadrup. paup:* ſed re-

 ſpectu

ſpectu hominum; an non illi coëuntes in linea aſcendenti peccent contra Jus naturæ? Et id quidem aſſerimus, ſecuti *Vaçun. declamat 3. Bezam d. divort. & repud. tit. 28. cum ſeqq. Ariſt. 6. animal. c. 47. Joh. Lupum in tract. d. matrim.* Sic concludo: Id Juris naturalis eſt, quod natura & animalia bruta docuit *pr. I. d. I. N.G. l. 1. §. 3 ff d. I. & I.* At & bruta animalia docuit averſari talem conjunctionem. E. ſic enim Cameli ſuas matres non ſuperveniunt *Ariſtot. 6. animal. c. 47.* ſic Rex Scytharum equam egregiam habuit ex qua mares generoſi naſcebantur, natus ex ea præ aliis præſtantior, matri fuit admiſſus, ut ex ea generaret, qui id facere recuſavit: poſtea matrem opertam imprudens ſupervenit, & à concubitu matrem detectam agnoſcens exanimatus eſt, *Plin. lib. 8. c. 42. Sic Joh. Lupus in tract. d. matrim.* narrat, equum genitalia ſibi amputaſſe, quod matrem compreſſerat. Idem teſtatur *Sueton. in Claud. c. 15.* 2. Hanc ſententiam firmant manifeſtè plurimi Juris textus, *l. f. ff. d. R. N. l. ſi adulterium §. ſtuprum ff. ad L. Jul. d. Adulter. text. in l. 19. C. de Epiſc. & Cleric. in medio Novell. 12. c. 5.* Et tandem habeo etiam rationes, quas oblata occaſione proferam, nec enim omnia hiſce pagel-

lis

lis decet aut licet inſerere. Non obeſt, ſi dixeris apud complures gentes invaluiſſe, ut liberi cum parentibus conſueſcant. Nam 1. Xanthia quidem ſuſpendit ſe de lecto, gerens appenſum collo filium & manu facem tenens, qua ædes inflammabat, *Plutarch. in Bruto*: non tamen ob id falſum id vulgatum. Naturaliter omne Ens appetit ſuum eſſe, ſui conſervationem. 2. Id eſt, paucorum & non niſi ſceleratiſsimorum. 3. Jus naturale & gentium non æſtimandum eſſe ex moribus gentium qui diverſiſsimi, ſed ex ratione, quæ gentibus communis, ex Præceptore meo *Ummio* didici, quæ ſanè non dictitat, ut cum matre vel ſorore conſueſcamus. Si urges: imò non tantùm Gentes Barbaras gradus prohibitos exceſsiſſe, ſed etiam complures ex populo DEI, exemplum Abrahæ, *Geneſ. 20. verſ. 2.* proferens, in gradibus prohibitis conſueviſſe cum aliis: dicam te committere fallaciam Phraſeos. Nec enim quod Sara ſoror Abrahæ dicitur, id κάτα πάντα intelligendum, quaſi ex uno patre aut matre, aut uno patre matre tamen diverſa, vel contrà ſint ſuſcepti, ut diſſentientes putant; ſed ita quod ex alio marito Sara, & alia uxore

Abraham fuerit, quale conjugium etiam jur.civ. eſt receptum & probatum *§.mariti. I.de nup.* Quomodo ſi mihi ſit filius ex uxore defuncta,& ſponſa mea,ſeu uxori ſecundæ filia ex præmortuo marito: inter illos matrim. eſſe poteſt,*d* § *mariti*. cum inter illos nullum ſit vinculum ſanguinis, nullaq; cognatio *d.§.mariti*. qua admiſſa interpretatione locus iſte nil obſtat: & ut in ea acquieſcamus facit *cap.20. Geneſ. verſ. 12.* ubi filia fratris dicitur, hoc eſt, illius mariti filia eſt, quam mater mea ante parentem meum Thare habuit. Dd. communiter ex Auguſtino *lib. 6. cap. 12. de civitat. Dei* reſpondent Saram non fuiſſe ſororem Abrahæ, ſed filiam *Haran* fratris Abrahæ, & ſic neptem ex patre. Cui ſi quis reponat, imò neptem ex fratre non dici ſororem: reſpondent imò & Latinos Autores neptem vel nepotem ex fratre vocare fratrem aut ſororem,*Cic. 5. de finib.* Quam reſponſionem alii non admittunt. Et fortè non admittendum Saram fuiſſe filiam Haran fratris Abrahæ, ut putavit *Auguſtinus d cap. 12.* Etenim *cap. 11. verſ. 27. & verſ. 29. Geneſ.* recenſetur γενεαλογία ipſius Haran, quod ſcilicet tres liberos, Lothum, Melcham, & Jeſcham ſuſceperit, inter quos non

535

non refertur Sara. Imò per adverſativam. Aber *in dict. v. 29.* ſejungitur à liberis Haran, quomodo videtur eſſe *Auguſtinus dict. lib.* divinatorius. Et inde forſan etiam Beza *de divort.* illam reſolutionem pro rejicula habet. qui DEUM id matrimonium toleraſſe reſpondet. At neſcio an melius: videbimus an cum prima tranſire poſſimus.

QVÆSTIO IV.

Computatio graduum Jure Canonico introducta, an præferenda computationi Juris civilis?

GRadus, qui eſt diſtantia duarum perſonarum vel generatione vel adoptione orta, computatio; alia in jure civili invenitur; alia viciſſim in Jure Canonico, quæritur. E. quæ verior & tutior? Civilis computatio, ut facilior eſt, ita etiam Dd. videtur verior: in qua traditur regula: Tot dari (de jure civili intellige) gradus, quot dantur generationes. Res exemplo fit illuſtrior: quæramus quoto gradu

inter ſe diſtent patrueles, quem, ſi attendimus ad dictam regulam, nullo negotio habere poſſumus. Incipiamus, ergò ab uno patruele & progrediamur ad patruū, & habem⁹ unam generationem: & ſic gradum unum: jam à patruo ad avum progrediamur, habemus ſecundam generationem: & ſic ſecundum gradum: ab avo viciſſim deſcendamus ad alterum patruum, quem genuit avus, erit tertia generatio, & ſic tertius gradus, & tandem ab hoc patruo ad alterum patruelem, erit quarta generatio & ſic quartus gradus. Quomodo duo patrueles ex computatione civili diſtabunt quatuor gradibus. In hac quippe quot ſunt generationes, tot etiam ſunt gradus. At in patruelibus quatuor dantur generationes. Ergò etiam dabuntur quatuor gradus. Sic in linea aſcendenti pronepos ab avo ſuo diſtat quatuor gradibus, quia quatuor hic dantur generationes: Avus enim ſuſcepit patrem; eſt 1. generatio & 1. gradus: poſtea verò filium, eſt 2. generatio & 2. gradus: filius nepotem, eſt 3. generatio & 3. gradus: nepos pronepotem; eſt quarta generatio & quartus gradus. Hæc ergò computandi ratio Juris noſtri Civilis eſt

lis eſt facilis; & Dd. etiam veriſſima, vide *Borchold. de gradibus pag. 10. Hottoman. de inceſt. nupt. part. 1. cap. 3. Beza dict. tractat. p. 91. & ſeqq.* Aliam habent Caniſtæ; quam aliqui ridiculam & abſurdam dicunt. Cum verò linea vel ſit recta & perpendicularis vel tranſverſa: & hæc quidem vel æqualis vel inæqualis, illi pro harum diverſitate diverſas conſtituunt regulas; in quibus tota computandi materia & natura ſubſiſtit. In linea perpendiculari talem ponunt regulam. Tot ſunt gradus, quot perſonæ ſunt una demta: eamq; in linea recta indiſtincte procedere docent. Quam regulam rectè intelligere poteris, ſi exemplum ſubjiciam. Quæritur, quoto gradu diſtet avus à pronepte: quem ut inveſtiges, ex hac regula videbis, quot dentur perſonæ: dantur verò 5. ſcilicet avus, pater, filius, nepos, pronepos, ſi demas unam ſecundum prædictum canonem, remanent 4. quomodo 4. gradibus diſtabunt avus & pronepos. Tot enim ſunt gradus, quot perſonæ una demta. At una demta hic remanent. 4. E. Quæ computatio licet congruat cum civili, ut patet ex dictis: abſurda tamen eſſe videtur. Etenim quam perſo-

nam tollere poſſumus, ut reliquæ eſſe poſſint. Si enim demas avum in noſtro exemplo, quomodo devèniemus ad patrem, aut ſi patrem, quomodo ad filium, aut ſi filium, quomodo ad nepotem, aut ſi hunc, quomodo ad pronepotem, & è converſo. Hæc ſanè ita rectè dicuntur, at interim tamen non omninò abſurda illa regula Canoniſtarum maximè ſi mentem potius, quàm verba, quod vult *JCtus in l. 6. §. 1. ff. de verbor. ſignificat.* illius attendamus. Nec enim quando dicunt; in linea recta tot dari gradus, quot perſonæ una demta: volunt omnes perſonas in ea non eſſe ad generationem neceſſarias, ita, ut in ea, quaſi detur ſaltus: Sed hoc, quod ſi quæratur de diſtantia duarum perſonarum in linea recta, illæ tot gradibus diſtent, quot ſint perſonæ una demta: non illo ſenſu quaſi illa perſona non ſit neceſſaria ad generationem, ſed ꝙ ſic computatio Canonica cum civili concordat, ſic in ſuperiori exemplo tollas avum, remanebunt quatuor perſonæ. Ergò 4. etiam erunt gradus. Tollitur verò avus non eo animo; quaſi pater vel filius abſque eo eſſe poſsint, id enim impoſsibile: Sed quod illo non cõmemorato perinde in

de in Canonico Jure diſtent avus & pronepos quarto gradu ac inde Jure civili: Hactenus de prima regula. Secunda eſt in linea transverſa, & quidem æquali, & talis: Quoto gradu diſtat una perſona à cõmuni ſtipite, eodem etiam gradu inter ſe diſtant perſonę illę de quibus quæritur. Quomodo ſecundum hujus regulę tenorem patrueles diſtabunt invicem duobus gradibus: à communi ſiquidem ſtipite duobus tantùm gradibus patruelis diſtat. Hactenus Canoniſtæ diſſentiunt à Legiſtis ut ex dictis patet: his enim patrueles diſtant 4. gradibus, cum illis duobus tantùm. Et hactenus computationem Canoniſtarum, ut falſam Dd. rejiciunt. Naturam enim ipſam impingere ajunt: cui conſentaneum tot dari gradus; quot dantur generationes. Etenim frater & ſoror in uno ſunt gradu Canoniſtis, at malè: quomodo enim à patre ad ſororem pervenies; & contra, ns, aſcendendo per communem ſtipitem, hoc eſt, patrem tranſeas, quomodo cum per naturam, ibi dentur duæ generationes, nõ una, etiam duo gradus erunt dandi. Ridiculus es, ſi cum Canoniſtis dixeris, ideò fratrem & ſororem uno tantùm gradu diſtare, quod in matrimonio duo conſtituãt

unum. In matrimonio enim quomodo duo unum ſint, Theologi monent. Et ſanè non verbotenus id accipiendum, ſed de affectione maritali, quaſi ſemper conjuges debeant idem velle, ac idem nolle. Ita Dd. at & hic commodè poſſe ſalvari Canoniſtas dixerim; modo intelligamus illos in hac regula non quærere, quoto gradu inter ſe diſtent perſonæ, ſed quoto gradu à communi ſtipite. V. G. quando dicunt fratrem & ſororem diſtare uno gradu, non hoc ſentiunt; quaſi inter ſe tantùm uno gradu diſtent, id enim impoſſibile ex dictis, ſed quod à communi ſtipite; ſcilicet patre. Et hactenus non abſurdi Canoniſtæ hac interpretatione admiſſa: hactenus enim viciſſim computatio Canonica & Civilis coëunt & putem potius eſſe, ut ea admittatur quàm ut diſſonantia Jurium introducatur. Et ita forſan etiam *Duarenus* alibi docet. Reſtat ultima regula: quæ obtinet in linea tranſverſa inæquali; quæ talis: Quoto gradu diſtat remotior perſona, à communi ſtipite; eodem gradu diſtant perſonæ, de quibus quæritur. At & hic Canoniſtas dicunt falſos & abſurdos. Sic enim complures perſonæ in diverſis gradibus

ſitæ

538

ſitæ in uno erunt V. G. quæramus, quoto gradu diſtent atnepos & proneptis: ex hac regula reſpondendum erit, quinto, quia, atnepos perſona remotior à patre communi ſtipite quinto gradu diſtat. At ulterius videamus quoto gradu neptis & filia ab atnepote diſtent, itidem reſpondendum erit quinto, quod videtur incongruum. Quis enim dixerit filiam, neptem, proneptem eſſe in uno gradu. Quapropter dicunt conſultius eſſe retinere computationem civilem, qua tot dantur gradus, quot ſunt generationes. At & hîc Canoniſtas alii excuſare volunt: advertendum enim eos de gradibus cognationum propter nuptias contrahendas, quæ in certis permiſſæ ſunt gradibus quærere non eo fine, ut inquirant, quoto gradu inter ſe diſtent, ſed quoto á communi parente propter qué conjuncti dicuntur, propter cujus reverentiam matrimonium inter eos prohibetur, & hactenus quoto gradu remotior perſona diſtat à communi ſtipite, eodem etiam inter ſe diſtant, hoc eſt, ſi una perſona quinto gradu diſtat à communi ſtipite conjungi poterunt, ſive altera ſecundo, ſeu tertio, vel quarto diſtet gradu, modo non uno ſive

primo

primo gradu. ibi enim nuptiis abſtinendũ, cum patris loco ſit quodammodo. Quomodo etiam de Jure Pontificio proneptem ſororis meæ æque prohibeor ducere, ac neptem vel filiam licet abneptis 5. gradu à patre diſtet; quia ſcilicet à communi ſtipite uno tantum gradu diſtat. Regula. E. illa non accipienda de parentibus, & liberis, aut illis qui parentum liberorumvè tenent locum, de aliis verò omnibus à latere cognatis. Et certè Pontifex in illa conſtitutio ne *cap. fin. extr. conſanguini:* de quarto gradu loquitur: Quomodo rectè facturi ſumus, ſi & regulam de eo exaudiamus, aut de alio in quo ſit eadem ratio, ſcilicet tertio vel ſecundo non etiam de uno & primo gradu, ubi ratio ſingularis. Et illam regulam ſic ſi interpretantur, non omnimodo abſurda eſt, & forſan temerè non reſpuetur ab illis, qui malũt maledicta optimè interpretari q̃ omnia etiam bènè prolata calumniari & ad ſenſum abſurdum detorquere.

QVAESTIO V.

An ante 14. annum mares & ante 12. fœminæ contrahunt nuptias?

In ſpon-

IN ſponſalibus contrahendis ætas definita non eſt, *l. 14. ff. de ſponſal.* ſed indiſtinctè illa contrahi poſſunt, modò id fieri intelligatur ab utraq; perſona *d. l. 14. hoc eſt,* ut explicat JC. *in d. l. 14.* modo non ſint minores 7. annis *Schneidw. p. 2. d. licit. nupt. n.* hi enim planè non poſſunt contrahere ſponſalia, nec enim abſq; conſenſu fiunt ſponſalia *argum. l. 7. l. 4. l. 5. l. f. ff. d. ſponſal.* At infans non poteſt conſentire non poteſt velle vel nolle, *l. f. ff. de jur. & fact. ignor. l. 52. ff. ad l. Cornel. d. Sicar. Jul. Clarus. l. 5. practicar. criminal. q. 60.* Et hoc in tantum verum Dd. ut licet alias ſi copula acceſſerit ſponſalia tranſeant in matrimonium, *c. is qui 3. extr. de ſponſal. c. de illis. c. fin. extr. de ſponſal. impub.* id tamen non procedat in iis qui minores 7. annis *ob d. l. 14.* & dictam jam rationem: taceo quod non ſit aptus ad rem veneream, *Menoch. d. arbitr. Judic. 2. caſ. 57. nu. 31. cum ſeqq.* Ex quibus patet totos fruſtra & ſtultos eſſe parentes; qui ſuis filiolis in cunabulis dicant puellulas, niſi poſtea filiorum accedat conſenſus *c. f. 30. q. 2.* Tantùm hi qui ſunt majores 7. annis contrahunt rectè ſponſalia, *d. l. 14. d. ſponſal.* ſed quæ ſunt de futuro; non etiam de præſenti, *c. f. de deſponſ. impuber.*

puber. Quorum executio in annos pubertatis uſq; differtur *c.2. de deſponſat. impuber.* In nuptiis contrahentis ętas definita eſt,ita ut hæ conſiſtere non poſſint, niſi maſculi puberes, hoc eſt, 14. annorum ſint: & fœmellæ viripotentes, hoc eſt, 12. annorum *pr. I. h. t.* juncto *pr. I. quibus mod finit. tutel. Schneidwin. d. l. n. 10.* Quomodo minor 12 annis in domum ducta tunc legitima uxor erit ſi apud virum 12. annos expleverit,non ante illos, *l. 4. ff. de R. N.* Et hoc in tantum alii verum credunt, ut licet copula acceſſerit,tamen non ſubſint ibi nuptiæ, *d. pr. I. h. d. l. 4. l. 13. §. ſi minor. ff. ad l. Jul. de adul.* Quomodo nec adulterii impuberem, vel nuptam minorẽ 12. annis accuſari poſſe tradunt,fortè *per d l.4. & d.pr d l 13 § ſi minor. 8. ff. ad L Jul.de adul.* quod tamen controverſia non caret. Alii enim docent imò ante annos pubertatis expletos eſſe matrimonium,& adulterium committi etiam,ſi malitia ætatem ſupplevit *Weſenb. in Par. d. R. N. n. 4. text. in d c. de illis 9. extr. de deſponſ. impuber. c. f. d. t. c. is qui 3. extr. de ſponſal.* Unde & adulterii impuberes hos accuſari docet, *Gilhauſ in arbor. judic. crim. c. 2. t. 18. n. 4. per d. c. 9.* Et ita ſentit etiam *Dn. Luther. in lib.* von ehelichem Leben. Quod ut de Jure Ca-

re Canonico veriſſimum *d c.9. d.c.f.* ita falſum de jure civili,quo definita ætas contrahentium, ante, quam non eſt minor ducta, legitima uxor *d. l. 4. d. R.N.* nec cum alio concumbens adulterii accuſari poteſt, *d.l.13. §. 8.ff. ad l.Jul. de adulter.* Nec enim ante pubertatem committitur adulterium, *l.36.ff. d.t.* Et cum hac ſententia an tranſire poſſim, videbo, idq; eò libentius cum ex Præceptore meo Clariſſimo *D. Johan. Suevio* audierim. Scabinos hic pro impubere nondum 12. annos nato impręgnante ancillam petentem, ut infanti alimenta præſtaret contra eam reſpondiſſe, quaſi non debeat alere infantem, cum hac ætate maritus nondum eſſe potuerit, *vid. Anton.Fab.in Ration. ad l.13.§.3. ff. de Minoribus.*

QVÆSTIO VI.

An oſculum quid ad probationem adulterii faciat?

SI aliàs nihil ſubeſt, certè aut nihil aut admodum parum. Cum enim oſcula ſoleant etiā eſſe inter bonos,&apud quaſdam gentes, ut peregrè advenientes oſculo excipiant,more eſſe receptū audiverim, neſcio, quomo-

quomodo oſcula ad adulterii probationem facere poſſint. Et cum in dubiis ſemper benignior interpretàtio adhibenda *l. 155. §. ult. l. 168. l. 192. §. 1. I. de R. J.* Sive cauſa ſit civilis ſive criminalis *Philipp. Matth. ad l. 56. de R. J.* Oſculum verò & ob honeſtum affectum, ut plurimum fieri ſoleat; non erro, quando hòc adulterium non probare dico. Nec eſt ſi dicas; Oſcula eſſe proxima & ferè præparatoria adulterii media; ut iis poſitis & probatis, etiam hoc videatur probatum. Nam cum oſcula etiam ad bonum affectum directa eſſe poſſint & in dubio ſemper ad bonum directa præſumantur, (quiſquis enim natùra bonus habetur, *Alciat. in 2. d. præſumt. reg. 2. præſumt. 8.*) te ex particulari & ſic nihil concludere, imò contra præſumtionem Juris dicerem.

QVÆSTIO VII.

Quis eſt Judex competens in cauſis matrimonialibus?

UT verò quærenti de foro competenti cauſarum matrimonialium; etiam aliquid reſpondeamus, ego puto referre, an de eo quæratur in locis repurgatæ religionis,

541

his, ubi Jus Romanum civile potiſſimum obſervatur; an extra illa, & in terris Pontificum? Hoc caſu cauſæ matrimoniales nō coram Laico, ſed coram Eccleſiaſtico Judice tractari & ventilari debent, *c. 1. de conſanguin. & affinit. cap. cauſam matrimonii de offic. delegat. Felinus in rubric. de ſponſal. nu. 10. Guido. conſil. 1. nu. 2. & 3. Panormit. in c. tuam d. ordin. cognit. Triviſian l. 1. deciſ. 28. n. 17. & idem l. 2. deciſ. 3. n. 4. Covarr. p. 2. d. matrim. c. ult. §. 12. n. 2. Maran. 2 de juriſdict. 8. in pr. Morla in Emporio Juris d. Juriſdict. in præmiſſ. à n. 134. cum ſeq. 1. d proceſſib. c. 10. in pr.* Idq; in tantum verum, ut in matrimonio quatenus eſt Sacramētum R. Kayſ. Majeſt. Erklerung zu Augſpurgk/ *anno 1548. rubr.* vom Sacrament der Ehe/ non poſſit ſecularis cognoſcere, de quæſtione Juris principaliter vel incidenter *c. tuam d. ordin. cognit. Morla d. l. n. 34.* unde in his ne ad Cameram quidem appellari poſſe obſervavit. *Gail. l. 2. obſerv. 112. n. 17.* ut maximè Eccleſiaſtici etiam ſuos in Camera ſurrogatos. §. Wir wollen Reichs Abſchiedt zu Augſpurg *Anno 48.* & §. Vnd dieweil *d. Receſſ.* omnibus virtutum generibus illuſtres. §. Vnd nach dem *dict. Receſſ.* §. Volgendes aber. *dict. l. p. 1. Ordini Camer.*

t. 18. habeant. Mindan. d. c. 10 pag. (mihi) 70. quo de forſan in ſequentibus pluribus. Et certum eſt apud Pontificios Eccleſiaſticum Judicem judicare de cauſis matrimonialibus *Covar. d. p 2. c. ult. Cypræ. de ſponſal. c. 14. § ult.* & quidem tantùm *Guid. d. conſ. n. 3. & 4. Thom. Triviſian. d l. 2. deciſ. 3. n. 4* in tantùm, ut non omnes Eccleſiaſtici de cauſis matrimonialibus poſſint dijudicare, *c. accedentibus 12. d. Exceſſib. Prælator. ibique gloſſ.* ſed tantùm Epiſcopi *d. cap. 12. Triviſian. d. deciſ. 3. Felin. d. l.* non etiam Abbates & alii Prælati, niſi ex ſpeciali conceſſione, *dict. cap. 12. in f.* aut conſuetudine præſcripta, *dict. cap. 12. gloſſ. in d. c. 12. lit. O. Daniel. Moller. l. 1. ſemeſtr. c. 47. nu. 1. tex. in c. accedentib. 12. de exceſſ. Prælator. c. Euphemium in f. 2. q. 3. c. 1. c. 2. de Judic. c. tuam extr. de ordin. cognit.* Idque in foro Pontificum non habet dubium. Cauſæ enim ſpirituales & Eccleſiaſticæ pertinent ad Eccleſiaſticos *cap. 3. extr. de ordin. cognit. c. 3. extr. qui ſint legitimi*, *Morla in tract. de Juriſd. in præmiſſ. nu. 123. Daniel. Moll. d. c. 47. Mindan. d. c. 10. Triviſian. d. deciſ. 3.* Atqui cauſæ matrimoniales ſunt ſpirituales *c. gaudemus de divort. c. debitum de Bigam. Mindan. d. c. 10. l. 1. proceſſ. Triviſian. d. deciſ. 3.* & con-

& conſcientias tangunt *Daniel. Moll. d. l.* Ergò. Cauſæ matrimoniales pertinent ad Eccleſiaſticos. Et ſanè de Sacramentis cognoſcere eſt Eccleſiaſticorum. At verò matrimonium eſt ſacrificulis Sacramentum, *Petrus Lombardus lib. 4. diſtinct. 2. §. fuit tamen & diſtin. 29. §. cum alia:* & ad eundem. *Henric. Gerichen. Gabriel Biel ſerm. 2. Dom. II. poſt Epiph. Bonavent. in breviloq. Theol part. 6. c. 13. Thom. de Aquil. in lib. de offic. Sacerdot. c. 8. Menoch. c. 458. nu. 39. & caſ. 417. n. 7. Morla d. l. n. 134. Covarruv. d. l.* E. Ac hæc ipſa cauſa eſt cur Canoniſtæ non permittant ſeculari Judici cognoſcere de matrimonio, quod non apud fideles, permittant verò de eo, quod eſt apud infideles initium, quod illud ſit Sacramentum hoc verò non item, ſed tantùm civilis quidam contractus poſt *D. Thom. in 4 diſtinct. 39. q. 1. art. 2. Cajetan. de matrimon. q. 9. Morla d. l. n. 134.* Ita Canoniſtæ. & ita ſanè ex præſuppoſitis Canoniſtarum, ut & diſpoſitione Juris Canonici dicendum. At neſcio an etiam per omnia veritas, quæ omni authoritati anteponenda *l. 1. §. 6. C. de V. I. E.* ita ſe habeat. Et certè rationes eorum non ſunt omnimodo veræ. Quod n. matrimonium ſit res ſpiritualis *gl. in c. cum*

 dilect.

dilect. extr. de his quæ vi metuvè cauſa c. f. d. condit. appoſit. c. omne. 27. q. 2. & Sacramentum. Morla d. l. Menoch d. l. Pontifex ſummus ad ſuum forum Eccleſiaſticum cauſas matrimonii pertinere vult, *Morla d. l. Baſil. Monner. in tractat. poſter. c. 6.* Quæ cauſæ ſi falſæ quid mirum inde concludi falſum. Nec enim eſt matrimonium Sacramẽtum propriè, utcunque ita tradunt *Bellarmin. l. 2 de ſacrament. c. 23. cum ſeq. Lombard. d l. Bonavent. d l. Thomas de Aq. d. l. Menoch. d. l. Morla d. l* & inde inter illa id non numerant manifeſtè *Dioniſ. Areopagita in Jeremiam Juſtin. Apolog. 2 Auguſtin. in tractat. cui titulus de Sacramentis, & idem lib. d. doctrin. Chriſti c. 9. Tertull. l. 1 & 4 contr. Martian.* nec etiam numerandum eſſe eruditè noſtri temporis Theologi clariſſimi docuerunt, *Lutherus Tom. 2 lat. Jenenſ. fol. 279. in lib. de captiv. Babylon. Apolog. Auguſt. Confeſſ. art. 13. pag. 180. edit. lat. D. Geſner. p. m. diſp. de Sacrament. in genere. Dn. Philipp. in loc. edit. anno 36. p. 103. D. Hunnius in loc. de Sacrament.* Ego aliis omiſſis unam tantùm rationem moveo. Illa ſunt propriè & verè dicta Sacramenta ex ſententia etiã Pontificum, quorum materia ex latere Chriſti in cruce pendẽtis profluxit *Thomas*

p. 3. q.

p.3.q.62.art.5. (Miniſtri Eccleſiæ) (inquit Thomas) debent eſſe contenti illis ſacramẽtis quæ de Chriſti latere pro fluxerunt.) At vero ex latere Chriſti tantum aqua & ſanguis, materia cœnæ Dominicæ & Baptiſmi effluxit *D. Auguſtin. c. d. ſymbol. l. 7. c. 6. Damaſcen. l. 4. d fide c. 10.* E. duo tãtùm ſunt Sacramenta. E. non erit etiam matrimonium. E. fruſtra Canoniſtæ, inde colligentes matrimoniales cauſas pertinere ad forum Eccleſiaſticum tantùm. Scio *Bellarmin. l. 2. de Sacram. c. 27.* hoc argumentum eludere conari quibusdam inſtãtiis, at cum illis abunde ſatisfactum à noſtris Theologis, de his nihil ulteriùs appono, nec enim mei inſtituti Theologica hic immiſcere, ut qui illa tanquam προαποδεδειγμένα præſuppono. Non movemur Canonibus, qui aliud atteſtantur & communi uſu, quo aliud receptum, *Covarruv. d. l.* 1. veritas ſiquidem opinioni præferenda, maximè in Canonibus, ubi ſæpiùs pro libitu Pontifex quid ſtatuit: penes nos (inquit) eſt mandandi autoritas, alios manet obſequendi neceſſitas, *c. Eccleſiæ Mariæ ex. tr. de conſtit. c. cuncta. 9. q. 3.* Quin ſi ſecum innumeras animas catervatim in Gehennam traheret, nemo dicat quid agis *c. ſi Pa-*

pa. 40 diſtinct. 2. Nec ſufficit dicere ſic ſtatutum eſt, niſi cauſa ſtatuti aſſignatur *c. omnia 22. diſtinct. Guid. Papa q. 88. num. 2.* 3. Non ex multitudine autorum, ſed quod melius & æquius judicandum *l. 1. §. 6. C. de V. I. E.* 4. Illos reſtringimus ad terras Pontificum non etiam extra illas admittimus per *l. final. ff. de juriſdict.* Hactenus quid Juris in terris Pontificum ſit, vidimus: Ulterius procedamus, & quid Juris ſit in locis reformatæ religionis paucis proponamus. In his verô locis diſtinguo cum *Mindano 1. proceſſ. 10 in pr.* Inter cauſas matrimoniales, quæ vel ſunt de quæſtione contrahendi vel diſſolvendi matrimonii, vel circa vel extra eam. Illo caſu ſi ſcilicet de ipſo matrimonio vel contrahendo vel diſſolvendo agitur, alii etiam his in terris cognitionem Eccleſiaſtico Judici deferunt, quaſi ſcilicet cauſa matrimonialis ſit ſpiritualis *d. cap. gaudemus.* in qua Jus Canonicum ſequi ſolemus, *gloſſ. in c. 1. ubi Felin. extr. de ſponſal. Barthol. in l. Titia. num. 5. & ſeq. ff. ſolut. matrim. Boër. deciſ. 240. nu. 16.* quod illarum Eccleſiaſticis cognitionem deſerat, *c. 3. extr. de Judic. c. 5. extr. qui filii ſint legit. Morla tit. d. Juriſd. in præmiſſ. n. 123.* At quid & quomodo hæc

ratio

ratio concludat, jam dixi: hoc tantùm infert, quod Eccleſiaſtici in cauſis matrimonialibus debeant judicare, id quod concedimus, at non quod tantùm, ut volunt Canoniſtæ, & *Dd. Morla d. l. Triviſan. d. l.* Dico igitur etiam has cauſas, in quibus quæritur vel de matrimonio contrahendo aut diſſolvendo non tantùm coram Judice Eccleſiaſtico, ſed etiam coram Laico tractari & ventilari poſſe; *Mindan. d. c. 10. p. 68.* De Eccleſiaſtico Judice non dubitatur, *c. 1. de conſang. & affinit. c. 2. c 3 de Judic. Covarr. d. l. Cypræus de ſponſal. c. 14 Morla d. l.* tantùm de Judice Laico res non expeditá. At & in hoc non ſubeſt cauſa juſta dubitandi. Licet enim quoad inſtitutionem & myſterium Eccleſiæ cauſæ illæ ſint ſpirituales *Mindan. d. c. 10. Baſil. Monner. p. 1. p. 21. c. 1. p. (mihi) 44.* quod alia tamen ſunt res planè politicæ, *Mindan. d. l. Monner. d. c. 1. n. 6. inf.* in quibus Laicus Judex omninò competens: & eo magis dicendæ ſeculares. *Mind. d. c. 10.* ſeu politicæ. *Monner. d. l.* quod matrimonium innumera, imò etiam ſuam formam (quæ præcipua cujusque rei pars *l. Jul. 9. §. ſi quis etiam. ff. ad exhibend. Weſenbec. in Par. de pact. num. 9. quæ dat eſſe d. l. 9. Weſenb. in Par. de tranſact. n. 2.*)

à præceptis civilibus habeat *t. t. ff. & C. de nupt. Mindan. d. c. 10. Monner. d. l.* Ego neſcio an ratio concludens pro Eccleſiaſtico judice in his cauſis matrimonialibus allegari poſſit, quę non etiam pro Laico faciat. Et inde eſt, quod noſtri Principes in Judicio matrimoniali Jn den Ehegerichten/oder *ut nos,* in den geiſtlichen Gerichten/utuntur & Eccleſiaſticis & Laicis Conſiliariis, *Mindan. d. c. 10.* Quanquam neſciam an non ſufficiant in eo Doctores Juris excluſis Theologis, ut qui ut plurimum creãtur hodie & Pontificii & Cæſarei *Mindan. d. c. 10.* Et Cameram etiam de his cauſis inter immediatè Romano Imperio ſubjectos, nec tamen privilegio Auſtregarum gaudentes (inter hos enim etiam de matrimonialibus Auſtregæ judicant, *Mindanus d. l. membr. 2. Vult. ad l. 1. C. de Juriſdict. n. ultim.* ſi modo & Judices Eccleſiaſtici eligantur *Mindan. d. l.*) cognoſcere verius *Mindan. d. c. 10. membr. 2.* Ratio: apud Eccleſiaſticos Judices rectè cauſæ matrimoniales, ut ſpirituales *d. c. gaudemus de divort.* ventilantur *cap. 2. cap. 21. d. judic. Covarruv. dict. p. 2. cap. ultim. §. 12. num. 2. Cypræ. d. l. Morla d. l. Mindan. d. c. 10. membr. 3.* At & in Camera ſunt Eccleſiaſtici Judices. E. Eccleſiaſtici Electores & ſtatus in Camera habēt

Jus

Jus præſentandi ſuos ſurrogatos, *p. 1. Ordinat. Cam. tit. 1.* §. Nemlich wollen die Römiſche *& d. p. 2. tit. 2. per totum. & tit. 4. p. 1.* §. Wo auch alſo der Beyſitzer. *&* §. Folgendes aber auff gemeiner. §. Wir wollen auch obgemelte Beyſitzer Reichsabſcheid zu Augſpurg. Anno 1548. auffgerichtet. *&* §. Und haben uns *cum ſeq. d. Receſſ. Item* §. Erſtlich ſo ſollen daß darnach auch Gleichheit *in verbis:* Wenn ein geiſtlicher Churfürſt R. A. zu Wormbs, 1521. auffgerichtet *& paſſim in Receſſibus.* E. quomodo præſentantes ſunt Eccleſiaſtici, ſic etiam vicarii Eccleſiaſtici erunt, ſi modò verum ſurrogatum ſapere naturam ſurrogati, *l. ſi cum* §. *qui injuriar. ff. ſi quis caution. Bald. in l. fin. C. ſi mancip. ita fuerit alienat. Decius conſil. 50. nu. 2. Barthol. in l. 1.* §. *hæc actio. ff. ſi quis teſtam.* & rem principalem ac ei accidentem diverſo Jure non cenſeri, *l. inter 26.* §. *cum inter 2. d. pact. dotal. Joh. Suev d. jur. accreſcend. L. 3.* Reliquas quæſtiones, quæ ſunt vel circa vel extra ſubſtantiã matrimonii, quod attinet, quarum plures ponit *Mindan. d. c. 10. membr. 4. & ultim.* de illis Laici Judices rectè judicant *text. in l. 1.* §. *ſi ea. ff. d. ventr. in poſſeſſ. mittend. l. non ignorat. C. qui accuſ.* non poſſunt, in illis enim jam

 ceſſet

ceſſet illa ſpiritualitas, ob quam ſacrificuli eas ſuæ juriſdictioni ſubjecerunt *Morla in d. t. de juriſdict. in præmiſſ. nu. 134.* Imò & ipſi diſſentientes, concedunt cognitionem Laicis de facto matrimonii *Barthol. in l. 2. n. 2. ff. de juriſd. omn. jud.* licet incidenter *Barthol. d. l. Morla d. n. 134. in fin.*

QVÆSTIO VIII.

An melius ut in rebus publicis præſint divites, an verò pauperes?

ARiſtoteles *3. Politicor. c 8.* pro divitibus diſputat, ſed neſcio, an ejus rationes ſatis arctè & firmiter concludant: Forſan ut alias τὰ καλὰ καὶ τὰ δίκαια περὶ ὧν ἡ πολυτικὴ σκοπεῖται τοσαύτην ἔχει διαφορὰν καὶ πλάνιων ὥστε δωκεῖν νόμῳ μόνον εἶναι, φύσει δὲ μὴ *Ariſt. 1. Eth. 1.* tta & hæc noſtra, *Piccolom. grad. 10. cap. 20 Philoſ. moral. in fin.* fortunam moderatam putat eſſe præferendàm, quomodo nec divites nec pauperes ſimpliciter admittit. At nec ejus fundamenta neceſſariò ſtringunt. Et certè cum divitiæ vel paupertas nullum civiliter bonum vel malum faciant, & qui divites ſunt

ſunt, poſſint eſſe diligentiſſimi, fideliſſimi, moderatiſſimi: qui verò pauperes, negligentiſſimi, arrogantiſſimi, ſtultiſſimi: vel contrà; qui divites arrogantiſſimi &c. qui autem pauperes, prudentiſſimi ac diligentiſſimi, neſcio an divitibus ſimpliciter dare, pauperibus verò imperium adimere ſecundum Ariſtotelem aut ſecundum Piccolomineum tuto ſemper in media fortuna acquieſcere poſſimus: ſic colligo. Nemo niſi civiliter bonus aptus ad imperium *Ariſtot. 3. Politic. paſſim.* At verò divitiæ nullum civiliter bonum efficiunt *Goclen. q. 8. Ethic-polit.* E. *Ariſtoteles* indiſtinctè divitem non poteſt præferre pauperi. E. nec etiam indiſtinctè *Piccolom. d. c. 20.* fortunam moderatam poteſt aſſerere aptam ad Imperium. Si enim nullæ divitiæ reddunt bonum moraliter. E. nec etiam moderatæ E ſic cum pauperes ſint, ut plurimum laborioſiſsimi, diligentiſsimi, patientiſsimi, prudentiſsimi, neſcio an ab Imperio indiſtinctè excludi debeant aut jure queant. Nos diſtinctè procedamus. Refert. E. an divites ſint virtutibus ἀρχικαῖς inſtructi, hoc eſt, viri prudentiſsimi & integerrimi; an verò non, ſed arrogantes, elati & aliorum contemtores.

Priori

Priori caſu veriſſima eſt ſententia, præferens divites, pauperibus & egenis etiam prudentibus & peritis. Semper enim plura bona præferenda ſunt uni, *Ariſtotel. 3. Top. 2. Keck.* ſuo ſc. ordine & ſalva vocatione noſtra, *Metap* At verò hic in divitibus concurrunt & divitiæ & aliæ virtutes ἀρχικαὶ: in pauperibus verò unum tantum bonum ſcilicet virtutes ἀρχικαὶ. E. Facit quod magnificentius magiſtratum gerere divites, qui habent nervos rerum gerendarum (eſt quippe denarius menſura omnium rerum *Ariſtot. 5. Ethicor. 1.* eſt fidejuſſor in quavis re qua indigemus *Ariſt. d. l.*) poſſunt & majori etiam cum Reipub. commodo, ut qui non admodum ſolliciti de victu & amictu omne ſtudium adminiſtrationi Reipub. dant & conſecrant, quæ ſanè non ita benè ſe habent in pauperibus ac ſimul prudentibus & peritis. E. divites inſtructi virtutibus præferendi in Imperio pauperibus prudentibus. Et hoc eſt, quod inquit *Johan. Caſius l. 4. cap. 12. in f. Sphara civit.* divites vel ſimpliciter conſiderari & hactenus eos non eſſe aptiores ad Imperium: vel compoſitè, ut præter divitias animi ornamenta habent, & ſic eos eſſe aptiores ad imperãdum. Et certe in his ceſſant omnia, quæ

quæ copioſè *Caſus d. cap. 12. de divitib.* enumerat. Bonus quippe (qualem hic præſuppono) utitur ſuis ad vitam *Proverb. 16. v. 10.* & *Proverb. 23. v. 13.* non ad peccandum, ut malus *Proverb. 10. v. 16.* novit enim divitiis utendum eſſe, non verò abutendum *Senec. de morib.* & *id Phocyllid.* πλοῦτον ἔχων σὴν χεῖρα πενήτεσσιν ὄρεξον, non confidit etiam opibus ſecundum *Salomon. Proverb. 11. v. 28.* cum ſciat eas eſſe fortunæ poſſeſſionem, *Plutarch. de educat. liber. pag.* (mihi) *34.* & ἄλλοτε μὲν κλεῖθρα φείλει ἀλλοτε κλεῖθρα *Pythagor.* Poſteriore caſu non divites, ſtupidos & imperitos pauperibus prudentibus præferrem, ſed contra hos illis, hi quippe fœlicius ſunt facturi Magiſtratus officium, quod eſt gerere res Reipub. *Arniſæus c. 16. polit pag.* (mihi) *362.* quam illi inertes aſini, qui in omni Repub. ſunt veluti unguibus armati Leones *Caſ. d. c. 12.* qui inſatiabili divitiarum ſiti Reipub. quaſi fluenta ſiccant, adminiſtrationemq́; perdunt *Caſ. poſt. Philoſ. d. l.* certè in tali veriſſimum illud *Senecæ in Hippolit.* quod non poteſt, vult, qui nimiũ poteſt, & non fallit illud *Phocylid.* ὑψαυχέα δ' ἐόπολυς πλοῦτος καὶ ἄργυρος ἀνθρώποισιν *Phocyl.* & de tali divite accipio ea omnia, quæ habet *Caſus d. c. 12.* Quod ſi autem nec di-

ves

ves nec pauperes virtutes *ἀρχικὰς* habeat, cum non ad *Aulas* Principum, ſed *caulas* Aſinorum cenſeo remittendum.

QVÆSTIO IX.

An perſonæ Eccleſiaſticæ poſſunt rem in Feudum dari ſolitam & ad Eccleſiam reverſam in Feudum *concedere cõſanguineis & aliis conjunctis?*

SVpra notavi Eccleſiaſticos etiam poſſe feudum concedere *text. 1. F. 1. in pr. §. 3. & 6. 2. F. 15. & 2. F. 10. 2. F. 35. etiam de Jure Canonico. c. ſi quis Laicus 22. q. 5. c. cæterum. extr. de judic. c. in quibuſdam. de pœn. c. excommunicamus. §. moneantur de haret. t. t. extr. de feud.* Lehnrecht. *art. 2. § f. gl. in cap. quamvis d. decimis. Schenck. in c. 1. de his qui feud. dar. poſſ. & Dd. communiter.* Ulterius E. jam quæro: an etiam feuda reverſa ſuis neceſſariis concedere poſsint? *Decius conſil. 131. num. 2.* ait, dubitari quę ſit verior in hac quæſtione ſententia, idq; fortè propter *Nov. 120. c. 5.* ubi Emphyteuſis, à qua bonum

bonum eſt argumentum ad feudum, *Everhardus in Topic. in loc. ab Emphyteuſi ad feudum*, non poteſt concedi conſanguineis, & *Mynſing. 5. obſerv. 47. n. 1.* atteſtatur tàm variè hîc loqui Interpretes, ut quæ ſit verior opinio magisq; recepta vix dici poſsit. At nos putamus affirmativam ſententiam, imò etiam conſanguineis F. reverſa concedi poſſe, modò non ſit ſuſpicio, qnod jus Eccleſiæ per hoc deterius reddatur, *Mynſ. d. l. n. 3.* eſſe veriſsimam cum *Zaſ. p 5. d. F. num. 51. Gœdd. diſp. F. 4. th. 5. Rittershuſ in partit. Feudalib. l. 1 c. 1. q. 10.* Et hoc firmat ſatis *c. f. extr. de F.* ubi habetur, quod Feudum reverſum liberè alii concedere poſſint. Si liberè, ergò non reſtrictè, non limitate, ſi non limitate. E. etiam conſanguineis idq; nominatim dicitur in *c. relatum 12. extr. de teſtament.* ac ita in tota Germania uſu receptum eſſe atteſtatur *Mynſing. cent. 5. obſ. 47.* idq; admodum rationabiliter cum ordinata charitas incipiat à ſe & ſuis *argum. l. præſes. C. de ſervit. & aqua.* & nemo unquam carnem ſuam odio habuerit *cap. non æſtimamus 13. quæſt. 2.*

QVÆ-

QVÆSTIO X.

An legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedant in Feudis?

ET hîc certè non tantùm *Græcis*, ſed etiam *Trojanis* ſui ſunt Dii, Quod non ſuccedant, acutè diſputat *Vult. 1. F. 9. n. 49. Sonsb. p. 2. F. n. 72. Hottom. 1. conſil. 10.* Pro legitimatis verò facit *Hartman. Piſtor. 2. q. 29. Borch. d. F. c. 7. n. 48. Zaſ. p. 1. F. circa f. Schurff. conſil. 1. cent. 1. n. 17. Duaren. c. 11. n. 7. Curt. conſ. 34. n. 54. Weſemb. d. F. c. 6. n. 6. Alexand. Trentacinq. l. 1. reſolut. t. d. legitimat. n. 20.* quod tamen limitat *Trentacinq.* ſi tenor inveſtituræ habeat: hoc caſtrum tibi tuisq; hæredibus ex te legitime deſcendentibus concedimus: Wir wollen dir vnd allen deinen ehelichen Leibes Erben ſolch Schloß leihen/ hactenus enim non admittit legitimatum per ſubſequens matrimoniũ, *Trentacinq. d. n. 20.* cum *Decio conſ. 276. Socin. Junior. conſil. 52. & aliis.* At adhuc eum admitto eoq; libentius cum in Camera hanc ſententiam receptam eſſe legam apud *Gail. 2. obſ. 141. Mynſ. cent. 5. obſ. 42.* Ob illegitimitatem enim (ſic tamen pace homi-

hominum de ſchola liceat mihi loqui) in feudis non poſſunt ſuccedere naturales tãtum, *c. unic. §. naturales t. ſi de F. de funct. cont.* At hæc tollitur omninò per ſubſequẽs matrimonium *c. tanta extr. qui fili ſint legit. Rub. Nov. 89. ac, c. 8. c. 9. d. Nov. 89.* E. Purem ergò rectius ſtatui, quod ſuccedere poſſint in Feudis, ut qui ſciam, ceſſante cauſa ceſſare quoq; effectum. Quin cũ nihil differre dicantur à legitimis, noſtri legitimat, *d. Nov. 89. c. 8. & 9.* & verò illi ſuccedant in Feudis hos quomodo à ſucceſſione arcebimus. Nec eſt ſi urges ita eſſe de jure civili *d. c. 9.* aliud vero in Jure Feudali eſſe cautum *d. c. unic. §. naturales.* Dico enim hoc eſſe in quæſtione, an aliud de illo ſancitum ſit & per conſequens eſſe recurrendum ad Jus civ. *argum. c. unic. d. Feud. cognit. 2. F. 1.* Certè *d. §. naturales* admodũ controverſus. Dd. Hoc ſcio illum malè adaptari ad legitimatos per ſubſequens matrimonium: Loquitur enim de illis qui poſt delatam Feudi ſucceſſionem demum fiunt legitimi quomodo primo, præſupponendum itidem patrem eſſe mortuum. (Nec n. eſt viventis hæreditas *l. 1. ff. d. hered. vel act. vend.* & v. agitur ibi de ſucceſſione in feudo patris. E.) & 2. do de legiti-

mandi poſt delatum Feudum ſucceſſione agi? at qualis? an legitimandi per ſubſeq. matrim. Imò hoc jam per naturam fieri non poteſt, cum pater cujus matrimonio eſt legitimandus, jam ſit extinctus. E. per reſcriptam Principis vel oblationem Curię legitimandi. E. de legitimato per ſubſequēs matrimonium accipi non poteſt, *d. c. unic. Dn. Arumæus diſp. Feud. 5. th. 25.* & per conſequens cum aliud de Jure Feudorum non ſit deciſum, ſtabitur depoſitioni juris communis. *2. F. 1.* Urges generalitatem *d. §. naturalis.* & genere poſito omnes poni ſpecies: ac regulæ ſtandum, donec conſtet de exceptione *Kohl. Exerc. legal. 1.* objicis. At dicam cum Logicis, genere indefinitè poſito non quamvis poni ſpeciem. At indefinitè tantùm & non univerſaliter de legitimatis dicitur, quod non ſuccedant. E. & ut maximè ita eſſet, dicerem tamen in jure noſtro non novum eſſe, ut genus ad certam ſpeciem reſtringatur, *l. in tot. 80. de R. J.* Accipimus igitur illum §. de legitimatis per reſcriptum Principis vel oblationem Curiæ, maximè cum natura non patiatur illum de legitimatis per mattimonium intelligi. Et quanquam verba *d. §. naturalis.* ita eſſent generalia, ut benè etiam poſſent intelli-

intelligi de legitimatis per ſubſequens matrimonium: adhuc tamen reſponderem, excipi legit. *per ſubſeq. matrim.* eò quod in omnibus pro legitimè natis habeantur, *d. c. 8. & 9.* ac in eis nulla amplius ſit maſcula *d. c. tanta extr. qui filii ſint legit.* & fingãtur in jure noſtro, quaſi in matrimonio nati fuerint *d. c. 9.* Inſtas hos tamen non eſſe legitimè natos. Inveſtituram v. requirere legitimè natos. Verum dico eos quidem non eſſe legitimè natos naturaliter, ſed benè civiliter *d. c. 8. & 9. & Rub. d. Novell. 89.* Hoc enim Jus in tantum favet *legitim. per ſubſeq. matrim.* ut nullam inter hos & ex juſtis Nuptiis natos differentiam agnoſcat *dd. cc.* & perfictionem juris retrotrahitur id tempus & finguntur q. legitime nati. Fictio autem in Jure æquiparatur veritati, *l. ſi is qui 15. ff. de uſucap. Fachin. 12. controv. 7.* Urgenti ſemper tamen manere cicatricem & inhoneſtum eſſe, taliter natos ſtare inter Pares curię, reſpondeo, naturaliter quidem quandam ſubeſſe cicatricem illam tamen jura noſtra non agnoſcere: ut quæ ita habent illos, ac ſi ex juſto matrimonio nati eſſent, *d. c. tanta. & c. 8. & 9. Novell. 89.*

DECURIÆ II.

QVÆSTIO PRIMA.

An repreſſaliæ poſſunt defendi jure?

REpreſſaliæ quæ & oppignorationes *text. in c. 1. d. injur. in 6. Guido Pap. deciſ. 37. in pr. Anton. Rambaudus addition. in d. deciſ. Mindan. l. 1. c. 46. memb. 3. Gail. de pignorat. obſerv 1. n. 5. & obſervat. 2. d. tract. nu. 1. marcha. Guido Papa d. deciſ. 32. n. 1. & deciſ. 33. Mindan d. membr. 3.* fortè quod in limitibus potiſſimum repreſſaliæ fiant *Mindan. d. l.* arreſtum *Mindan. d. membr. 3.* pignoratio *Nov. 52.* preſſaliæ, *Iſernia* dicuntur paſſim; non eodem modo deducuntur ab omnibus. Aliis dicuntur à repræſentando, quaſi ſcilicet illi qui ob denegatam juſtitiam cum rebus detinentur, repræſentent, illos qui & debitum non ſolverunt, & ad id conſequendum jus & juſtitiam denegarunt, *Coler. p. 1. proceſſ. c. 2. n. 269. inf.* Et certè cum qui cauſam repreſſaliis dedit pignorato omne damnum & Intereſſe quod

quod eſt paſſus reſarcire cogatur *Vivius l. 2. com. opin. 36. Mindan. latè in c. f. d. l. 1. Coler. d. c. 2. Gipban. diſput. Juſtin. 48. in f.* illa notatio non omnimodo habenda pro rejicula, *Cuj. in l. un. C. ut nullus ex Vican.* à Preſa Italico quod notat capturam ducit quæ Etymologia forſan ex iis, quæ habet *Gail. d. pignor. obſerv. 2.* colorem recipit. Et à reprimendo quidam deducunt *Mindan. d. c. f. membr. 1. in f.* Et cum repreſſaliis utamur, ut alios ad juſtitiam adminiſtrandam urgeamus, *Mindan. d. c. f. memb. 3. Guid. Pap. d. deciſ. n. 2. Coler. d. l.* & hæc notatio non eſt omninò irrationalis. Ita Dd. video repreſſalias ſeu preſſalias deducere, quæ Etymologiæ, ut omnes non poſſunt admodum eſſe abſurdæ, ſi rem ipſam reſpicias, ita ſi ipſam vocis & rei originem, non omnes veræ ſunt Grammaticè. Etenim cum verbum repreſſaliæ ſit barbarum *Gail. d. obſ. 2. in pr. Zaſ. in l. 2. §. & ita ll. ff. d. O. I. Calvinus in lexico verbo repreſſaliæ*, & verò repræſentare, ut & reprimere verba latina: hæreo an de his Grammaticè etiam deducatur vox repreſſaliæ, tritum eſt quippe: derivatum & derivativum ſeu ſimplex & compoſitum ejuſdem debere eſſe originis. Utut tamen quis deducat nulli erimus dif-

 ficiles,

ficiles, nec enim abſq; ratione ſunt dictæ Etymologiæ. De origine repreſſaliarum quoq; non conſtat Dd. Quod novæ ſint voluit *Barthol. in ſuo tr. de repreſſal.* quod vetuſtiſſimæ *Zaſ.d. l. qua de vid. Andr.Gail. dict. tract. de pignorat. obſ. 2. à n.5. Mynſ. 6. obſerv.1.* His præmiſſis propoſitum agamus & repreſſaliæ num jure defēdi poſſint paucis examinemus. Ac repreſſalias, quas hodiernus uſus ſuſtinet, quæq; non in prædationes & rapinas (quomodo *Mindan. d. c. 46. membr. 1.* rejicit *Damhud.* repreſſalias à repredando deducentem in *prax. crim. c. 98. n. 1.*) degenerant jure admitti erudité docent *Guido Papa deciſ 32. n. 1. & idem conſ. 175. & conſil. 209. Barthol. in tract. de repreſſal. Jacob. à Canib. in tract. de repreſſal. Thomas Secunda 2. q. 40. Mynſing. 6. obſ. 1. & 2. obſerv. 11. Coler. de proceſſ. execut. p. 1. c. 2. à n. 269. Mindan. d. l. 1. c. 48. memb. 2. 3. 4.* in tantum, ut non ſolum ex conſuetudine vetuſtiſſima *Zaſ. ad d. l. 2. Calvin. d. l.* ſed etiam Jure Canonico civili & divino illas confirmari & comprobari tradant, *Mindan d. l. Guido. Papa. d. deciſ. 32. Ant. Rambaudus addit. ad d. deciſ. tit. 2. Jacob. de Canib. in d. tract.* Plures rationes habet hac de re *Barthol. d. tract. Jacob. de Canib. Coler. d. p. 1.*

d.p.1.c.2.n.272. nos una ac altera erimus contenti. Sic E. colligo: Quicquid congruit & conſentit cum jure Divino, cum jure Canon. cum jure Civ. cum jure naturali & gentium, id æquum & legitimum, id approbandum & concedendum. At repreſſalia in caſum denegatæ juſtitiæ, & hujus legitimè probati, contra exterum conceſſæ, congruunt cum jure Divino, Canonico, civili, naturali. Ergò ſunt legitimæ & concedendæ. Congruunt cum jure Divino & Canonico *Guido Papa d. deciſ. 32. n. 1. additionat. Rambaud. ibid. lit. C. Jacob. de Canib. Mindan. d.c. 48. memb. 2. in f. Coler. d.n. 272.* De hoc enim aufertur regnũ & datur juſtitiam facientibus *Matth. 21. in f. Coler. d. l.* At hic populus fecit injuſtitiam, ſæpius enim requiſitus (id quod omninò requiritur *Guido Pap. d. deciſ. 32. Mindan. cap. 49. membr. 1. Mynſing. cent. 6. obſerv. 1. num. 3. & 4.*) jus & juſtitiam facere recuſavit in re liquidiſſima, id quod omninò neceſſum *Guid. Pap. d. deciſ. 32. num. 2. Mynſ. d. obſerv. 11. poſt Guid. Papam conſil. 246. Coler. dict. num. 271. Mindan. c. 49 membr. 1. 2 & 3.* Ergò regnum ei rectè auferetur. Si regnũ ergò jus divinum permittit auferri. E. multò magis Jure repreſſaliarum hujus vel illius

divitis Mercatoris bona & merces arreſtari & detinere permittet, donec nobis ſit ſatis- factum,& adminiſtrata juſtitia fuerit. Non enim debet cui plus licet, quod minus eſt non licere *l. 25. ff. de R. J.* Non moveor ſi ſic concludas : jure repreſſaliarum ſeu marchæ, uti vocat *Guido Pap. d. q. 32. nu. 1.* unus pro alio & res unius pro re alterius apprehenditur *cap. 1. de injur. l. 6.* latè *Bart. in ſuo tractat. circa Princip. de repreſſ. Guido Pap. d. q. 3. c. 2 ſeqq. Gail. d. obſerv. 2. in pr. de pignorat. Mynſ. d. l. 6. obſerv. 1. in princ.* At de Jure Divino alius pro alio ſolvere vel mori non debet: ſcriptum enim eſt in *L. Mois:* quod pater mori non debeat pro filii delicto & contrà filius non ꝑ patris *Deut. 24. v. 16. Ezech. 18. v. 10. 2. Reg. 13. v. 6.* ſed unusquisque pro ſuo *d. v. 6. inf.* E. jus ſeu conceſſio Marchæ non erit ſecundum jus divinum,ſed potiùs contra illud. At *1. text. in d. c. 21. Matth.* ut & *c. 10. Eſai. in pr.* ſatis jus Marchæ probat. 2. Deus etiam peccata pattum in tertiam & quartam generatio- nem punit qui eum oderunt *Exod. 34. n. 7. Jerem. 33. verſ. 18. Deut. 5. v. 9. & Deut. 28. v. 59.* 3. Ne E, hæc loca ſcilicet *Deut. 5. v. 9. & Deut. 28. v. 59 Jerem. 33. cum c. 24. v. 16. Deut. Ezech. 18. v. 20.* pugnent,puto referre an ſi-

an filii & concives vel vicanei imitentur peccata patrum & concivium ac vicaneorum, vel Magiſtratus: & hactenus exaudio *d. c.5. v.9 & c. 28. v. 59. Deut. & c.34. v. 7. Exod. c. 33. v 18. Jerem.* an verò non, ſed deſiſtant à peccatis patrum & hactenus procedit *c. 24. Deut. c. 18. Ezech.* At verò jam concives & conterranei, qui omne jus in Magiſtratum contulerunt, communionis tacita obligatione, de facto Magiſtratus videntur teneri, *Mindan. d. c. 48. membr. ult.* 4. Quod Magiſtratus n. quibus omnis rerum publicarum adminiſtratio conceſſa, faciunt, id pro eo habetur, ac ſi ſinguli cives feciſſent, *l. nulli ibi ordo dedit. ff. quod cujuſq; univerſ. nom. l. item Magiſtri. ff. de pact.* Factum ſiquidem præpoſitorum habetur pro facto ſingulorum civium, *c. qui per alium extr. de R. J. in 6. Bart. in l. ſicut n. 2. ff. quod cujuſq; univ. nom. Coler. p. 2. c. 3. proceſſ.* cum multis allegatis. 5. Et cum eum elegerit populus ſuaq; electione in facta ejus cōſenſerit *arg. l. 3. de offic prætor. l. municipes. ff. ad municip. l. ſed ſi ex dolo §. 1. ff. de dolo malo*, ſibi imputet cur tales elegerit & Imperio præfecerit, & ſic quo ad electionem temerariam eſt in culpa *l. 1. §. unde quærit. ff. exer. act. l. 2. in pr. ff. de judic. l. 1. §. pro-*

inde ſi imperitè. ff. ſi Menſor. faſ. l. fi. C. de acquir poſſ ibidẽ gloſſ. l. ſed & . §. fin. d. Inſtit. action argum. eorum quæ habet Mindan. d. membr. f. c. 48. l. 1 proceſſ. Et 6. cur populus vel ſtatus vindicare neglexerunt, quod à ſuis improbè factum eſt vel reddere, quod per injurias ablatum eſt, *c. Dominus 23. q. 2. Mindan. d l. Coler d. l. n. 274.* Sic E. ex his colligo: ſi ſinguli cives & mercatores cujuſdam civitatis vel regionis per ſuum conſenſum in Magiſtratum, electionem ejuſdem & per negligentiam ſuam, quod non inquirunt, quomodo adminiſtret juſtitiã, ſunt cauſæ denegatæ juſtitiæ, rectè contrà illos jus marchæ conceditur. Atqui eſt prius ex dictis. E. Ad hæc ſunt etiam repreſſaliæ convenientes juri naturæ & gentium *arg. eorum quæ habet Coler. d. c. 2. nu. 273. Mindan. d. c. 48. memb. 3. in f. Jacob. de Canib. in d. tract.* Ego unicum fundamentum opponam. Secundum naturam eſt neminem locupletari debere cum alterius damno, *l. nam natura de condict. indeb. l. 206. de R. J. ibidẽ Philipp. Matth.* At conceſſione repreſſaliarum fit, ne quis locupletetur cum alterius damno. E. Cum n. Magiſtratus alterius loci non adminiſtret jus & juſtitiam, nec ſuos ſubditos ad ſolvendum

vendum urgeat, jure Marchæ, ut, quod debetur, ſolvatur, & ſic aliis per ceſſationem illorum iniqua conditio non inferatur, efficitur *Mindan c. 47. membr. f.* Non urget ſi argumentum invertas, & ex hoc naturæ contrariam eſſe conceſſionem marchæ concludas, tali forma, Jure naturæ æquum neminem cum alterius damno locupletari *d. l. 206. de R. J. d. l. 14. de condict. indeb.* At verò jus repreſſaliarū ſeu marchæ exercens contra innocentem locupletatur cum tertii innocentis damno. E. jus marchæ non erit juri naturæ & gent. conveniens. Reſp. 1. Etenim in *d. l. 206. de R. J.* habetur etiam cum injuria. At hic tertio innocenti oppignorato nulla fit injuria, ut ex ſeqq. patebit. 2. nullum hic propriè ſubeſt damnum: quaſi enim obligatione propter denegatam vel protractam à Magiſtratu ſuo juſtitiam tenetur, & ita fit pignoratio cum qualicunq; juſtitia totius communitatis cujus innocens pars *Mindan. d. c. 48. memb. 2.* 3. Quod quis damnum ſua culpa ſentit, non intelligitur ſentire *l. 203. de R. J.* At v. cum illi pignorationi culpā dederit Magiſtratus illius loci, ob denegatam juſtitiam, quod omninò requiritur *Guid. Pap. d. deciſ. 32. Mindan. d. c. 48. Coler. d. c. 2.* & verò factum

ctum præpoſitorum pro facto ſingulorum civium habeatur *d. c. qui per alium extr. d. R. J. in 6. gloſ. Rubr. c. quæ ſit long conſuet. l. municipes ad Municip. Coler. d c. 3. p. 2. n. 351.* & cives aut incolæ omnes in cauſa & culpa eſſe, ut marcha exerceatur. 4. Et licet hîc primo intuitu innocuis videatur eſſe damno, tamen effectu inſpecto non eſt: ſiquidem ea quæ pignore cupimus, ex jure ſiſtendi retinemus, donec nobis ſatisfactū, *Mindan. c. 46. l. 1. Proceſ. memb. 3. inf.* & licet in totum retineamus illius bona ſemper denegante Magiſtratu ejus juſtitiam adhuc tamen non eſt in damno, ſiquidem actione ex ſtatuto vel conſuetudine contra Reum principalem experiri poteſt poſt *Rofredum Bennevent. qq. Sabat. 22. Mindan. d. l. 1. Proceſ. c. 50. in pr.* & Magiſtratum Juſtitiam denegantem inſuper obligatum habet *Bartol. d. repreſſal. q. f. nu. 1.* qui ei omne damnum & lucrum abſens reſtituere tenetur *Bart. d. l. Vivius 2. opin. 35. Mindan. d. c. f. Coler.* ab initio pro noſtra ſententia diſputat in *d. c. 2. p. 1. proceſ.* in ſubſeqq. tamen à *n. 284.* contra nos differit. At ejus fundamentis & reſolutionibus cum videā abunde & ſolide eſſe à *Mindan. d. l. 1. c. 48. membr. 2. & 3. & 4.* ſatisfactum, de illis nihil agam:

agam: Et ſanè firmiter omnia non concludunt. Potiſſima ſunt de Regula cum nos verſemur in exorbitanti &exceptione.Nec enim ad conceſſionem hanc Marchæ deviniri volumus, niſi quando aliter jus noſtrū conſequi non poſſumus, ubi ne in damno ſimus repreſſaliæ inventæ, quibus Magiſtratum hactenus jus & juſtitiam adminiſtrare negantem impellimus, ut nocentem ad ſolvendum cogat & innocētem liberet. Nec eſt ſi excipias cum *Colero*, imò adhuc non eſſe etiam contra forenſes (quod tamen admitti in Imperio, ait *Gail. d. tr. d. pignor. obſ. 2.*) concedendas repreſſalias ob pacem publicam, nam nobis, inquit detinentibus forenſium bona illi viciſſim noſtrorū detinebunt, donec tandem bellum exoriatur, ex quo maximum damnum regionibus noſtris cadet, quod ut præcaveatur omnino non concedendas eſſe repreſſalias ſuadere conatur. *Coler. d. l.* Reſp. ad 1. concluditur à poſſe ad eſſe, & ab accidenti quod nos non conſideramus. 2. Non facilè ad arma deveniri ſolet, ſapientem enim omnia prius quàm armis experiri decet, *Terent.* maximè ſi non ſubſit juſta cauſa, *Dan. d. l. 7. polit. c. 3.* quæ hic omninò deeſt, quin nec juſta bella ſemper ſuſcipienda ſunt,

da ſunt, ſi quo alio pacto res componi poteſt, *vid. Auguſt. l. 19. d. civit. Dei. c. 7. 13.* Si maxime inferatur, nos qui fovemus cauſam juſtam quam Dominus ſemper juſtificat de victoria quæ à Domino *Proverb. 21. verſ. f.* dubitare non debemus. Nec eſt ſi inferas cum *Colero* id demum bellum juſtum eſſe, quod ex neceſſitate publica ad depellendam injuriam gentis vicinæ ſuſcipitur, *Coler. n. 288. & 291.* non etiam quod ex injuria privato illata *Coler. n. 289.* Reſp. Nam 1. neſcio an non ob privatam injuriam maximam bellum ab Imperatore poſſit indici. Sic enim ob ſtuprum *à Gabaonitis* concubinæ Levitæ illatum tribus Iſraëlis bellum indixit, *Jud. 14.* Sic David ultus eſt, injuriam Legatis ſuis factam ab Ammonitis *2. Samuel. 12.* 2. Quin Jus Marchæ eſt ſpecies belli juſti *Martin. Laud. d. repreſſal. Jacob. d. Canib. p. 1. nu. 14. Gail. d. obſ. 2. Mindan. d. l.* 3. Sit id veriſsimum, non tamen ferit, nec enim nos volumus, ut bellũ ſtatim ſuſcipiatur, ſi denegetur in cauſa quadam ab exteris juſtitia, ſed tantùm jus Marchæ damus: ubi ſi exteri ad arma deveniant licitè nos defendimus, eſt enim hactenus bellum neceſſarium. E. & juſtum *Titus Livius:* Ut enim pacem habere debet volun-

556

voluntas, ſic bellum neceſsitas *Auguſt. Epiſtol. 207. ad Bonifac.* 4. Et tandem cum ad conceſsionem repreſſaliarum, ſeu Marchę non deveniatur, niſi ſubſit gravis jactura & maximum damnum *Mind. c. 49. membr. 2. in pr. Guid. Pap. decis. 32. & con 200.* & verò per illam jacturam civium toti Reipub. quid decedat *Min. c. 48. membr. 2.* forſan non admodum impropriè ex cauſa publica concedentur repreſſaliæ etiam ob privatorum conceſſæ jacturam. Fuiſſet quid etiam de jure civili apponendum at inſtituti mei ratio & pagellarum anguſtia id non patitur.

QVÆSTIO II.

Quis concedere poteſt repreſſalias & Jus Marchæ?

HAc in quæſtione Dd. video eſſe varios. Alii enim conceſsionem repreſſaliarum ſeu Marchæ tribuunt ſoli ſummo Imperatori ſeu Regi in ditione, *Joh. Ferrar. in tit. forma libell. in act. realib. in gloſſ.* ſuper verb. jure Dominii vel quaſi *Bart. in tr. ſuo de repreſſ. q. 3. n. 4. & ſeqq. Guid. Pap. dec. 33. inf. & conſil. 175. Col. d. p. 1. proceſſ. c. 2. n. 280. pag.* (mihi) *87.* Alii poteſtatem

tribuen-

tribuendi jus Marchæ concedunt etiam unicuiq; Magiſtratui habenti liberam Reipub. adminiſtrationem, quomodo etiam municipia poterunt arreſta vel pignorationes permittere *Mindan. l. 1. proceſſ. c. 49. memb. 3.* Alii agnoſcunt, imò tutiùs eſſe, ut civitates municipales & Landſaſsii ſuum Principem aut Electorem aut Imperatorem, ſi immediatè Imperio Roman. ſubjecti prius requirant. Nos ut aliquo modo omnibus ſatisfaciamus: diſtinguimus inter jus & mores ſeu conſuetudines. De illo ſolius ſummi Imperatoris in Romano Imperio aut in aliis regionibus ſummi regis vel Magiſtratus conſenſu & autoritate arreſta & pignorationes fieri poſſe dicimus: ſit ratio. Bellum indicere nemo poteſt niſi ſummus Imperator *tit. C. ut armor. uſus inſcio l. 3. ad L. Juliam Majeſt.* Suſcipiendi belli authoritas atq; conſilium penes Principē eſt, *Auguſt.* contra *Fauſtum.* Si quis privatim ſine publico ſcito pacem bellumq; fecerit capitalis eſto; *Plato libr. 12. de ll.* & hodiè omnes Electores & ſtatus Imperii *Capitul. Cæſar. Schleidan. l. 1. hiſtor. circ fin.* At repreſſaliæ ſunt ſpecies belli juſti, *Martin. Laud. tract. repreſſ. num. 4. Jacob. à Canib. p. 1. num. 14. Mynſ. cent. 6. obſ. 1. Gail. d. obſerv.*

ſerv. 1.tract. de pignor. E. Quin ex quocunq; damnum redire poteſt ad totum Imperiū, id fieri debet cum Imperii vel ejus capitis conſenſu & autoritate. Atqui ex conceſſione repreſſaliarum & Juris Marchæ toti Imperio vel toti civitati damnum oriri poteſt, fac enim repreſſaliatis forenſibus per Imperium Romanum Reges alios viciſsim detinere ſubditos Imperii Romani, ibi tandem venietur ad diffædationes & tandem ad bellum quod communis pernicies Reipub. *Coler. d.p.1.c. 7.n.284.* ita docent *Guid. Papa d. deciſ.33.in f. Johan.Ferrar. d. l.Bart. d. preſſal. q. 3. n. 4. Coler. d.c. 2. d. nu. 280.* Idq; in tantum verum putat *Coler.* ut ne Imperii Romani Electoribus, qui tamen id in ſuo Imperio poſſunt, quod ſummus Imperator in Imperio Romano, *Roland. à Valle conſ. 4. n. 3. l. 3. Dauth. 1. teſtam. n. 36. Gail. 1. obſ. 21. num. 21.* arreſta & pignorationes permittat, *d. nu. 280.* Ad mores autem & conſuetudines, quod attinet de iis etiam Electores & alii Magiſtratus liberam Reipub. adminiſtrationem habentes marchā & preſſalias permittere poſſunt: (modo ſubſit juſta cauſa & jactura gravis *Guid. Papa d. decis. 32. & idem conſil. 175. ut & 209. Mindan. paſſim, Mynſing. 6. obſerv. 1.*) quo-

Tt modo

modo practicari notat *Guid. Pap. deciſ. 33. in f. Mindanus dict. cap. 49. membr. in f.* ubi tamen non diffitemur tutius & rectius agere Magiſtratus & Landſaſſios, ſi illas pignorationes cum autoritate proximè ſuperiorum faciant, *Mindan. d. l. in f.* ut enim aliàs abundans cautela non nocet, ſic nec hîc requiſita ſuperioris autoritas: & ſi malum ex illa marchæ conceſſione orietur minus erit in periculo & damno.

QVÆSTIO III.

Contra quos poſſunt concedi repreſſaliæ.

CUm laxatio marchæ ſeu conceſſio repreſſaliarum videatur eſſe remedium extraordinarium ſecundarium & odioſum contra jus commune. *c. ſi pignoratas de injur. & damn. dato in 6. Guid. Papa conſ. 175. num. 1 & conſ. 209.* illa non temerè erit, cedenda, pro cujus inſtructione cum non conparum faciat, contra quos illa laxatio marchæ ſit danda, jure quærimus contra quos repreſſaliæ concedi poſſint. Et quidem cum omnes homines, aut ſint in Imperio Romano & ejus defenſione, vel extra illud, an contra omnes illæ concedi

poſſint

poſſint paucis explicabimus. Et de his qui ſunt extra Imperium Rom. ejusq; tutelam, h. e. exteris non dubito. Repreſſaliæ enim dantur ob denegatam juſtitiam *Guid. Pap. deciſ. 23. memb. 1.* At exteri ſi negent juſtitiā alio modo nobis conſulere non poſſumus quàm per jus Marchæ. E. Quomodo ſi Hiſpanus vel Anglus mihi ad ingentem auri ſummam obſtrictus ceſſaret in ſolvendo & Magiſtratus illius loci ſæpius requiſitus jus & juſtitiam adminiſtrare recuſaret, rectè ab Imperatore vel meo Principe Jus Marchæ contra illius convicaneos impetro, *Damhud. in prax. crim. c. 98. n. 20. Bart. in d. tr. Jacob. de Canib. Mindan. d c. 49. memb. 5. Guid. Pap. deciſ. 32.* licet repreſſalias diſſuadere etiam quo ad exteros conetur *Coler. d c. 7. n. 284.* At fruſtra, ut eruditè oſtendit *Mindan. cap. 48 membr. 2. & 3* Major difficultas eſt quo ad ſubditos Imperii Romani & Landſaſſios, an contra illos Jus Marchæ impetrari poſſit. Et ſi ad apices juris attendimus, aut rem etiam ex Dd. traditionibus æſtimamus; neſcio an contra conterraneos & concives repreſſaliarum conceſſio poſsit probari: fortè *cap. 1. Nov. 52.* eſt ſatis evidens, ut & *text in l unic. C. ut nullus ex vican. ibique Azo: quos text. ne 1. q. b.*

Decuriæ adverſentur, de pignorationibus in Imperio Romano factis, cum *Giphan.* & *Dd. comm.* exaudio. Et ſanè verba in *d. c. 1. in Repub.* noſtra hanc interpretationem nō divinatoriam eſſe arguunt. *text. in l non debet de R. J. l. ſi quis in ſuo §. legis C. d. inoffic. teſt. Auth. ſed omninò C. ne uxor. pro. marit.* Quin ceſſante cauſa debet etiam ceſſare effectus, *l. adire 6. §. 2. d. Jur. Patron. c. ceſſante d. R. J. in 6. ubi latè Tiraquel. Weſemb. in Par. de his qui notant. infam. n. 3.* At cauſa juſta vera repreſſaliarum, quæ eſt juſtitiæ negatio & hujus probatio, *Innoc. c. olim. ext. de reſt. ſpol Cyn. in auth. habita. C. ne filius pro patr. Guid. d. conſil. Mind. d. c 49. mēbr. 1. in pr.* inter ſubditos Imperii Romani ceſſat. E. etenim, ut maximè hæc vel illa civitas hoc vel illud emporium nobiliſsimum & munitiſsimum, hic vel ille Elector aut Princeps requiſitus ſæpiùs jus & juſtitiam non faciat & facere etiam neget, non tamen ſtatim conqueri de juſtita denegata & à meo Principe vel communione impetrare repreſſalias contra convicanos illius Imperii vel Principis poſſum. Adhuc enim ſuperior Imperator, ſc. qui contra id oppidum promotoriales concedere poteſt & ſua autoritate jus & æquum tibi decer-

decernere *Gail.1. obſervat. 82.* Sic ergò quoties pro juſtitia poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem judicem, non debent laxari repreſſaliæ, *Bart. in d. t. q. 2. Bald. in Auth. & omninò Cod. ne uxor pro marito.* At ſi Emporium vel Princeps mihi deneget Jus & juſtitiam pro mea juſtitia habeo ad Imperatorem & ſtatus Imperii recurſum *p. 2. Ordin. Camer. t. 26.* E. quin ubi datur remediũ ordinarium ceſſat extraordinarium *l. in cauſæ. ff. d. Minorib. Bart. in l. in provinciali. §. ſi verò ff. de oper. nov. nunciat. Fachin. l. 3. controv. 98.* At hic præ repreſſaliis quæ ſunt remedium extraordinarium ſubſidiarium, contra jus *C. ſi pignorat. de injur. Guid. Pap. deciſ. 175. & 209. n. 1. Mindan. paſſ.* eſt ordinarium, Judicium Cameræ *p. 2. ordinat. Camer. t. 1. & p. 2. ordin. Camer. t. 26.* Ergò. Nec eſt ſi dixeris, requiſiti ſuperiorem non eſſe requirendum, ſed ad marchæ impetrationem ſufficere, ſi Magiſtratus debitoris jus & juſtitiam negèt. Nam id 1. controverſum. 2. & de jure requiſiti ſuperior omninò adeundus prius, *Guid. Pap. deciſ. 175. in pr. Mindan. d. c. 49. in pr.* unde hos inſtantiæ gradus obſervandos eſſe, ait *Bart. in tract. q. 2. n. 9.* 3. Et tantùm de moribus (quibus de jam non diſputo) requiſiti ſuperio-

rem non eſſe adeundum notat *Guido deciſ. 33. Mindanus l. 49 membr. 1.* quos ut probare poſſumus quo ad exteros (quibus in terminis, id docet *Guido Pap. d. l. & Mindan.*) ita quoad Imperii ſubditos admittere nullo modo propter *d. c. 1. Nov. 52. d. l. unic. C. ut nullus ex Vican. p. 2 ordinat. Camer. tit. 26.* Et cùm contra Magiſtratum non adminiſtrantem juſtitiam, poſsint decerni promotoriales in caſu negligentiæ *Mynſing. 3. obſervat. 57. & 5. obſ 82. n. 7.* aut proceſſus & citationes contra debitorem in caſu denegatæ juſtitiæ, *Mynſ. d. obſerv. 57.* Imò ad executionem juſtitiæ Magiſtratus inferior, condemnatione in pœnam mandati compelli, *Mynſing. 5. obſerv. 82. nu. 6.* fruſtra & temerarii erimus, ſi ad extraordinarium & ſubſidiarium illud remedium pervenerimus. Ut ut verò hæc ita ſe habeant de jure noſtro etiam noviſsimo *d. p 2. ordinat. Camer t. 26. Coler. d. p. c. 2.* nihilominus tamen ita invaluiſſe in Germania etiam, ut utamur repreſſaliis in eum qui nobiſcum in Imperio Romano degit, docet *Mindan. d. c. 49. membr. 5.* quod non arridet, *Gail. d. obſerv. 2.*

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

Quæ ſunt cauſæ juſtæ repreſſaliarum?

CUm in re magni momenti & magni præjud. ſine cauſa non ſit procedendum, & verò repreſſaliarum conceſsio ſit talis *Guido Papa. d. conſil. 175. n. 1.* ut quæ ſpecies belli *Martini Laudenſ. in d. tract. de repreſſ. nu. 4. Mynſing. cent. 6. obſ. 1. Gail obſ. 2. de pignorat.* non injuria jam de juſtis & legitimis repreſſaliarum cauſis quæro. Et illarum quidẽ alii Dd. plures alii pauciores ponunt. Explicatiſsimè illas recenſet *Mindam. L. 1. proceſſ. c. 49.* per ſingula membra. Prima & potiſsima eſt denegatio vel protractio juſtitiæ, ut deveniatur ad conceſſionem preſſaliarum ſeu Marchæ, *Guido Papa. dict. deciſ. 32. & 33. Idem conſil. 175. & conſil. 209. Mynſing. d. obſerv 11. Gail d. obſ. 2. in pr. Addit. ad Guid. Pap. in d. deciſ. 32. Mindan. d. c. 40. memb. 1. Coler. d. c. 2 n. 271.* modò illa fiat non tantùm à requiſito Magiſtratu, ſed requiſiti etiam ſuperiore, *Guid. Pap. d. deciſ. 32. Barſ. in d. ſuo tract.* quod poſterius tamen non requiri de ſtylo curiæ Parlam. Delphin. notat *Guid. Pap. d.*

dec.33. in pr. quod, ut dixi in repreſſaliis contra exteros, etiam in his terris admitti poteſt *Mind. d. memb. 1.* at non contra ſubditos Romanos ob *d. p. 2. t. 26. in pr. Ord. Cam.* Quod requiſitum, ut primum & neceſſarium ita liquido probandum, *Col. d. c. 2. d. 271.* At verò, cum in cauſa parvi præjudicii juſtitia vel denegari vel protrahi poſſit, ob eam verò repreſſalias concedi ſit incivile & temerarium prima cauſa ſola non ſufficit & ideò Dd requirunt, ut denegetur juſtitia in cauſa magna & læſione enormiſſima, *Guido Papa dict. deciſ. 31. & conſ. 175. in pr. Mindan. d. c. memb. 2.* nec enim pro re modica extraordinaria decerni ſolent remedia, *l. ſcio. de reſtit. in integr. l. ſi oleum. §. f. ff. de dolo.* At repreſſaliæ ſunt tale extraordinarium, *Guid. Pap. d l. Mind. d. l.* Ergô quomodo inſufficiens videtur *Coler. in 1. cauſa. acquieſcens.* 3. Ut cauſa qua indicitur protrahi juſtitia ſit legitima & non diſputabilis amplius poſt *Dambud. in prax. crim. c. 98. n. 11. Mindan. d. c. memb. 3.* Quomodo ſi cauſa dubia & perplexa varia diſputabilis, ut poteſt eſſe petitio hæreditatis, neque facilè repreſſaliæ impetrandæ neque temerè concedendæ. Læſus illas à ſummo Magiſtratu, *Bart. d. q. 3. Coler. d. c. 2. num. 280.* impe-

impetrare debet contra forenſem: Quod ut verum de Jure, ita de moribus fallit: Iis enim ſufficit, ſi à noſtro modo liberam adminiſtrationem habeat illas impetremus, *Mindan. d.c. 49. memb. 4.* Quibus omnibus ſic probatis & poſitis, poſſum ditiones, res & homines capi illius domini, qui juſtitiam facere recuſavit, *Bart. d. tr. Guid. Pap. d. deciſ. 32. n. 2. & d. conſ. in ſuo tract. de repreſſal. Mart. Laud. d. tract. Mynſ. 6. obſ. 1. Gail. d. obſ. 2. & paſſim Col. d. l. Mindan. à c. 47.* modò ſingularibus ſummi Principis vel etiam Jurisgent. privilegiis non ſint exemti, ut ſunt Legati, Studioſi, *Mind. d. c. 49. membr. 8.*

QVAESTIO V.

An Imperator concedens Juriſd. quo ad ſe privativè, *an verò* cumulativè *eum concedit?*

IMperator vel etiam alius ſuperior ſolet alicui nobili de ſe benè merito, hoc vel illud dominium, artem, civitatem, pagum, cum pertinentiis in Feud. darè, & inveſtituræ illam clauſulam apponere: Wollen

auch dich mit allen Gerichten Oberſt vnd Niederſt zugleich begnaden vnd belehnen. Quæritur an in tali dominio vel pago Imperator vel Elector habeat juriſdictionem ad ſe *privative*, an verò *cumulativè?* & quidem quæſtio habet inſignem utilitatem. Etenim ſi *privativè* ad ſe conceſſerit Imperator, nullos actus Judiciales in eo exercere poterit, non poterit teſtes ex eo vocare, non citare, non realiter capere, niſi per literas mutui compaſſus, aut requiſitionem Magiſtratus illius loci. Sic Conſiliarii cauſas graviores & pecunioſas alias ad inferiorem ſpectantes ad ſe revocare & de iis judicare non poterunt; contra tamen fiet ſi *cumulativè & poſitivè* Juriſdictionem eum conceſſiſſe dicamus? Nos jam tentabimus, an non *cumulativè* ad ſe conceſſerit juriſdictionem Imperator, quem inveſtiens cum clauſula: Wir wollen dich auch in ſolchem Gute/ Stad oder Schloß mit allen Nider vnd Obergerichten zugleich begnaden vnd belehnen. Et ita ſanè viſum *gloſ. in cap. fin. per totum de foro competent: Ludovic. Roman. conſil. 393 Afflict. in cap. unic. §. poteſtas. num. 15. quæ ſint regal. in uſibus F. Jaſon. in l. quod in §. ſi quid poſt. d. legat. 1. Morla in Empor.*

Jur.

Jur. tit. de juriſdict. omn. judic. in præmiſſ. num. 11. Gail. 1, obſervat. 98. num. 2. Ruland. 1. de commiſſ. 5. c. 3. num 25. Weſembec conſil 97. num. 2. Dd. commun. in c. paſtoralis d. offic. ordin. Et hanc ſententiam eſſe communem teſtatur *Roland. conſil. 80. text. in c. licet in verbis: qui tamen omnium Eccleſ. mater erit, d. for. comp.* ibique *gl. c. cuncta 3. q. 9. c. ut rerum de appellat. clar. text. in c. dudum. d. præbend. in 6.* Ex quo ſic: ſi remanſit apud concedentem. E. ibi erit poſitivè ſive cumulativè, non abdicativè. At remanſit *d. c. dudum.* E. Quin ratione domicilii & patriæ noſtræ ſortimur forum, competens *d. c. licet f. in dict. pr foro competent. ibique gloſſ. l. 19. §. final. ff. Juriſdict Donell. 17. comm. 12. in pr.* Atqui verò Roma eſt communis patria, *l. Roma. 33. ff. ad municipal. gloſſ. in d. c f.* unde etiam olim debitores Romę deprehenſi rectè conveniebantur *l. 2. § 4 5. d. Judic.* & cõmune domicilium *Donell. d. l.* E. ibi omnes ſortimur forum competens. E. Roma habebit Juriſdictionem in omnes Romani Imperii ſubditos non *privativè* ſed *cumulativè.* Nec eſt, ſi dicas hodie jam Romam deſiiſſe eſſe communem patriam & commune domicilium & ſic jam hoc argumentum

tum fallere. Nam cum ſedes Imperialis ſucceſſerit in locum Romæ & commune domicilium faciat, ſi modò vera quæ notat *Kling. ad c. ult. n. 3. extr. de foro comp.* adhuc argumentum hoc procedet. Ad hæc ita argumentando pergo: Quicunque aliquo in territorio abſque omni requiſitione, actus juriſdictionis exercet, ibi habet juriſd. *cumulativè arg. l. f. ff. de juriſd.* Abſque hac enim illi actus nunquam expediuntur in alieno territorio *ns* forſan per ſubſidium juris *l. 1. §. 1. de exhib. reis l. 7. de cuſtod. reorum Clement. Paſtor. de re judicat.* At verò Imperator actus jurisdictionales in ditionibus, arcibus, dominiis, in Imperio Romano quæ Electoribus, Ducibus, Baronibus dedit in Feudum *c. 7. aureæ Bull. capit. Cæſar. Schleidan. l. 1. in f.* exercet E. Citare enim cauſas avocare, citationem exequi ſunt juriſdictionis, *Guid. Pap. deciſ. 275. nu. 2. Airer. in proceſſ. p. 1. c. 3. obſ. 2. n. 6. Socinus d. citat. art. 4. n. 6.* unde vocatus ab eo, qui nullam habet in ſe juriſdictionem impunè ejus citationem ſpernere poteſt ſecundum tradita *à Landfranco ad Orianum ad c. quoniam c. 1. n. 1. Gail. 1. obſerv. 48. n. 1. Gœdd. ad c. 1. n. 13. extr. de ſequeſtrat.* niſi forſan ciet per ſubſidium juris *d. l. 7. d. cuſto. reor.*

Atqui

Atqui verò Imperator noſter ex omnibus Ditionibus, Ducatibus, Baronatib. Dominiis, quæ ſunt in Imperio Rom., aut de quibus inveſtivit alios *d. cap. 7. Aur. Bullæ* abſq; ſubſidio juris aut literis mutui compaſſus citat. citationem exequitur, edicta affigit, teſtes evocat & alios juriſdictionis actus exercet, *l. 26. §. fin. ex quib. cauſ. major. l. 2. §. legat. ff. de Judic. c. fin. ubi gloſ. 3. for. compet. Reuber. de teſtib. Gail. 1. obſ. 98. n. 2. Weſemb. in conſ. 97. in pr.* E. citat & citationem exequitur, &c. Vi juriſdictionis. E. & aliquam in iis adhuc habebit: & per conſequens concedens dominium aliis in Feudum cum clauſula illa: **Wir wollen dich auch mit allen Ober vnd Niedergerichten in denſelben begnaden vnd belehnen** / ad ſe juriſdictionem non *abdicativè* ſeu *privativè* ſed *cumulativè* conceſſit. Quin privatio non eſt cauſa alicujus poſitionis *Scalig. Exercit. 65. Sect. 2.* nec negatio, ut eſt privatio, ponit ſed tollit *Heſſelb. in theoria Logic.* At Imperator dominiis conceſſis aliis in Feudum habet poſitiones actuum Juriſdictionalium. E. ad ſe non *privativè*, ſed *cumulativè* conceſſit juriſdictionem. Nec eſt ſi dixeris, etiam alios Magiſtrat. & Judices ex aliis territoriis citare

Decuriæ adverſentur, de pignorationibus in Imperio Romano factis, cum *Giphan.* & *Dd. comm.* exaudio. Et ſanè verba in *d. c. 1. in Repub.* noſtra hanc interpretationem nō divinatoriam eſſe arguunt. *text. in l non debet de R. J. l. ſi quis in ſuo §. legis C. d. inoffic. teſt. Auth. ſed omninò C. ne uxor. pro marit.* Quin ceſſante cauſa debet etiam ceſſare effectus, *l. adire 6. §. 2. d. Jur. Patron. c. ceſſante d. R. J. in 6. ubi latè Tiraquel. Weſemb. in Par. de his qui notant. infam. n. 3.* At cauſa juſta vera repreſſaliarum, quæ eſt juſtitiæ negatio & hujus probatio, *Innoc. c. olim. ext. de reſt. ſpol. Cyn. in auth. habita. C. ne filius pro patr. Guid. d. conſil. Mind. d. c 49. mēbr. 1. in pr.* inter ſubditos Imperii Romani ceſſat. E. etenim, ut maximè hæc vel illa civitas hoc vel illud emporium nobiliſsimum & munitiſsimum, hic vel ille Elector aut Princeps requiſitus ſæpiùs jus & juſtitiam non faciat & facere etiam negèt, non tamen ſtatim conqueri de juſtita denegata & à meo Principe vel communione impetrare repreſſalias contra convicanos illius Imperii vel Principis poſſum. Adhuc enim ſuperior Imperator, ſc. qui contra id oppidum promotoriales concedere poteſt & ſua autoritate jus & æquum tibi decer-

decernere *Gail.1. obſervat. 82.* Sic ergò quoties pro juſtitia poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem judicem, non debent laxari repreſſaliæ, *Bart. in d. t. q. 2. Bald. in Auth. & omninò Cod. ne uxor pro marito.* At ſi Emporium vel Princeps mihi deneget Jus & juſtitiam pro mea juſtitia habeo ad Imperatorem & ſtatus Imperii recurſum *p. 2. Ordin. Camer. t. 26.* E. quin ubi datur remediũ ordinarium ceſſat extraordinarium *l. in cauſæ. ff. d. Minorib. Bart. in l. in provinciali. §. ſi verò ff. de oper. nov. nunciat. Fachin. l. 3. controv. 98.* At hic præ repreſſaliis quæ ſunt remedium extraordinarium ſubſidiarium, contra jus *C. ſi pignorat. de injur. Guid. Pap. deciſ. 175. & 209. n. 1. Mindan. paß.* eſt ordinarium, Judicium Cameræ *p. 2. ordinat. Camer. t. 1. & p. 2. ordin. Camer. t. 26.* Ergò. Nec eſt ſi dixeris, requiſiti ſuperiorem non eſſe requirendum, ſed ad marchæ impetrationem ſufficere, ſi Magiſtratus debitoris jus & juſtitiam negèt. Nam id 1. controverſum. 2. & de jure requiſiti ſuperior omninò adeundus prius, *Guid. Pap. deciſ. 175. in pr. Mindan. d. c. 49. in pr.* unde hos inſtantiæ gradus obſervandos eſſe, ait *Bart. in tract. q. 2. n. 9.* 3. Et tantùm de moribus (quibus de jam non diſputo) requiſiti ſuperio-

 rem

rem non eſſe adeundum notat *Guido deciſ. 33. Mindanus l. 49 membr. 1.* quos ut probare poſſumus quo ad exteros (quibus in terminis, id docet *Guido Pap. d. l. & Mindan.*) ita quoad Imperii ſubditos admittere nullo modo propter *d c. 1. Nov. 52. d. l. unic. C. ut nullus ex Vican. p. 2 ordinat. Camer. tit. 26.* Et cùm contra Magiſtratum non adminiſtrantem juſtitiam, poſsint decerni promotoriales in caſu negligentiæ *Mynſing. 3. obſervat. 57. & 5. obſ 82. n. 7.* aut proceſſus & citationes contra debitorem in caſu denegatæ juſtitiæ, *Mynſ. d. obſerv. 57.* Imò ad executionem juſtitiæ Magiſtratùs inferior, condemnatione in pœnam mandati compelli, *Mynſing. 5. obſerv. 82. nu. 6.* fruſtra & temerarii erimus, ſi ad extraordinarium & ſubſidiarium illud remedium perveneſimus. Ut ut verò hæc ita ſe habeant de jure noſtro etiam noviſsimo *d. p 2. ordinat. Camer t. 26. Coler. d. p. c. 2.* nihilominus tamen ita invaluiſſe in Germania etiam, ut utamur repreſſaliis in eum qui nobiſcum in Imperio Romano degit, docet *Mindan. d. c. 49. membr. 5.* quod non arridet, *Gail. d. obſerv. 2.*

QVÆ-

560

QVÆSTIO IV.

Quæ ſunt cauſæ juſtæ repreſſaliarum?

CUm in re magni momenti & magni præjud. ſine cauſa non ſit procedendum, & verò repreſſaliarum conceſsio ſit talis *Guido Papa. d. conſil. 175. n. 1.* ut quæ ſpecies belli *Martini Laudenſ. in d. tract. de repreſ. nu. 4. Mynſing.cent.6.obſ.1.Gail obſ.2. de pignorat.* non injuria jam de juſtis & legitimis repreſſaliarum cauſis quæro. Et illarum quidē alii Dd. plures alii pauciores ponunt. Explicatiſsimè illas recenſet *Mindam. L. 1. proceſſ. c. 49.* per ſingula membra. Prima & potiſsima eſt denegatio vel protractio juſtitiæ, ut deveniatur ad conceſſionem preſſaliarum ſeu Marchæ, *Guido Papa. dict. deciſ 32. & 33. Idem conſil. 175. & conſil. 209. Mynſing. d obſerv 11. Gail d.obſ.2. in pr. Addit. ad Guid Pap. in d. deciſ 32. Mindan. d. c. 40. memb. 1. Coler. d. c. 2 n. 271.* modò illa fiat non tantùm à requiſito Magiſtratu, ſed requiſiti etiam ſuperiore, *Guid. Pap. d. deciſ. 32. Bart. in d. ſuo tract.* quod poſterius tamen non requiri de ſtylo curiæ Parlam. Delphin. notat *Guid. Pap. d.*

dec.33. in pr. quod, ut dixi in repreſſaliis contra exteros, etiam in his terris admitti poteſt *Mind. d. memb. 1.* at non contra ſúbditos Romanos ob *d. p. 2. t. 26. in pr. Ord. Cam.* Quod requiſitum, ut primum & neceſſarium ita liquido probandum, *Col. d. c. 2. d. 271.* At verò, cum in cauſa parvi præjudicii juſtitia vel denegari vel protrahi poſſit, ob eam verò repreſſalias concedi ſit incivile & temerarium prima cauſa ſola non ſufficit & ideò Dd requirunt, ut denegetur juſtitia in cauſa magna & læſione enormiſſima, *Guido Papa dict. deciſ.31. & conſ.175. in pr. Mindan. d. c. memb.2.* nec enim pro re modica extraordinaria decerni ſolent remedia, *l. ſcio. de reſtit. in integr. l. ſi oleum. §. f. ff. de dolo.* At repreſſaliæ ſunt tale extraordinarium, *Guid. Pap. d l. Mind. d.l.* Ergò quomodo inſufficiens videtur *Coler. in 1. cauſa. acquieſcens.* 3. Ut cauſa qua indicitur protrahi juſtitia ſit legitima & non diſputabilis amplius poſt *Dambud. in prax. crim. c. 98. n. 11. Mindan. d. c. memb. 3.* Quomodo ſi cauſa dubia & perplexa varia diſputabilis, ut poteſt eſſe petitio hæreditatis, neque facilè repreſſaliæ impetrandæ neque temerè concedendæ. Læſus illas à ſummo Magiſtratu, *Bart. d. q. 3. Coler. d. c. 2. num. 280.* impe-

impetrare debet contra forenſem: Quod ut verum de Jure, ita de moribus fallit: Iis enim ſufficit, ſi à noſtro modo liberam adminiſtrationem habeat illas impetremus, *Mindan. d.c. 49. memb. 4.* Quibus omnibus ſic probatis & poſitis, poſſum ditiones, res & homines capi illius domini, qui juſtitiam facere recuſavit, *Bart. d. tr. Guid. Pap. d. deciſ. 32. n. 2. & d. conſ. in ſuo tract. de repreſſal. Mart. Laud. d. tract. Mynſ. 6. obſ. 1. Gail. d. obſ. 2. & paſſim Col. d. l. Mindan. à c. 47.* modò ſingularibus ſummi Principis vel etiam Jurisgent. privilegiis non ſint exemti, ut ſunt Legati, Studioſi, *Mind. d. c. 49. membr. 8.*

QVAESTIO V.

An Imperator concedens Juriſd. quo ad ſe privativè, *an verò* cumulativè *eum concedit?*

IMperator vel etiam alius ſuperior ſolet alicui nobili de ſe benè merito, hoc vel illud dominium, artem, civitatem, pagum, cum pertinentiis in Feud. darè, & inveſtituræ illam clauſulam apponere: Wollen

auch dich mit allen Gerichten Oberſt vnd Niederſt zugleich begnaden vnd belehnen. Quæritur an in tali dominio vel pago Imperator vel Elector habeat juriſdictionem ad ſe *privativè*, an verò *cumulativè?* & quidem quæſtio habet inſignem utilitatem. Etenim ſi *privativè* ad ſe conceſſerit Imperator, nullos actus Judiciales in eo exercere poterit, non poterit teſtes ex eo vocare, non citare, non realiter capere, niſi per literas mutui compaſſus, aut requiſitionem Magiſtratus illius loci. Sic Conſiliarii cauſas graviores & pecunioſas alias ad inferiorem ſpectantes ad ſe revocare & de iis judicare non poterunt; contra tamen fiet ſi *cumulativè & poſitivè* Juriſdictionem eum conceſſiſſe dicamus? Nos jam tentabimus, an non *cumulativè* ad ſe conceſſerit juriſdictionem Imperator, quem inveſtiens cum clauſula: **Wir wollen dich auch in ſolchem Gute/ Stad oder Schloß mit allen Nider vnd Obergerichten zugleich begnaden vnd belehnen.** Et ita ſanè viſum *gloſſ. in cap. fin. per totum de foro competent: Ludovic. Roman. conſil. 393. Afflict. in cap. unic. §. poteſtas. num. 15. quæ ſint regal. in uſibus F. Jaſon. in l. quod in §. ſi quid poſt. d. legat. 1. Morla in Empor.*

Jur.

Jur. tit. de juriſdict. omn. judic. in præmiſſ. num. 11. Gail. 1. obſervat. 98. num. 2. Ruland. 1. de commiſſ. 5. c. 3. num 25. Weſembec conſil 97. num. 2. Dd. commun. in c. paſtoralis d. offic. ordin. Et hanc ſententiam eſſe communem teſtatur *Roland. conſil. 80. text. in c. licet in verbis: qui tamen omnium Eccleſ. mater erit, d. for. comp.* ibique *gl. c. cuncta 3. q. 9. c. ut rerum de appellat. clar. text. in c. dudum. d. præbend. in 6.* Ex quo ſic: ſi remanſit apud concedentem. E. ibi erit poſitivè ſive cumulativè, non abdicativè. At remanſit *d. c. dudum.* E. Quin ratione domicilii & patriæ noſtræ ſortimur forum competens *d. c. licet f. in dict. pr. foro competent. ibique gloſſ. l. 19. §. final. ff. Juriſdict Donell. 17. comm. 12. in pr.* Atqui verò Roma eſt communis patria, *l. Roma. 33. ff. ad municipal. gloſſ. in d. c f.* unde etiam olim debitores Romę deprehenſi rectè conveniebantur *l. 2. § 4 5. d. Judic.* & cōmune domicilium *Donell. d. l.* E. ibi omnes ſortimur forum competens. E. Roma habebit Juriſdictionem in omnes Romani Imperii ſubditos non *privativè* ſed *cumulativè*. Nec eſt, ſi dicas hodie jam Romam deſiiſſe eſſe communem patriam & commune domicilium & ſic jam hoc argumentum

tum fallere. Nam cum ſedes Imperialis ſucceſſerit in locum Romæ & commune domicilium faciat, ſi modò vera quæ notat *Kling. ad c.ult. n.3. extr. de foro comp.* adhuc argumentum hoc procedet. Ad hæc ita argumentando pergo: Quicunque aliquo in territorio abſque omni requiſitione, actus juriſdictionis exercet, ibi habet juriſd. *cumulativè arg. l. f. ff. de juriſd.* Abſque hac enim illi actus nunquam expediuntur in alieno territorio *ns* forſan per ſubſidium juris *l. 1. §. 1. de exhib. reis l. 7. de cuſtod. reorum Clement. Paſtor. de re judicat.* At verò Imperator actus jurisdictionales in ditionibus, arcibus, dominiis, in Imperio Romano quæ Electoribus, Ducibus, Baronibus dedit in Feudum *c. 7. aureæ Bull. capit. Cæſar. Schleidan. l. 1. in f.* exercet E. Citare enim cauſas avocare, citationem exequi ſunt juriſdictionis, *Guid. Pap. deciſ. 275. nu. 2. Airer. in proceſſ. p. 1. c. 3. obſ. 2. n. 6. Socinus d. citat. art. 4. n. 6.* unde vocatus ab eo, qui nullam habet in ſe juriſdictionem impunè ejus citationem ſpernere poteſt ſecundum tradita *à Landfranco ad Orianum ad c. quoniam c. 1. n. 1. Gail. 1. obſerv. 48. n. 1. Gœdd. ad c. 1. n. 13. extr. de ſequeſtrat.* niſi forſan ciet per ſubſidium juris *d. l. 7. d. cuſto. reor.*

Atqui

563

Atqui verò Imperator noſter ex omnibus Ditionibus, Ducatibus, Baronatib. Dominiis, quæ ſunt in Imperio Rom., aut de quibus inveſtivit alios *d. cap. 7. Aur. Bullæ* abſq; ſubſidio juris aut literis mutui compaſſus citat. citationem exequitur, edicta affigit, teſtes evocat & alios juriſdictionis actus exercet, *l. 26. §. fin. ex quib. cauſ. major. l. 2. §. legat. ff. de Judic. c. fin. ubi gloſ. 3. for. compet. Reuber. de teſtib. Gail. 1. obſ. 98. n. 2. Weſemb. in conſ. 97. in pr.* E. citat & citationem exequitur, &c. Vi juriſdictionis. E. & aliquam in iis adhuc habebit: & per conſequens concedens dominium aliis in Feudum cum clauſula illa: **Wir wollen dich auch mit allen Ober vnd Niedergerichten in denſelben begnaden vnd belehnen** / ad ſe juriſdictionem non abdicativè ſeu *privativè* ſed *cumulativè* conceſſit. Quin privatio non eſt cauſa alicujus poſitionis *Scalig. Exercit. 65. Sect. 2.* nec negatio, ut eſt privatio, ponit ſed tollit *Heſſelb. in theoria Logic.* At Imperator dominiis conceſſis aliis in Feudum habet poſitiones actuum Juriſdictionalium. E. ad ſe non *privativè*, ſed *cumulativè* conceſſit juriſdictionem. Nec eſt ſi dixeris, etiam alios Magiſtrat. & Judices ex aliis territoriis citare

tare teſtes evocare &c. Id n. dico *Ar*, in modo eſt diverſitas maxima. Inferiores ſiquidem Magiſtratus citant quidem & teſtes evocant ex alienis territoriis, ſed per literas mutui compaſſus, ita ſcilicet ut ordinarius loci vel eos examinet vel ſaltem permittat, judicem cauſæ teſtes examinare, *l. 17. C d. fid. inſtrum. Nov. 1. 9. c. & quoniã 5.* aut ſubſidium Juris *d. l. 7. l. 1. §. 1. Weſemb. d. l.* Imperator verò noſter abſq; omni requiſitione & citra ſubſidium Juris Citat. teſtes evocat *d. l. 26. §. f. Jaſon. in l fin. n. 24. ff. de juriſd. Gail. d. l. 1. obſerv. 98. n. 2.* etiam reluctantibus aliquibus Imperii ſtatibus *Gail. d. n. 2. in f.* E. & cum *Gail. & Weſemb.* Juriſdictionem Imperatoris optimè cognitam habuerint, in eorum ſententiæ acquieſcere malo, quàm cum *Coler. part. 2. c. 2. in f. diſſentire.* Nec etiam ſcio an limitationem *Morlæ in præmiſſ. lit. d. juriſdict. omni: judic. nu. 11.* admittere poſſim, ubi tradit Juriſdictionem intelligi conceſſam *privativè*, ſi in titulum patrimonii cõceſſa ſit, quomodo etiam *Felin in d. c. paſtoralis limit. 6. Decianus reſponſ. 35. n. 60. l. 2.* docet: *cumulativè* autem ſi in tit. officii, *Morla d. n. 11.* & ita *Coler.* etiam *d. l.* diſtinguit, Electoratus, Ducatus, &c. quippe

Electo-

Electoribus ſunt conceſſi ab Imperio in tit. patrimonii, *c.7. Aur. Bull. Schleid. l 1. circ. f.* At & in iis actus juriſdictionis exercet ex iis citat, &c. *Gail. d obſerv. 98. n. 2 Reuber. d. l. Weſemb. d. conſil. 97. n. 2. & 3.* E. & ibi habet juriſdictionem. Ergò ſi maximè Juriſdictio in titulum patrimonii ſit conceſſa, *cumulativè* tamen non *abdicativè* intelligetur conceſſa. E. non ſubſiſtere videtur modò dicta diſtinctio. Allegat *Morla. c. Imperialem cap. f. de prohib. alien. F. per Frideric 2. F. 25.* At nihil probat. Et à noſtra ſententia non diſcedit Saxon qui *l. 3.* Landr. *art. 60. v.* In welche Stadt / indiſtinctè inquit, das in welch Land der Käyſer kömpt / ſol jhm das Gericht ledig ſeyn / alſo daß er daſelbſt alle Klagen richten mag / die für jhn kommen / facit *art. 26. p 2. ordin. Camer.* nec *art. 7. 15 27. d. p ordin. Cam.* obſtat, ſed potius pro noſtra ſententia poteſt induci, ut in cõflictu tentabimus.

QVÆSTIO VI.

Reus ſi ad reſpondendũ vocatus in termino non compareat, condemnari ſolet in die

Ehe-

Ehehafft / *actore ejus contumaciam accuſante*, Muller. 4. Semeſtr. 42. *Quæritur E. ſi literas mittat ad Judicem, & in iis legitimum impedimentum*, Die Ehehaffte Noht *alleget, an reus effugiat condemnationem*, in die Ehehafft/oder biß an die Hülffe.

REus, quando in termino vel per ſe vel per procuratorem non comparet actore ipſius contumaciam accuſante, condemnat eum Judex in die Ehehafft. *Fachſ. different. 39. Reinhard. different. 38. Muller. d. l. in pr.* quia tamen iniquum quem non comparentem ob legitimas cauſas condemnari, ideò Jus noſtrum certas cauſas, So Ehehafft Noht heiſſen / Landr. *l. 2. art. 7. in pr. Muller. d. l.* recipit, ob quas quis condemnationem in die Ehehafft oder in die Hülffe effugere poteſt, modò illas alleget, *d. art. 7. Muller. d. l. 7.* Quæritur E. jam, an non

non condemnetur in die Ehehafft/ ſi in literis ad Judicem miſſis cauſas ſuæ abſentiæ juſtas alleget? Et qnin reus non incurrat pœnam contumaciæ nuncium mittens & per eum cauſas abſentiæ ſuæ allegans, ſed dentur induciæ uſq; ad terminum judicialem ſequentem, biß an das nechſte Geding/ ſi modò impedimentum per eum rectè demonſtretur cautum diſertè *lib. 2. art. 7. in pr.* ubi *Saxo* inquit, Welcher eine dieſer 4. Sachen (quæ verba tamen incluſivè intelligenda: *gl. in d. art. 7. n. 5. & in art. 24. d. l. n. 3.*) Denn man jrret/ daß er zum Gedinge nicht kömpt/ were ſie beweiſt/ als recht iſt/ von einen ſeinen Nöhten/ wer der ſey/ er bleibet es ohn Schaden/ vnd gewinnet des Tages biß an das neheſte Geding/ nach dem er nach der Ehehafft Noht ledig wird/ *text. in art. 24. §.* Doch ſo man einen: per nuncium. E. allegato impedimento Ehehaffte Noht/ & ut juris eſt, demoſtrato effugit reus non comparens condemnationem, in die Ehehafft oder in die Hülffe/ modò nuncius habeat ſpeciale mandatum ad jurandum, ita ut Dominus conſtituerit eum ad jurandum dicere veritatem in animam ſuam, ubi per nuncium tanquam organon ipſe dominus videtur jurare *Zobel, in d. art. 7.*

in addit. ad gloſſ. in verbo. Wird ſie beweiſet/ (quo de mandato quidem ſpeciali nihil diſponitur *in d. art. 7.* at cum jus commune ſpeciale mandatum exigat ad jurandum, *c. quo ad d. Procurat. in 6.* Et verò in quo jus municipale nihil diſponat id regulis juris communis relinquatur, *l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſth.* jure & in hoc nuncio ſpeciale mandatum ad jurandum videmur requirere) & nuncius juret, Daß Beklagter wegen Ehehaffte Noht p. wegen Leibes Schwachheit *d. art. 7. gloſſ. n. 2.* zu dieſem Gedinge nicht habe kommen können/ & actor nuncii juramentum acceptet: (in actoris id enim eſt arbitrio *gloſ. Germ. in art. 7. n. 6.*) qui ſi rejiciat illud, condemnari quidem poteſt reus in pœnam contumaciæ, ita tamen, ut audiatur, probans ſuum impedimentum. Hæc ita expedita, ſi reus non comparens per nuncium, Die Ehehaffte Noht allegat *d. art. 7.* Landr. *L. 2. ibiq; gloſ. n. 6. &* Lehnrecht. *art. 21. §.* Doch ſo man: major autem difficultas, an itidem effugiat condemnationem in die Ehehafft/ ſi miſſis literis ad Judicem ſuæ abſentiæ cauſas allegat, ſeq; excuſari & negotium differri, Biß an das neheſte Gedinge/ nach dem er von der Ehehaffte Noht ledig extitt petat. Et talem

Reum

Reum optimo jure condemnari uſq; in die Ehehafft/ notat *Dan. Muller d.l.4.c. 42.poſt. princ.* in tantum, ut neq; leuteratione interpoſitâ ſententiã reformari corrigiq; petens audiatur. *Muller. d. l.* Et ſic in Judicio curiali Lipſenſi, quem in literis allegantem, die Ehehaffte Noht condemnatum in pœnam contumaciæ fuiſſe, non attenta etiam ejus interpoſita leuteratione, ex aliis didici. Et ſanè cum Jus ſtatutarium & municipale præcisè requirat nuncium allegantem impedimentum juſtum, illudque ut juris eſt, demonſtrantem, at verò in tali Jure verba potiſſimùm conſiderentur *Gail. 2. obſerv. 33. in pr.* & tantùm intelligatur ſtatutum, quantum loquitur *Roland. conſ. 72. num 51. volum 3.* liquet mittentem literas & in iis abſentiæ Ehehaffte Noht allegantem juri Saxonico non ſatisfacere. E. rectè videtur condemnari in die Ehehafft/ quin argumento *dict. art. 7. l. 2.* Landr. ita jure decidi & reſponderi, ſic probo. Omnis conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica non per æquipollens, *l qui heredi, ubi Dd. ff. condit. & demonſtr.* Atqui verò jure municipali non comparens vel per ſe vel per procuratorem excuſatur &

non condemnatur in die Ehehafft ſub conditione, ſi mittat nuncium & per eum Seine Ehehaffte Noht alleget & legitimè demonſtret, id quod verba ipſa *d. art. 7.* important & ſuadent, ſic enim inquit *Sax.* Und ſie beweiſt als recht iſt/ vor einen ſeinen Bothē wer er ſey/ eher bleibet es ohne Schaden. E. per nuncium allegare impedimentum debet. E. per liter. allegans, ut formæ jur. municip. requirentis nuncium, non ſatisfaciens non audiendus. Et ita ut dixi Wit. per lit. ſe excuſantem in contumaciā condemnant, neq; per leuterationem interpoſitam, ſententiam corrigunt, *Muller. d. c. 42.* Tantum ſi ad ipſum Electorem, ita in die Ehehaffte Noht condemnatus appellet, & Conſiliarii appellationum ex actis cognoſcant, ejus cauſam eſſe bonam, illam ſententiam corrigunt & cauſam illam in collegio appellationum retinent, illamq; definiunt, ſic pronunciantes Das der Materialen halben aus den Acten ſo viel zu befinden/ das Beklagter auff erhobene Klage auff ander weit vorgehēde gebürliche Ladung vor uns zu antworten billich zugelaſſen wird/ uti refert *Muller, d. c. 42.* & ita etiam Camerales videntes

dentes benè appellatum & malè judicatum in ſententia interlocutoria totam cauſam apud ſe retinent & de ea cognoſcunt, ut docet *Gail. l. 1. obſ. 131. in pr.*

QVÆSTIO VII.

An Sponſus Sponſam ſuam in mãmis lac habere animadvertens vitiatam dicere poteſt, & ideò ad matrimonii receſsionem agere?

SI Sponſa ſit vitiata & Sponſus, ut illi cohabitet, perſuaderi nequeat, majoris mali evitandi gratia, matrimonium reſcindi ſolet *Luther. in lib. de cauſ. matrim. art. 4.* §. In dieſem Artickel. *Schneidw. p. 4. de div. n. 59. & ſeq. Arum. diſp. Juſtin. 2. q. 15.* quomodo etiam Conſiſtoriales pronunciant; *Schen. d. l.* Quæritur ergò: An Sponſus in Sponſæ mammis lac deprehendens eam, ut vitiatam repudiare & ideò ad matrimonii reſciſſionem agere poſſit. Vidimus aliquos minus honeſtè de pulchris & blandis puellis ſentire, ita ut (neſcio quo afflati Spiritu) indiſcreti, (indiſcreti admodum ipſi,)

ipſi,) hoc ob ſignum de ipſarum pudicitia dubitare (mollius loquar quàm ipſi) ſoleant, ex quibus, ſi hujus noſtri quæſtionis deciſionem peteremus haud dubie puellã ob lac in mammis corruptam eſſe, & ideò repudiandam minus deliberatè reſpondebunt, maximè cum pro ſe habeant judiciũ vulgi colligentis. Habet lac. E. peperit aut eſt corrupta. Idq; eo magis, ſi etiam doctos ob lactis generationem malè de puellis ſętire ſenſerint, *Hipp. l. d. morb. mulier & l. de natur. homin. Ariſt. l. d. hiſtor. animal. Melancht. l. 4. Bl. in tr. de ſignis Bocerus in tr. d. quæſt. & tortura. c. 3. nu 18.* At nos qui optima & pudiciſſima quæq; de puellis nobis pollicemur, videbimus, an non pro virgine & ſic matrimonio ſit reſpondendum, diſtinctè tamen. Puto enim referre an puella aliàs ſemper fuerit honeſta & pudica, an v. propter converſationes crebriores cum adoleſcentulis vel viris aliquomodo ſit diffamata. Hoc caſu, ut marito Sponſo permittimus diligentiùs inquirere in pudicitiam & qualitatem virginis Sponſæ, ſi lac in mammis ejus deprehendat, ita ob hoc ſolum Sponſum Sponſam vitiatam dicere poſſe ob dicenda negamus, quin quando ſcit eam eſſe puellam admodum applica-

bilem

bilem & libentius cum adoleſcentulis vivere conſueviſſe & nihilominus eam in uxorem ducit ejus mores ac virginitatem libatam etiam approbare cenſetur, *l. 13. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. l. 47. ff. ſolut. matrim.* Priori caſu ſemper optima de puella, licet lac generarit, ſentiendum, in dubio quippe quælibet perſona bona & honeſta præſumitur, *c. dudum extr. de præſumpt. l. cum pater. §. rogo. ff. de legat. 2. gloſſ. in l. fin. ff. quod metus cauſ.* At hic ob lactis generationem aliquomodo in dubio ſumus conſtituti. E. præſumitur bona & honeſta. E. ob lactis generationem ſolam eam, ut vitiatam repudiare non poterit. Et in tantum pro qualitate illa præſumitur, ut non neceſſe ſit illam virginem probare, *arg. eorum. quæ habet Alciatus in tract. de præſumt. reg. 3. præſumpt. 1. & 2. Pacian. d probat. l. 1. c. 53. nu. 3.* Nec eſt, ſi dixeris illam præſumtionem elidi & extingui propter lac in mammis virginis generatum, quod ſignũ defloratæ & corruptæ puellæ ſit, *Philipp. Melancht. d. l. Ariſt. d. l. d. hiſtor. animal. Duaren. ad tit. de probat. c. 3.* Etenim cum lac ſit ex cauſis naturalibus, quæ in puellis incorruptis æquè dari poſſunt abſq; omni defloratione & impregnatione ac in ipſis

 fœminis

fœminis gravidis *Hyppoc. l. 5. aphoris. 39. Phyſici communiter:* cur ob ſolam lactis generationem virginem dicamus corruptam. Et exindè lac in mammis ſignum dubium & incertum eſſe amiſſæ virginitatis deprehendis; quod & viri quandoq; lac generare ſolent. *Cardan. Alexand.* id quod penè de omnibus viris novi mundi aſſerit, *Andr. Laurent. lib. 9. hiſtor. Anatom. q. 2. q. 2.* Inde eſt, quod *Avicen. L. 3. c. 3.* inquit, lac quandoq; aggregatur in ancilla abſq; prægnatione & propriè quando retinentur menſtrua, quàm cauſam & *Hippoc. Aphoriſ. ſect.* 5. agnoſcit. Quoniam E. videmus ex hiſce lac eſſe inditium admodum leve & fallax, adhuc erimus in dubio, & ideò quod virgo ſit incorrupta & non deflorata *arg. d. c. dudum. extr. de præſumpt. l. cum pater. §. rogo. ff. d. de leg.* reſpondebimus.

QVÆSTIO VIII.

An Concionatores ſeu Paſtores, piè adſunt in bello, quod Reſpubl. contra ſuum gerit hoſtem?

Quod

QVod Concionatores non poſſunt eſſe in bello & militare, docent Scholaſtici, pro quibus eſt *textus in c. reprehenſibile. 23. q. 8.* Nemo ſiquidem militans DEO implicat ſe negotiis ſecularibus, *d. c. reprehenſibile.* At bellum eſt ſeculare negotium, *d. c. reprehenſibile c. 2. 23. q. 8* E. & deſiit eſſe miles ſeculi factus miles Chriſti, inquit Feudiſtæ *c. un. d. milit. vaſall. qui arm. bell. depoſ.* & in mortẽ cujuslibet hominis ſe miſcere Epiſcopi formident, *c. ſi in mortem 23. q. 8.* At quomodo ſi inſint bello: & ſi milites ſeculi militiæ ſtudent, quid ad Epiſcopos & milites Chriſti? niſi ut vacent orationibus *d. c. reprehenſibile. 28. q. 8.* At nos dicimus imò ipſos etiam rectè & piè eſſe in bello juſto quod ex edicto geritur de reb. repetendis aut propulſandorum hoſtium cauſa *c. juſtam. 23. q. 2.* modò ipſi regulariter ſecundũ Canones arma propria manu non apprehendant, *c. quicunq; ex Clero c. 23. q. 8.* ſed alios ad arripiendum ad oppreſſorum defẽſionem atq; ad inimicorum Dei oppugnationem hortentur, *d. c. quicunq;. 23. q. 8.* Epiſcopus ſiquidem omnis in mortem cujusvis hominis ſe immiſcere formidet *d. c. ſi in mortem. 23 quæſt. 8.* Dictum enim Petro, Cõverte gladium tuum in vaginam, omnis

enim qui gladium accipit, gladio peribit, c. d. *Epiſcopis.29. q. 8.*& arma Epiſcopi ſunt lacrymæ & orationes *d. c. d. Epiſcopis & c. non pila. 28. q. 8.* Alias, ut dixi in expeditione etiam de Jure Canonico eſſe poſſunt *d. c. quicunq;*. Et cur non? nec enim peccatum eſt militare *c. militare. 23. q. 3. c. Dominus. 23. q. 2.* & Rempublicam agere non criminoſum *d. c. militare.* ſic David fuit in bello, cui tamen Dominus magnum teſtimonium perhibuit *c. noli. 23. q. 1.* ſic etiam centurio *d. c. noli.* Et cum in bellis ſemper ſit timenda mors eo magis etiam opus erit piis & fidelibus Paſtoribus, qui milites ad omnem pietatem hortentur & viam ad æternam viam doceant. Sic etiam in populo Dei concionabantur Levitæ ac ante prælium canebant ac populum de Dei præſentia & futuro auxilio monebant, *Num. 31. v. 6. Deuter. 20. v. 1.* Sit ratio, ubi majus & certius vitæ & animæ periculum, ibi etiam tutiùs ejus debet eſſe auxilium. At in bello in expeditione eſt præſentiſſimum vitæ periculum. E. ibi tutius etiam debet eſſe auxilium. E. & per conſequens ibi omninò etiam debent adeſſe Paſtores, & milites in pietate erudire, ad fortiter pugnandum hortari, conſolari, quaſi DEUS

ipſis

ipſis certiſſimum adfuturus ſit & liberaturus ab hac neceſſitate *c. noli 23. q. 1.* Et ſi maximè moriantur, quod novit DEUS omnipotens, quod quilibet pro veritate fidei & ſalvatione patriæ ac defenſione Chriſtianorum mortuus ſit *c. omni timore 23. qu. 8.* & ideò ab eo cœleſte præmium conſecuturus *d. c. omni inf. 23. q. 8.* Sic etiã *Leo Papa* adverſus Saracenos urbem egreſſus eſt, ut eos procul à littore arceret *c. ſi in mortem 23. q. 8. c. igitur d. c. 23. q. 8* ſiquidẽ & Clerici ſui gregis in omnibus ultores eſſe debent & præcipui adjutores *c. ſcire nos. q. 8.* Quin neſcio an aberrem, ſi & ipſos in acie ſtare & arma apprehendere poſſe ſtatuam, nec enim ſimpliciter peccatum eſt militare, & quomodo! cum ipſe Papa qui DEI vicarius *gl. in extrav. ad conditorẽ de V. S.* quiq; Deus dicitur, è ſatis evidenter *diſtin. 96.* in acie ſteterit *d. c. ſi in mortem:* hocq; etiam in caſu neceſſitatis ſecundum Canones expeditum, *c. omni timore, 23. q. 8.*

QVÆSTIO IX.

An etiam Plebei & Ruſtici ſua bona aliis in Feudum dare poſſunt?

Quod

QVod Plebei & Ruſtici ſua aliis in Feudum dare non poſſunt, diſputat *Duaren. d. Feud. c. 6. Facbin. l. 7. c. 74. Petr. Loriottus in com. Feud. Rubr. de his qui feuda dare*, verbo *Marchio Curt. Junior d. Feud. Laic. n. 12.* & noviſſimè *Johan. Niell. d. l.* quæ quantum poſſint, in conflictu videbimus. Nos jam tentabimus, an non etiam Ruſtici ſua in Feudum dare poſſint, idq; libentius cum hujus ſententiæ fundamenta tutiora eſſe deprehendamus. Sic ergò: Regula in Jure Feudali eſt: Quod quivis habens liberam ſuarum rerum adminiſtrat. eas aliis poſſit dari in feudum, *c. un. t. per quos fiat inveſtit.* ubi *Feudiſta* ait: *Novi inveſtitura feudi non ab alio rectè fit, niſi ab eo, qui legitime ſuorum bonorum habet adminiſtrationem, qui enim qualibet ratione impeditur de ſuis rebus aliquid alienare, is nec per feudum inveſtituram facere poterit.* hactenus *Feudiſta*. At verò Ruſtici legitimè bonorum ſuorum habent adminiſtrationem, nec qualibet ratione impediuntur de rebus ſuis alienare, certum *Borch. cap. 5. d. Feud. n. 41. Schneid. p. 3. n. 71. Reiger. diſp. 2. Feud.* E. & Ruſtici aliis ſua in Feudum dare poterunt: Regula enim ſi habetur, ei firmiter inhærendum ſecundum

notata,

notata, *Dd. in l. 1. ff. de R. J. Andr. Kohl. Exercit. legal. 1. n. 6. pag. (mihi) 4. Vult. 1. Feud. 9. n. 26.* hanc ſiquidem qui pro ſe habet, jus firmum habere dicitur, donec contrarium vel exceptio probetur, *l. ab ea parte. ff. de probat. Jaſon. in l. 2. n. 33. ff. ſi quis caution. Andr. Gail. de pignor. obſ. 2. n. 2.* At nos pro Ruſticis habemus regulam in *d. c. un. per quos fiat inveſtit.* E. Ad quod fundamentum nil aliud reſpondent, niſi quod ſit *à contrario ſenſu*, quod non concludat, ubi ſequatur ſenſus abſonus, *Nic. Everh in Topic.* qualem hunc putant, ſi ruſtici infeudare etiam poſſint. At negamus hoc eſſe argumentum *à contrario ſenſu*, quod aliàs firmiſſimum *arg. l. 1. §. 1. ff. de offic. ejus cui.* à regula enim affirmativè concludo. Sic enim nequit *Feudiſta, Novi Feudi inveſtitura rectè fit ab eo, qui legitimam bonorum ſuorum habet adminiſtrationem 2. F. 3. in pr. ſubſumo.* At & Ruſtici illam habent. E. Nec urget ſi dicas ex ratione ſubjecta *illius regulæ*, concludi *à contrario ſenſu:* Nam cum & ipſi ſic argumententur in aliis perſonis, cur hoc in nobis itidem ſic colligentibus culpant, cum æquiſſimum ſit, quem uti jure illo, quod ipſe aliis dixit *t. tit. ff. quod quisq; jur. Weſenb. in par. d. t.* Non relevat, ſi excipis argumen-

gumentationem illam, in aliis perſonis non arguere ſenſum abſurdum, ut in ruſticis. Etenim 1. committitur petitio principii & id quod in quæſtione eſt, pro probatione adducitur. 2. Et certè non abſurdum, *Zaſ. lib. 5. d. F. n. 31. Sonsbec. p. 6. d. F. n. 15. Borch. d. F. c. 5. n. 41.* ruſticos poſſe bona ſua aliis in Feudum dare. 3. Quod Plebei & Ruſtici infeudare poſſint, videtur clarè haberi in *c. un. verſ. autem ut quis dicatur Dux Marchio.* Nec eſt ſi dixeris abſurdum eſſe conſenſu privatorum quæri illi juriſdictionem, cui antea nulla fuit, *l. 3. C. de juriſd.* quod tamen fieret per infeudationem, *c. imperialem. § f. de prob. F. alienat. per Frider.* Nec enim ruſticus juriſdictionem ibi conſequitur privata autoritate, ſed conſenſu & conſuetudine Feudali, quæ talis, ut concedens habeat Jurisdictionem in Vaſallos *d. c. Imperialem.* qua ſanè benè Juriſd. dari poteſt, *arg. l. C. d. Emanc. liber.* 2. Unusquiſq; liber rei ſuæ arbiter & moderator *l. in remand. C. mandat. l. nemo. C. de Judæ.* Et iniquum liberis hominibus non eſſe liberam facultatem diſponendi de reb. ſuis *l. 2. in f. ſi quis à patr. manumiſſ. fuer.* At verò & Ruſtici ſuarum rerum ſunt domini. E. excipiunt. 1. Ruſticis rerum ſuarum adminiſtra-

miniſtrationem non adimi, modus admi-
niſtrandi, quando præſcribitur, & ſi *dd. ll.* crude & non ad certum modum reſtrictæ accipiantur, etiam ſacras res ſuas facere poſſent contra §. *ſacræ I. d. R. D.* Etenim modum illum adminiſtrationis libenter accipimus ſi à ll. præſcriptus, *d.* §. *ſacræ.* aliàs autem regulæ ſtamus, ſecundum notata *in d. l. 1. de R. J. Kobl. Exerc. legal. 1. n. 6.* At quo ad infeudationem non eſt in Jure Feudali modus præſcriptus. E. & infeudare poterunt; Imò claris verbis eis conceſſa *c. un.* qui dicatur Dux March. & ita docent, *Zaſ. d p. 5. n. 31. d. F. Sonsbec. q. 6. de F. n. 15. Sichar. t. de F. p. 4. n. 57. Schneid. p. 3. d. F. n. 71. Borch. d. F. c. 5. nu. 41.* & alii complures à dictis allegati, *Duaren. dict. l* id admittit, ſi antea illa bona infeudari ſolita ſint, at non ſi de novo concedere velint, quæ limitatio & reſtrictio manifeſtè impingit in verba *c. un. per quos fiat inveſtit.* in verbis Feudi novi.

QVÆ-

QVÆSTIO X.

An Imperator Electoratus, Ducatus, Comitatus & alia Feuda Regalia ad Imperium devoluta poteſt aliis concedere abſq; ſtatuum conſenſu & voluntate?

ID alii negare videntur in tantum, ut non tantum non poſſit in feudum dare illa, quæ antea non fuerunt ſolita infeudari, ſed nec etiam illa, quæ reverſa jam ad Imperium, antiquitùs Feudalia fuerint. Quaſi in coronatione juret ſe velle augere Imperiũ & non diminuere *c. intellecto 33. de Jurejur.* unde etiam *Auguſtus* dicatur, Allezeit Mehrer des Reichs. *Schn. in præm. I.* quod tamẽ non fieri dicunt, ſi Feuda reverſa viciſſim aliis in Feudum det. Et pro his videtur inſuper eſſe textus *in c. ad Apoſtolicæ. 2. inf. extr. d. ſent. & re judic.* ubi non vult concedere Regnum Siciliæ reverſum aliis in Feudum, cum id Eccleſ. non videatur expedire. At ut nos Imperatorem non debere vel poſſe bona Imperii in ejus præjudicium & damnum

damnum aliis concedere dicimus, *Zaſ. d. Feud. p. 5. Schneid. p. 5. c. 1. d. Feud.* Sic ubi non ſentit damnum ex infeudatione, ſed Imperii potius decus dignitas & autoritas ſpectatur & conſervatur, id quod fit ſi de Electoratu Ducatu alii inveſtiantur, Imperatorem poteſtatem infeudandi habere aſſerimus, quæ ſententia fundata clarè *in §. fin. c. 7. Aureæ Bullæ Caroli IV.* Nec caremus etiam Exemplo *Carolus V. n Imperator auguſtiſſimus Johannem Ducem Cliviæ de Ducatu Julicenſi & Montium,* ut & *Ravenſpurgenſi Comitatu,* inveſtivit abſq; *ſtatuum Imperij voto & conſenſu producto 5.* Ausfürliche wolgegründte Deduction der Churfürſten zu Sachſen an vorledigten Fürſtenthumb Gülich/ & ne poſſis dicere Imperatorem *Carolum V.* feciſſe contra fidem & Juramentū, quo in capitulatione jurarat ſe in Imperio abs procerum Imperii conſenſu nil moliturum vel in bonis reverſis acturū *Schleid. lib. 1. circ. fin.* capitulationem Cæſaream ne per eam videatur derogatum. *Aur. Bull.* nō de bonis Feudalibus, ſed de non Feudalib⁹ & aliàs vacantibus aut tempore juramenti pleno jure ad Imperium pertinentibus, *cum Gæd. conſ. 24. n. 9. Thoming. conſ. 9. n. 54.* exaudio.

DECURIÆ III.

QUÆSTIO PRIMA.

An occurrit in jure noſtro juriſdictio generalis?

UT adoptionis nomen generale eſt, & in duas ſpecies dividitur *l. 1. ff. de adopt. Wenſenb in π. eod. num. 3. Valent. Forſter. c. 86. Juriſpr. Rom. n. 3. f mihi 570.* Ita & juriſdictionis generis & ſpeciei, diſputant prolixè *Govean. l. 3. de juriſd. Duar. ad. t. de juriſd. ff c. 1. & 1. diſput 53. Coraſ. ad Rubr. ff de offic. ejus cui. n. 3. Muſcorn. tract. de juriſd. à n. 12 Parlador l. 2. rerum quotid. c. 1. n. 7. Bocer. de juriſdict. c. 2 n. 2. & 3. Scipio Gent. 1. de juriſd. c. 2. Matth. Steph. l. 1. c 3. Hieron Treutl. diſp. p. 1. diſp. 3. th 1. Val. Forſt. d c. 68.* Generalius porro variè deſcribitur, ut videre eſt apud *Accurſ. in l. 1. de juriſd. Br. Bl. in c. ad hos n. 4. de allodiis. Zaſ. in π. hic n. 1. & ad l. 1. n. 27. Muſcorn. d. tr. nu 5. Govean. 2. de juriſd n. 58. Gentil. 1 de juriſd. 1. Weſenb. in π. hic n. 3 Forſter. d. l.* Eſt quod omnibus ferè illorum definitionibus opponi

poni poſſit, ſi ad ll. bonæ definitionis revocentur: At forſan non placent nimium diligentes. Plæræq; ſunt auguſtiores, & ex coacervatione naturarum, ſpecierum, generis, hoc eſt, juriſdictionis generalis eſſentiam conſtituunt. Malè! Aliis eſt Magiſtratuum autoritas & poteſtas in jure dicundo: *Donell. ad l. 23. n 2. C. de pignor.* Quę & ipſa non ſine vitio. Non enim competit imperio mero, qꝫ tamē ſpeciem illius dicunt. Etenim & gen⁹ hujus defin. (Quod eſt poteſtas & autoritas Magiſtratuum) & differentia (quæ eſt in jure dicundo) ab eo removetur. Genus. Non enim imperium merum eſt poteſtas Magiſtratuum, ut quod non jure Magiſtratus competit, ſed ſpecialiter lege, vel conſtitutionibus Principis transfertur, *tex. in l. 1. in pr. ff. de offic. ejus cui. l. 6. d. offic. Proc.* Si igitur Magiſtratus, ut Magiſtratus non habet merum imperium *d. l. 1.* hoc quomodo dici poteſt poteſtas Magiſtratuum. Nec relevat, quod imperium merum exercentes, ut plurimum hodie ſint Magiſtratus, & hoc reſpectu rectè videatur definiri poſſe poteſtas Magiſtratuum: Nam ſic 1. laborabit vitio particularitatis, & imperium merum non ſemper Magiſtratus, hoc eſt, perſonæ pu-

blicæ eſſe latè oſtendunt, *Cujac. 15. obſerv. 39. & 21. obſerv. 30. & ad l. 8. §. 18. de tranſact. ad l. 70. de R. J. Cabot. 2. Diſp. 5. Scipio Gent. l. 3. c. 19. Bocer. c. 1. n. 19. & 5. n. 16.* Et 2. detur jus Magiſtratus & merum imperium, ſeu jus gladii ſemper concurrere: At inde non concludendum, merum imperium eſſe poteſtatem Magiſtratuum. Non enim id Magiſtratus juri ineſt, ſed utrumq; perſonæ, ut communi ſubjecto. Huic verò quæ inſunt, non ſibi invicem inſunt. Cum ergo Magiſtratui merum imperium non inſit *d. l. 1. de offic. ejus.* Sequitur id ne ſic etiam poteſtatem Magiſtratus definiri poſſe. Etiam differentia, quæ eſt in jure dicundo, ut in ſeqq. oſtendam. A quo verò genus & differentia removetur, ab illo totam definitionem removeri, inter doctos dubium non eſt. Aliis poteſtas ſtatuendi id quod jus eſt cum imperio. At malè! Species enim non poteſt eſſe loco formæ vel differentiæ in definitione generis; cùm quia poſterior genere, tùm quia genus nimium reſtringit. At imperium illis eſt ſpecies. De Treutleri itidem dubito, etſi generalis eſt, ut volunt, non ſine cauſa. Nec enim ipſa univerſalis eſt, & reciproca. Juriſdictio enim in ſpecie eſt, quidem poteſtas ſtatuendi, at non

con-

conſtituti exequendi. Sic mixtum & merum imperium poteſtas cōſtituti exequendi, at non ſtatuendi. Definitio verò generis omni ſpeciei tota & integra convenire debet. Quomodo enim genus omnem ſuam eſſentiam ſpeciei omni ἐπίσης καὶ συνωνύμως communicat *Ariſt.* & *Phil.* ita & definitio illam continens omni competat? Ut ſic non juvet, ſi dicas, illam conjunctim at non diviſim eſſe veram. Salvari tamen poſſe pútem Treutler. defin. ſi aſtruamus eum Juriſdictionem non ut genus, ſed ut totum definiiſſe. At illum ita ſenſiſſe *contextus d. th. 1.* non patitur.

His præmiſſis videbo paucis, an juriſdictio generalis in jure noſtro habeat fundamentum? Ita viſum *Govean. d. l. Muſcorn.* & *aliis ſub pr. h. Decur. allatis*, & ita mihi alibi placuit. Movebar cum illis *d. l. 1. de off. ejus cui*, quam ita inducebam: Fruſtra eſt omnis rei reſtrictio & limitatio, ubi nulla ejus incluſio. At nulla eſt ex contra ſentientium meri imperii ſub juriſdictione incluſio. E. Fruſtra meri imperii quoad juriſdictionem fit reſtrictio *in d. l. 1. in pr.* At concluſio hæc abſurda, abſit n. ut ll. & JC. quid fruſtra poſuiſſe aſſeveremus, hi n. cùm Q. 2.

 ſum-

Digitized by Google

ſummi ingenii *l. 14. c. d. ſent.* & inter loc. ſapientiſs. §. *13. Inſt. de fidei. hæred.* nihil faciunt frustra; ſemper n. moventur fine, & omnia agunt propter finem, aliàs ne ſapientes quidem. E. ex præmiſſis una; Non major; E. minor. Et ſane fruſtra videtur quæri, an Juriſdictione mandata merum imperium tranſeat, hoc ſub illa ſi non eſt comprehenſum. Quomodo enim quod ab aliquo omnino ſeparatum, illo conceſſo venire poteſt. At jam fundamentis & ll. affirmativæ altius perpenſis, mihi ea non placet, ut ſic dies diem doceat. JC.

Nunquam ita quiſpiam benè ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, uſus ſemper aliquid adportet novi.
Aliquid moneat, ut illa quæ te ſcire credis, neſcias.

Ita Comicus. Cum verò negem dari Juriſdictionem generalem;& verò *per rerum naturam negantis non ſit probatio l. 23. ibiq; Dd. com. c. de probat.* ac Regula ſit: quod is qui dicat, nec qui neget debeat probare *l. 2. ff. l. 23. c. d t. Maſcard. d. probat. q. ult. n. 1. cum ſeq. Donel. d. probat. c. 3.* ad negationis meæ probationem non conſtringor. Ex reſolutione tamen argum. pro affirmat. negati-

gativam eſſe veriorem, ac diſputantes de generali Juriſdictione non abſimiles eſſe iis, qui de Centauris, Satyris, purgatorio ac aliis fictis, & nullum eſſe in rerum natura habentibus fruſtrà garriunt, quod inquit *Cujac. 21. obſ 30. Alcia. 2. parad. 8.* liqu do apparebit. Non ergò urget *d l 1. de off. ejus cui*, quam *Govean. Duar. Coras Zaſ. Muſc. Treul.* & reliqui omnes adducunt. de ſpeciali n. & non generali eam exaudio juriſdictione. Et quidem non ſine colore. Si n. de generali juriſdictione *d. l. 1.* eſt concepta, quomodo mandata ea non tranſit ut ejus ſpecies. Sit ratio: Omnes ſpecies ſub ſuis generibus æqualiter contineri debent *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand. & Dd. in l. ſi duo in fin. ff. de adm. tutor.* At Jurisd. dicunt eſſe genus & ejus ſpecies Juriſdictionem ſpecialem mixtum & merum imperium. E. hoc æqualiter ſub ea contineri debet. E. quomodo mandata ea tranſit juriſdictio ſimplex & mixtum imperium, *d. l. 1. l. fin. d. offic. ejus.* Sic etiam tranſibit merum. At hoc non tranſit *dict. l. 1.* Et cum ex illorum ſententia præſupponendum vocem Juriſdictionis *in d. l. 1.* ſumi generaliter, nec etiam pro juriſdictione ſpeciali: non oberunt, quæ cum Dd. vulgò

poſt *Br. in l. legatum legat. 3. diſp. Muſcorn. d. tr. n. 18.* Non tamen ſequitur Papin. ſine quærere, an mandata juriſdictione tranſeat merum, hoc ſub ea ſi non contineatur. Ratio enim dubitandi inſignis ineſt: non quidem illa q. ſit juriſdictio generalis quæ contineat merum imperium ut ſpeciem, ſed quæ eſt in *l. fin. §. 1. de off. ejus cui mand.* Cum enim juriſdictio intellige ſimplex ſine modica coërcitione, quæ eſt imperii, nulla ſit, *l. f. d. t.* neceſſum mandata juriſdictione tranſire imperium, non quidem quaſi ſub juriſdictione imperium contineatur, ſed ut effectum poſſit habere mandata juriſdictio. Jam E. in *d. l. 1.* quærit JC. quodnam veniat imperium? An omne? An tantùm mixtum? Et decidit, quod tantum quæ jure Magiſtratus competunt, hoc eſt, mixtum tranſeat mandata juriſdictione, non etiam quæ ſpecialiter. L. vel JC. vel conſtitutionibus Principum, ut eſt merum imperium tribuuntur. Venit E. conceſſa juriſdictione imperium mixtum, non quaſi juriſdictio ſit genus, & id ut ſpeciem ſub ſe comprehendat, ſed quod juriſdictio ſine imperio, hoc eſt, coërcitione modica nulla ſit, *d. l. fin. in fin.* Nec *in verſ.* & ideò *d. l. 1.* coërcitionem publici judicii juriſdictio-

ctionem vocat, ut *Muſcorn. & Hier. Treutl.* opinantur; Sed ex præſuppoſitis concludit, errare Magiſtratus debentes judicii publici coërcitionem, hanc ſua juriſdictione mandata ſi transferre velint. Ita tamen colligit JC. Mandata juriſdictione tranſeunt tantum ea, quę jure Magiſtratus competunt, non etiam ea, quæ ſpecialiter Lege vel ſcilicet tribuuntur. *d. l. 1. l. 6. de off. Proconſ. l. nemo. de R. J.* At verò coërcitio publici judicii jure Magiſtratus non competit, ſed L. ſpecialiter &c. tribuitur *d. l. nemo. d. l. 6. l. 1.* E. Fruſtra ſunt Magiſtratus habentes publici judicii coërcitionem, quoad hanc ſi juriſdictionem ſuam mandant: non enim in conſequentiam & effectum juriſdictionis, ſed lege ſpecialiter vel ſc. sransfertur, *d. l. 1. in pr.* Et ſua juriſdictio nil aliud eſt, quàm quæ Magiſtratus jure competit. At coërcitio judicii publici Magiſtratus jure non competit. Ulterius *ex verſ. cui obtigerit.* Juriſdictio quæ à præſente etiam mandari poteſt *in d. verſ.* intelligitur. At verò publici judicii coërcitio à præſente mandari non poteſt. *d. l. 1.* E. Nec moveor, ſi dicis: Quod continetur ſub genere, contineri & ſub illius generis genere. *Ariſt. in Antepræd.* At verô merum impe-

rium continetur ſub imperio ut genere, *l. 3 ff. de juriſdict.* Imperium verò ſub juriſdictione, ut ſuperiori *arg. Rubr. ff de juriſdict. cum d. l. 3.* E. merum imperium contiнebitur etiam ſub iuriſdictione; Quicquid enim dicitur de genere, dicitur etiam de ſpeciebus illius generis, *Ariſt. paſſim.* Nam Imperium non eſſe ſpeciem juriſdictionis ac juriſdictionem ut genus non conſiderari, eruditè deducunt *Pauermeiſt. L. 1. c. 24. n 12 And. Knich. d. Saxon. non prov jur. Ducum Sax. c. 5 n 57.* Nec contrarium probat *Rubr. ff de juriſd. cum d. l. 3.* Argumentum enim à Rubro probabile non neceſſarium eſt, *Everhard in Topic. à Rubr. num 1. 2.* ſub *tit. quib. mod. contr. oblig* & ſic ſub veris contractibus tractatur de indebito §. 2. *Inſt. quib. mod. re contr.* nec tamen indebitum eſt contractus verus §. *item is cui Inſtit. de oblig quæ ex q contr.* 3. Ibi obiter tantum, fit mentio imperii. 4. Et quidem ob affinitatem, quam cum juriſdictione imperium habet, nec quod ſub juriſdictione ut genere contineatur. *Charond. de juriſd. n 3. & 4* Non ſtringit *l. 4 in verb. ex mandata generali juriſdictione. ff. de off. ejus.* generalis enim juriſdictio in *d. l. 4.* non eſt idem quod genus, ut juriſdictio ſub ſe compre-

prehendat juriſdictionem in ſpecie, mixtum & merum imperium: ſed omnes gradus, omnes cauſas juriſdictionis, in ſpecie notat, ita ut Legatus Proconſulis mandata juriſdictione, non hanc vel illam cauſam (ut alii Magiſtratus apud Romanos) ſed omnes omninò cauſas, ad jus Magiſtratus pertinentes habeat Et hoc eſt, quod inquit *Ulp. in l. 1. §. 4. de ſuſpect. tut.* mandata juriſdictione, ad eum officium totum juris dicundi tranſit, hoc eſt, cauſæ omnes. Sic in *l. 16. ff. de juriſd.* Prætor dicitur omnem, id eſt, generalem juriſdictionem mandare, non quidem ratione ſpecierum, quaſi omnis juriſdictio & merum imperium contineat (imperium enim merum cum prætor non habuerit *l. 1. §. fin. l. 2. de ſuſp. tut. l. 1. de off. præt. urbi Weſenb. de off. præt.* Perabſurdum erit eum id mandare poſſe *l. 4. §. poſt hæc 6. de off. Proconſ.*) ſed cauſarum, ut prætor vel omnem juriſdictionem, hoc eſt, omnes cauſas jure Magiſtratus competentes mandare poſſit; vel ſpeciem, hoc eſt, hanc vel illam. Idem volunt partic. univerſa, pleniſſima, omnimoda *clem. un. ubi gl. & Dd. de foro compet.* Tandem ſeſe fundunt in *l. 2. §. & quia 23. d. O. I.* ubi U. ait, conſulibus permiſſum non fuiſſe, ut ipſi

ipſi de capite civis Roman. injuſſu populi jus dicerent.

Hujus occaſione quæro 3.

An etiam in criminalibus jus dicatur?

ITa viſum *Azon. in ſum. Cod. de juriſd. omn. Jud. Muſcor. d. tra. n. 15. Scipion. Gent. 1. de juriſd. Treutler. d. diſp. 3. th. 1. lit. b. & alij* qui pro juriſdictione generali diſputant, pro quibus militat *d. §. 23. l. 7. d. O. l. in verbis conſulibus permiſſum.* Quibus in & jus dici in criminalibus probant, & juriſdictionem generalem per bonam conſequentiam fundant. Nam, dicunt, poteſtas juriſdicundi eſt juriſdictio. *Vultei. 1. I. R. 12.* At verò in imperio mero dicitur jus, *d. §. 23. 2* E. in eo erit juriſdictio, & per conſeq. Si in mixto, ſi in mero imperio jus dicitur, erit danda quædam juriſdictio generalis. At potius eſt in criminalibus nullum jus dici, *Muret. de juriſd. p. 138. & ſeq. Charond. d. l. Andr. Knich. d. l. Obrecht. c. 1. de juriſdict. à n. 9.* Quicquid enim jam dictum, jam ſtatutum, non eſt dicendum. At in criminalibus & publicis judiciis jam jus eſt ſtatutum & dictum. E. Ut enim Cornelius Sylla

Sylla queſtiones publicas conſtituit de falſo, de parricidio, & aliis criminibus §. 72. *l. 2. de O. l.* hoc eſt, ut publica eſſent judicia lege ſpeciali effecit, unicuiq; crimini publ. certam & determinatam pœnam, præſtituit, ita ut commiſſo tali crimine publico ſtatim ſit dictata pœna, ac judex nihil præterquam quod eam vi meri imperii exequatur, faciat. Quomodo ſi conſtet de homicidio violento, adulterio à LL. pub. dictata pœna gladii, hancque judex non dicit, non imponit, ſed tantum ut legis miniſter vi meri imperii executioni mandat. Sic E. Quæ LL. definita & introducta in poteſtate judicis non ſunt, *l. 15. ad municip.* Vel à lege quod fit, hominis & judicis factum non deſiderat, *l. 4. l. fin. c. in quib. cauſ. in integ. reſtit. l. liber homo §. fin. de ſtipul. ſervor. l. multum ff. d. cond. & demonſt. l. 3. c. ſi advers. libert.* At verò à LL. criminibus certæ præſtitutæ pœnæ. E. & per conſeq. in criminibus poſt Syllam non amplius dicetur jus. Non equidem diffitendũ, interdum judicem ratione circumſtantiarum ſententiam vel leviorem, vel graviorem ferre poſſe. At id fit ob circumſtantias diverſas & ratione quæſtionis facti nec juris *l. 1. §. 4. ad Sc. Turp. l. 11. ff. de pœn.*

Cum

Cum etiam delicta omnia non ſint paria, nec de iis æquè conſtet, non raró inquiſitionibus, quæſtionibus, probationibus, & aliis ad cognitionem criminalem pertinentibus eſt opus, quæ tamen non ſunt actus imperii meri, (ut quod tantum eſt jus animadvertendi *d. l. 1. de off. ejus l. 3. de juriſd.* & à cognitione criminali ſeparatum, *Obrecht. c. 3. n. 9. d. juriſd.*) Sed tantum præparatoria illius, ex quibus ſi conſtet crimen admiſſum eſſe publicum & imperii meri, jam habet à L. ſuam pœnam p. ſi eſt fur, homicida, latro, non Scabini, non judex, ſed Lex pub. dictat pœnam gladii, vel rotæ, vel laquei. Sin autem ex circumſtantiis pateat id non eſſe publicum p. homicida prætendit moderamen: fur quaſi putarit rem ſuam eſſe, jam quia crimen non eſt ſub L publ. & admiſſum non eſt imperii meri, Judex interdum leviorem, interdum graviorem pro circumſtantiis quibus de *in l. 16. d. pœn.* ut ſc. veræ ſint in quæſtione facti & circumſtantiarum, nec juris, *text. in d. l. 1. §. 4. ad Turpil.* Quomodo non ſatis prægnantem habuit cauſam *Cujac. 8. obſer. 33.* & poſt eum *Gothofred. in l. 131. §. 1. d. V. S.* cur ſtatuerent omnes pœnas hodie per *d. l. 13.* eſſe arbitrarias, ut ſcitè animadver-

advertit *Scip. Gentil. 3. d. juriſd. 34. Rauchbar. 2. q. 8. n 2. Gœd. in d. l 131. § 1. n. 7. & alij*. Et cum Martianus, qui Ulp cujus è *l. 13.* coævus fuit *in d. l. 1. §. 4.* neget pœnas eſſe penes arbitrium judicis ac Paulus, qui poſt Ulp. fuit, in *l. 8 ff. d pœn.* dicat legis pœnam durare, non video, quomodo per *d. l. 13. d l. 1. § 4. & l. 8.* ſit derogatum. Non enim priores poſterioribus, ſed contra poſteriores prioribus denegant. *l. fin. ff. d. conſt. Princ.* quo de alibi. Non obeſt *d. l. 2. §. 23 de O. I.* nam licet priſci in criminalibus etiam jus dici & reddi dixerint *d. l. 2. §. 23. Sueton. in Auguſt. c. 33.* non tamen ideò juriſdictio accipitur pro poteſtate cognoſcendi de criminibus, aut animadvertendi reſpondet *Muretus d. l.* Componerem hæc ex hiſtoria juris diſtinguendo inter tempora Conſulum ante Cornelium Syllam, & poſt eum per *§. 32. d. l. 2. d. O. I.* Illis nondum erat imperium merum. Cum enim nullæ eſſent certæ pœnę latæ (utp nondum factis à Sylla publicis qq.) pœnæ erant in arbitrio judicis, & ita cum poteſtate animadvertendi ſemper erat conjuncta poteſtas juris dicundi, hoc eſt, ſimul conſules dicebant jus, ac poſtea id exequebantur, licet non populi injuſſu *d. l. 2. §. 23. Sueton. d. l.*

Digitized by Google

d. l. Merum verò imperium ab omni coercitione juriſdictione ſeparatum, *Obrecht d. c. 3. Charond. d l.* alias enim ne merum quidem. Et inde eſt quod Ulp demum imperii meri meminit *in l fin. d. off. ejus.* Poſt Syllam verò publ. conſtitutis qq. certæ pub. judicorum fuerunt pœnæ, *d.* §. *32.* & ideò eæ cum non amplius in arbitrio ſint *d. l. 1. §. 4. ad Turpil. d. l. 8.* non judex in criminalibus jus dicit, ſed lex *d. l. 1* §. *4.* & judex tantum vi & poteſtate meri imperii id jus exequitur.

QVÆSTIO IV.

An ſunt res una Juriſdictio ſimplex & imperium mixtum.

ITa opinatur *Cujac. 21. obſ. 30. in pr. Alciat. 2. parad. 8. Bellon. L. 3. ſent. 4. Charond. d. jurisd. n. 4. Et Obrecht d. juriſd. c. 1. n. 33.* vult juriſdictionem ab imperio ſeparatam non magis in rerum natura eſſe q̃ vel centauros vel Satyras. At neſcio an benè. Hoc equidem veriſſimum in exercitio ſeu exercente perſona juriſdictionem & mixtum imperium concurrere, cum quia juriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt *l. fin. de off. ejus* At ob id per omnia hæc unum

eſſe,

581

eſſe, nec ea in ſe & ratione diverſorum actuum diſtingui, ſtatuere, falſum eſt. Præcedunt enim actus jurisdictionis, qui ne ſint eluſorii & abſq; omni effectu, ſequuntur imperii. Magiſtratus enim prius audita cauſa jus dicit, & hactenus non imperat, & ſic imperium verè diſtinctum à Juriſdictione: ubi verò jus id exſequendum, ibi juſſio, coactio &c. ad juriſdictionem venit, & ſic per accidens in exercitio concurrunt. Sic quando Magiſtratus Tutorem vel judicem dat, tantum jus dicit, & nihil ſubeſt imperii, quod ſi verò refractarius munus id ſubire nolit, tunc exercitii, ne jus quod dictum fiat eluſorium opus imperio, hoc eſt, juſſione coactione *arg. l 214 d. V. S. l. 22. §. 2. l. 21. ad munic. l. 17. d. mun. & hon. l. 9. de vac. mun.* ubi inviti etiam publicæ utilitatis cauſâ *l. 2. c. d. muner. ejusmodi* ſubire cogimur. Cum igitur juriſdictionis ſimplicis & imperii mixti actus reipſa & tempore ſint diſtincti, cur non etiam ipſa? ſc. quæ ſe habent ut prius & poſterius illa reipſa differunt; ſeparata enim ſunt; At nihil à ſeipſo eſt ſeparatum. At juriſdictio ſimplex & mixtum imperium ita ſe habent, *ex. d.* E. Nec ſequitur: Juriſdictio ſemper ineſt imperio *l. 3. de jurisd.* & ſine modica coer-

citione, hoc eſt, imperio nulla eſt. E. Ab imperio non differt. Nam & albedo ſemper lacti, cygno, cretæ ineſt, nec tamen lac, cygnus, creta eſt, ſed ab his omninò diſtincta. Hoc dandum Cujacio jurisdictionem & imperium mixtum ratione dependentiæ effectus in uno ſubjecto, in una cauſa vel actu juris poſſe concurrere (ut enim ſine præcedente informatione, cognitione executio nulla: ita & jurisdictio ſine modica coërcitione nulla *d. l fin. d. off ejus.* hoc eſt, eluſoria) modò viciſſim det ipſa in ſe & ratione actuũ propriorum diſtinctiſſima & ſeparata eſſe. Hocq; præter dicta non leviter firmat *d. l. 3.* quæ hujus controverſiæ ſedes ordinaria, & inquit mixtum eſt imperium, cui etiam jurisdictio ineſt. Hinc ſic: Nihil ſibiipſi ineſt, vel nihil ſibi ipſi jungitur, ſed quicquid jungitur à ſe diverſo. At jurisdictio ſimplex ineſt imperio *b. l. 3. d. Juriſd.* E. Non eſt ipſum imperium, & per conſeq. Jurisdictio, ſimplex & mixtum imperium non ſunt unum & idem, non enim adjunctum idem cum ſubjecto; contentum cum continente, miſcendum cum mixto. Sic iter ineſt actui, actus viæ &c. non tamen iter actus, & actus via eſt. Et ita tenet *Dn. Vult. L. 1. I. Rom. c, 12. n. 4 Partador:*

lador: L. 2. rerum quotid. c. 1. n. 4. Bocer. claſs. 4. diſp. 9. th. 8. Azo in ſum. c. d. jurisd. n. 7.

QVAESTIO V.

An nihil proprium habet, qui mãdatam Juriſdictionem ſuſcepit?

ITa *cum gl.* alii freti *l. 1. §. 1. ff. d. off. ejus l. 16. d. jurisd.* ubi habens mandatam juriſdictionem nihil proprii habere, ſed ejus, qui mandat juriſdictionem, uti ſtatuitur. Id quod mihi per omnia non placet, nam & legatus Proconſulis habet mandatam jurisdictionem *l. 4. §. 6. l. 5. l. 6. §. 1. l. 12. ff. d. off. Proconſ. l. 4. d. off. ejus l. 1. §. 4. d. ſuſpect. tut.* & tamen propriam etiam habet, ut erudite alibi oſtendit *Cujac. Bodin. 3. d. Repub. 6. text. in l. legati 13. ff. d off. Procons. l. 4. d. off. ejus in verbis: cum propriam jurisdictionem legatis tuis dederis. &c.* Ad quas ll. non placet gl. interpretans propriam juriſdictionem non reſpectu accipientis, ſeu legati Proconſulis, quaſi legatus habeat juriſdictionem propriam, ſed ipſius Proconſulis, quaſi hic ſuam & propriam juriſ-

dictionem legatis conceſſerit, quo tamen nil minus ſit legati propria. Nec enim quod proprium darî vel communicari poteſt. *Logici paſſim, Jacob. Schegkius ad L. 8. Topic. 3. in ſyſtem. Log. p. 188. edit. 1. Clem. Timpl. in Met. L. 3. c. 3. q. 13.* Omnes ſenſu communi præditi, inquit, *Schegkius*, intelligunt oppoſitum in adjecto eſſe, ſi dicatur id quod proprium communicari. Non ergò in *d. l. 4.* propria jurisdictio ipſius Proconſulis intelligenda, quaſi ſuam propriã ei dederit, hæc enim non communicatur, & communicata non propria, ſed communis eſt, ſed ipſius legati, quod illa jurisdictio, quám dedit ei Proconſul ingreſſus provinciam *l. 4. §. 6. d. off. Procon.* ipſius ſit propria. Hujus enim vi etiam cognoſcit de ſuſpectis tutoribus *d. l. 4 l. 1. §. 4. d. ſuſp. tut.* At quomodo ſi eſſet propria ipſius Proconſulis: cum nemo lege alieno nomine agere poſſit *l. nemo d. R. I.* Et *d. l. 13. d. off. Procons.* loquens de ipſo legato clarior eſt, quàm ut nubeculis gl. obſcurari queat. Adhæc legatus Proconſulis dare tutores poteſt *l. 15. d. off. Procons. l. 1. ff. d. tut. & curat.* emancipatur apud eum *l. fin. C. d. off. ejus qui vicem alt. d. ſuſpecti crimine cognoſcit l. 1. §. 4. d. ſuſpect. tut. l. 4. d. off. ejus cui* & ſimiles

miles legis actiones habet (ſunt enim illa actus legitimi *l 77. ibiq; Dd. d. R. I.)* E. vi juriſdictionis illas expedit. E. vel propriâ, vel alienâ, hoc eſt, ipſius Proconſulis. Non hac, nemo enim alieno nomine lege agere poteſt d.l.nemo. E. propriâ. Dices legatum quidem hæc omnia poſſe, at non vi, ſed tantum occaſione juriſdictionis mandatæ Proconſulis. *Plautius ad Rubr. d. off. ejus cui c. 9. n. 3. & L. 2. c. 13. n. 4.* at vi juriſdictionis legatum illa poſſe etiam, liquet ex *d l. 4. in fin pr. d. off. ejus*, ubi quia propria juriſdictio mandata ſit legato, concludit JC. *Macer.* & eum de ſuſpectis tutoribus cognoſcere poſſe. Certè cauſa deciſiva non eſt rei occaſio. At juriſdictio propria legati eſt cauſa deciſiva, cur cognoſcere de ſuſpectis tutoribus poſſit. *Vid. d. l. 1. §. 4. d. ſuſp. tut.* Et Magiſtratus fuit legatus Proconſulis; hujus enim inſignia habuit, p. lictores, faſces ſecures. Vide *Cujac. 7. obſer. 24. Hottom. 2. amicab. reſponſ. 1. Weſenb. π. d. off. Proconſ.* ut & aſſeſſores *l. 6. §. pen. ff. de pœn.* quos tamen Magiſtratus adhibebat in conſilium *Coras. tit. d. off. aſſeſſ. n. 3.* At Magiſtratus habet propriam juriſdict. *d. l. 1. d. off. ejus in verb. juriſd. ſuam.* Non obeſt, *d. l. 1. §. 1. d. l. 16. d. juriſd.* ubi mandatam juriſdictio-

 nem

nem habens, nil habet proprii. R. Refert enim an quis juriſdictionem habeat, ex nudo mandato, etſic nil habet proprii *d. l. 1. §. fin. d. l. 16.* ſed eſt loco mandantis *d. l. 16.* (proprio enim nomine agere, & alieno ſeu mandato, contradictio eſt *d. l. 1 & Amand.*) an verò ex Lege, Sćto, præcedente tamen mandato, & hic propriam habet *d. l. 13. d. l. 4. l. 1. §. 4. d. ſuſp. tut. l. 1. d. tut. & curat.* Alii *d. l. 16. & d. l. 1. §. 4.* non de legato Proconſulis accipiunt, ſed Prætoris. Et hæc ſufficiant oſtendiſſe & eum, qui mandatam juriſdictionem habet, quid proprii habere.

QVÆSTIO VI.

An apud Proconſulis legatum manumittere poſſimus?

COmmittuntur hic inter ſe *Martianus in l. 2. in f. ff. de offic. procons. & Paulus in l. 17. ff. de man vindict.* quorum ille dicit, neminem apud legatum proconſulis manumittere poſſe, hic vero affirmat. At inter hos lis nulla, ſi modo accuratè diſtinguantur tempora. Refert enim, an legatus ſit provinciam ingreſſ⁹, eiq; â procōſule mandata Juriſdictio? an vero nondum ingreſſus?

ſus? Si ingreſſus accipit Juriſdictionem *l. 4. §. 6. de offic. procons. non ante dicto §. 6. &* manumittere etiam poteſt *dicta l. 17.* Juriſdictionis n. voluntariæ eſt manumittere, adoptare *l. 2. in fin. de offic. proconſ.* At hanc mandata Juriſdictione, quod fit proconſule provinciam ingreſſo, non ante, *d. l. 4. §. 6.* legatus accipit *d l. 4 § 6. d. l 13. l. 4 de officio ejus, cui mandata Juriſdictio,* totum enim Juris dicundi officium mandata Juriſdictione ad eum cum tranſeat *d. l. 1. §. 4. de ſuſpec. tutoribus,* cur non etiam voluntaria Juriſdictio: Ergo & manumitti poterit 2. Apud quemcunq; eſt legis actio, apud eundem manumiſſio, adoptio, & aliæ legis actiones poſſunt celebrari, *textus in l. 3. de offic. procons.* At verò apud legatum proconſulis, ut eſt ingreſſus provinciam, eiq; mandata Jurisdictio, ſunt legis actiones *l. 15. de off. procons. l. 1. de tut. & curat. datis ab his l. 12. de off. ff. procons. l. 6. in princ. dic. tit. l. 1. §. 4. de tut. & cur.* E. Sin verò non ingreſſus, non poteſt quis apud eum manumittere *d. l. 2. §. 1. de offic. procons.* Additur ratio, quia non habet Juriſdictionem talem *d. l. 2.* qualem ſcilicet proconſul, qui ut egreſſus urbem, voluntariam habet Juriſdictionem *d. l. 2. in pr.* Nervus Marciani

eſt. Ubicunq; non eſt Juriſdictio volunta-ria, ibi non poteſt eſſe manumiſſio: voluntariæ enim Juriſdictionis hæc eſt *d. l. 2. in pr.* At verò apud legatum proconſulis, antequam ingreſſus provinciam, non eſt ulla Juriſdictio *d. l. 2. l. 4. §. fin. d. tit.* in tantum ut licet ei ante mandetur, tamen non habeat eam ex quo mandata ſit, ſed ex quo provinciam ingreſſus *dicta l. 4 § 6. inf.* E. Hocq; ipſum firmat ulterius in *l 3 d t.* inquiens: Omnino enim apud eum non eſt legis actio quaſi dicat Emancipatio, adoptio, apud eos demum fit apud quos eſt legis actio *l. 4 de adopt. l. 2. de offic. Jurid.* At vero apud legatum proconſulis, antequam ſit ingreſſus provinciam, non eſt omnino legis actio *d. l. 3. l. 4. §. 6.* E. apud eum non poteſt, antequam provinciam ingreſſus, fieri manumiſſio adoptio, quomodo cum *d. l. 17. de manu. vind.* loquatur de ingreſſo provinciam, *l. 2 §. 1. de off. proconſ.* verò de nondum ingreſſo, non erunt hæ leges ſibi contrariæ: ſi modo verum, contraria eidem, ſecundum idem, ad idem & eodem tempore tribui debere *P. Ram. l. 1. Dial. c. 13.* Nec divinatoria hæc ſunt. Vox talem enim in *d. 1. §.* eſt χέλιχν & refert ſe ad *pr. d. l. 2.* In principio vero *d. l. 2.* docet JC. pro-

proconſulem ſtatim ut egreſſus manu mitterepoſſe: addita ratione quia ſemper egreſſus urbem habeat Juriſdictionem, intellige voluntariam qualem cum legatus non habeat egreſſus urbem (ingreſſo enim provinciam demum Juriſdictio mandari poteſt;& ante eum licet mandetur, nullum tamen habet effectum *d. l. 4. c. 6. f.*) concludit JC. *in d* §. *1.* apud legatum ejus manumitti non poſſe, intellige egreſſi urbem, at nondum provinciam ingreſſi. Quin ratio *d. §. 1. l. 2. de offic. proconſ.* non leviter arguit apud legatum manumitti poſſe, ideo enim negat legato manumiſſionem, quia non habeat Juriſdictionem tallem, ſcilicet qualem habet proconſul. E. à contrario ſenſu ſi habet Juriſdictionem talem apud eum poterit manumitti. Vera enim ratio ut negata negat, ita poſita ponit *argumento l. illud 32. ff. ad L. Aquil. l. ult. ff. de calum. l. 6. §. quamvis ff. d. jure patron. c. ceſſante de appell. Rebuff. in tract. de privil. ſtud.* At vero ut ingreſſus habet talem Juriſdictionem *d. l 4 § 6. l. 5. l. 6. l. 12. 13. d. tit.* E. Quomodo non opus vel pro voce ejus legere cæſaris; vel cum Cujacio *d. l. 17.* inſerere partic: negativam Non: quaſi apud legatum proconſulis manumittere non

ſſimus. Et certè rationes jam allatæ illam correctionem facile enervant.

QVÆSTIO VII.

An quis in cauſa ſuorum poteſt eſſe Judex?

AFfirmat hoc *Africanus in l. 77. ff. d. Judiciis:* Cujus ratio eſt apud *Paulum in l. ſubſeq. 78 d t.* quod judicare ſit munus publicum. Nervus JC. eſt, judicare pater in cauſa filii prohibetur cum propter ſuſpitionem affectionis *l. apertiſſimi c. d. Judiciis*, tum quia videtur eſſe Cauſa propria *arg. l. fin. C. d. impub.* & aliis ſubſtitutionibus l. cum ſcimus §. *fin. c. d. agricol.* At vero hæc omnia ceſſant in officio judicis, ſunt enim ex patria poteſtate *d. l. fin. Ariſt. 3. polit. 6.* Hæc verò in publicis muneribus, ut eſt judicare *d. l. 78. d. Judic. l. 14. ad Trebell.* non attenditur *l. 9. de his qui ſunt ſui. Cui d. l. 14.* E. Contra *Ulp. in l. 10. de Juriſd.* inquit, qui præeſt Juriſdictioni, neq; ſibi Jus dicere debet, neq; uxori vel liberis, neq; libertis vel cæteris, quos ſecum habet: Et jure quidem: abſq; ſuſpicione enim lites procedere debent *l. apertiſſimi c. de Judiciis c. accuſatores*

tores 2. cauſ. 3. q. 5. Maran. d. appella. à n. 27. At quomodo ſi pater in cauſa filii vel contra hic in patris cauſa decidat. Quid dicendum? an *ἀντινομία* contra *l. 1. §. 8. l. 2. §. 16. c. de V. I. E.* admittenda. Non: ſunt tamen varii D. D. in harum compoſitione. *Coraſius 4. miſcellan. 9. num. 4. fretus verbis d. l. 77.* diſtinguit inter judicia privata ut eſt adoptio, manumiſſio, & publica: quaſi in illis cum ceſſet omnis ſuſpicio, ob quam aliàs Judex recuſatur *l. 9. d. liberal. cauſa l. apertiſſimi Maran. d. l.* poſſit eſſe pater in cauſa filii & contra filius in cauſa patris judex *d. l. 77.* ſecus vero in publicis *d. l. 10.* At hoc ſi verum, ſequetur apud datum judicem actus legitimos expediri poſſe *c. d.* dato enim *d. l. 77.* loquitur. At falſo: nec enim hi expediuntur, niſi apud quem eſt legis actio *arg. l 3. de offic. procons. l 4. ff. de adoption.* quæ nunquam tranſit mandato magiſtratus quale habet datus judex ſed demum ex *l. ſpecialiter* vel Sĉto vel conſtitutione principum *l 1. de offi. ejus cui.* Privata Ergo negotia *in d. l. 77.* interpretor pecuniaria ac civilia *poſt. gl. in d. l. 77. ac Accurſ. in l. item lex Cornelia ff. d. injuriis.* Alii diſtingunt inter judicia civilia *d. l. 77.* & criminalia *d. l. 10.* vide *Accurſ. in d. l. 10.*

Duare.

Digitized by Google

Duare. 1. diſp. 51. Goveanus ad d. l. 10. n. 11. Donell. & alij l. 10. de Magiſtratu ipſo ut cujus erat jus dicere, *l. 77.* vero de pedaneo ſeu dato qui judicabat (conſule de hoc *Vultei. 1. diſcep. 1. Don. 17. com. 6. Vaud. 1. q. 10. Cujac. 9. obſer. 23.*) accipiunt quaſi ob præſcriptam formulam pedaneo *l. 7. §. ut ideo de pactis l. item §. prætor ait ff. de injur Vaud. d. l.* ceſſet omnis ſuſpicio quod ſecus ſit in magiſtratu ipſo, ut cujus poteſtas liberior. At nec hæc compoſitio ſubſiſtit, vel propter unam *l. 13. § fin. ff. ad ſenatuſ. Trebell.* ubi filius in cauſa patris judicat, nec tamen pedaneus eſt. Hujus enim ſola eſt notio, nec ullum imperium vel executionem habet *l. ait prætor de re Judic. l. 99. ubi Gœdd. d. V. S. l. fin. c.* ubi & apud quem at in *d. l. 13.* etiam cogere quod magiſtratus, patrem poteſt. E. in magiſtratu ibi filius fuit conſtitutus: Et formulæ Judicibus datæ cum ad factum conceptæ fuerint, & vero factũ in arbitrio judicis ſit *l. 1. §. 4. ad SC. Turpil.* liquet eas omnem cauſam ſuſpicionis non tollere. *Cujac. & alij* cum eo docent patrẽ in cauſa filii & contra judicem eſſe poſſe d. Jure *d. l 77.* Intuitu vero honeſtatis non debere *d. l. 10.* forte per *l. ſemper 42. d. R.N. l. 144. de R. I.* quæ doctrina aliis non placet ob au-

ob autoritatem *Papin.in l. 15. de cond. inſtit. l. avus neptis 79. ff. de jure dot.* Malim cum clariſs. *Dn. Arumæo* præceptore meo æternum colendo patrem in cauſa filii, & contra filium in cauſa patris & jus dicere & judicare poſſe indiſtinctè aſſerere. Et de hoc quidem non admodum laborandum, id enim judicis dati erat *Vaud. d. l.* qui partium conſenſu eligebatur *l. 23. ff. de appell.* Filium ergo ſi adverſarius eligat cur judicare non queat. Ceſſat enim jam omnis ſuſpicio, ob quam aliàs pater vel filius rejicitur *arg. l. apertiſſimi c. de jud. l. 9. d. liberali causâ* ad cujus, ut & aliorum meliorem intelligentiam vide *Reſin. 7. antiq. 27. Sigon. 2. d. J. C. R. c. 18. & 2. c. 6.* Et non rarò ob dexteritatem, vel cauſæ ſcientiam patris aut filii, quam adverſarius probe cognitam habet facilius pater eligi ſolet, ut ſic nec Coraſii conſideratio obſtet. Anxius de altero. At cum & hic militet ratio *d. l. 78. d. Jud.* & jus dicere publicum ſit officium cur idem etiam jus hic non ſtatuamus *arg. d. illud ff. ad L. Aquil. &* eſt adhoc *tex. in d. l. 13. §. fin. ff. ad Senatusconſ. Trebell.* Nihilominus tamen cum æquiſſimum ſit lites ſine ſuſpicione procedere *l. apertiſſimi c. de Judic. l. 9. d. lib. cauſa* pater in cau-

in cauſa filii vel contra filius in cauſa patris judicare & jus dicere non debet adverſario exceptionem ſuſpicionis apponente & ſic *d. l. 10.* accipio.

QUÆSTIO VIII.

An ordinarius recuſari poteſt?

OCcaſione eorum quæ in fine præcedentis quæſtionis dicta paucis, num ordinarius Judex etiam recuſari poteſt videbo. Quæſtio verò hæc non movetur de Jure Canonico (de hoc enim indiſtinctè omnis judex etiam ordinarius ob ſuſpectionem recuſatur *c. 61. extra de appell. c. 4. extr. de for. compet. Specul. de recuſ. §. 1. n. 1.*) non etiam de delegato; (nam & de hoc quod removeri juſtam ob cauſam queat liquet *text. in l. apertiſſimi. C. de jud. ibiq; Dd.*) ſed de ordinario & quidem in terminis juris civilis. Et hunc quidem removeri negavit *Bulgarus* ac poſt eum *Accurſ. in d. l. 16. Gail. 1. obſer. 33. in pr. Morla de juriſd. in præmiſſis n. 176. Reuſ. 3. conſ. 5. nu. 35.* Contrarium cum Martino placuit *Hoſtienſ. in ſum. n. 1. de recuſat. Cujac. 9. obſerv. 23. Zaſ. in d. l. 16. ac aliis*, qui volunt eum omninò recu-

ſari,

ſari, nullo adjecto loci Epiſcopo. Quæ ſententia de jure verior *text. in Novell 53. c.3. § ſancimus. l. fin. C. de ſent. & interl. l. 12. C. de judiciis.* Quas leges ut eludant de delegato ut qui olim ordinariè judicabat *Duar. 1. diſp. 53. Vaud. 1. q. 10. Cujat. 9. obſ. 23.* nec Magiſtratus eas exaudiunt. At effugium hoc, & diſtinctionem hanc nullam eſſe ſic probo: Judex in cauſa liberali recuſari poteſt *l. 9. de liberal. cauſ. Rosbach. in compen. jur. civil. & Canon. l. 3. tit. 3. n. 6.* At hic eſt ordinarius non datus *l. 2. C. de pedan. jud.* Cauſæ ſtatus quippe pro tribunali officio jus dicentis expediebantur, non etiam apud judicem Pedaneum *l. 32. §. 7. ff. de recept. l. fin. C. ubi cauſa ſtatus.* Ergò & ordinarius recuſabitur. Quod ſi cum *Rosbach. d. l.* ac Practicis exceperis caſum, ubi graves intercedant inimicitiæ cum ordinario *ob d. l. 9* pro nobis, nec contrà dixeris. Nec diluis *d. l. 9.* ſi de actore, an ſcilicet ad eundem judicem mitti debeat, eam accipis. Manet enim nihilominùs ordinarium recuſari poſſe: nec intereſt à quo removeri petatur; id quod nobis ſufficit. *l. apertiſſimi. 16. C. de judic.* diſſentientes pro ſua ſententia allegant; nec video tamen, quo colore ex dicendis: Equidem delegatum recuſari poſſe

in cauſa filii vel contra filius in cauſa patris judicare & jus dicere non debet adverſario exceptionem ſuſpicionis apponente & ſic *d. l. 10.* accipio.

QVÆSTIO VIII.

An ordinarius recuſari poteſt?

OCcaſione eorum quæ in fine præcedentis quæſtionis dicta paucis, num ordinarius Judex etiam recuſari poteſt videbo. Quæſtio verò hæc non movetur de Jure Canonico (de hoc enim indiſtinctè omnis judex etiam ordinarius ob ſuſpectionem recuſatur *c. 61. extra de appell. c. 4. extr. de for. compet. Specul. de recuſ. §. 1. n. 1.*) non etiam de delegato; (nam & de hoc quod removeri juſtam ob cauſam queat liquet *text. in l. apertiſſimi. C. de jud. ibiq; Dd.*) ſed de ordinario & quidem in terminis juris civilis. Et hunc quidem removeri negavit *Bulgarus* ac poſt eum *Accurſ. in d. l. 16. Gail. 1. obſer. 33. in pr. Morla de juriſd. in præmiſſis n. 176. Reuſ. 3. conſ. 5. nu. 35.* Contrarium cum Martino placuit *Hoſtienſ. in ſum. n. 1. de recuſat. Cujac. 9. obſerv. 23. Zaſ. in d. l. 16. ac aliis*, qui volunt eum omninò recuſari,

ſari, nullo adjecto loci Epiſcopo. Quæ ſententia de jure verior *text. in Novell 53. c.3. § ſancimus. l. fin. C. de ſent. & interl. l. 12. C. de judiciis*. Quas leges ut eludant de de legato ut qui olim ordinariè judicabat *Duar. 1. diſp. 53. Vaud. 1. q. 10. Cujac. 9. obſ. 23.* nec Magiſtratus eas exaudiunt. At effugium hoc, & diſtinctionem hanc nullam eſſe ſic probo: Judex in cauſa liberali recuſari poteſt *l. 9. de liberal. cauſ. Rosbach. in compen. jur. civil. & Canon. l. 3. tit. 3, n. 6.* At hic eſt ordinarius non datus *l. 2. C. de pedan. jud.* Cauſæ ſtatus quippe pro tribunali officio jus dicentis expediebantur, non etiam apud judicem Pedaneum *l. 32. §. 7. ff. de recept. l. fin. C. ubi cauſa ſtatus*. Ergò & ordinarius recuſabitur. Quod ſi cum *Rosbach. d. l.* ac Practicis exceperis caſum, ubi graves intercedant inimicitiæ cum ordinario *ob d. l. 9* pro nobis, nec contrà dixeris. Nec diluis *d. l. 9.* ſi de actore, an ſcilicet ad eundem judicem mitti debeat, eam accipis. Manet enim nihilominùs ordinarium recuſari poſſe: nec intereſt à quo removeri petatur; id quod nobis ſufficit. *l. apertiſſimi. 16. C. de judic.* diſſentientes pro ſua ſententia allegant; nec video tamen, quo colore ex dicendis: Equidem delegatum recuſari

poſſe

poſſe probat: at inde ordinarium recuſari non poſſe, minus logicè colliges; nec enim unius incluſio, hîc alterius eſt excluſio. Et delegati facit mentionem tantùm, non quaſi olim ordinarii non niſi extra ordinem judicarint, ut *Vult. Duar. 1. diſpu. 53. Vaud. 1. q. 10. Cujac 9 obſerv. 23.* (aliud enim *l. 2. c. d. pedan. Jud l. 8. l 9. de offic. præs. Vultejus 1. diſcept. 1.* oſtendit) ſed quod ad facti ſpeciem Joanni præfecto prætorio reſcri pſerit, vel ut plurimum delegati olim judices fuerint. Sane ratio deciſionis *in d. l. 16.* cum æquè militet in ordinario ac delegato, (nam utrobiq; lites ſine ſuſpicione procedere debent) cur non etiam deciſio per *l. illud ff. ad Aquil. l. adigere ff. de jure patron.* Nec relevat ſi dixeris huic ſuccurſum quod ordinario, ſi probetur ſuſpectus, loci Epiſcopus ſit adjungendus *Nov. 86. c. 2.* tantum n. in favorem litigantium, ne à propria patria recedere cogantur *d. c. 2. in fin.* factum, ut Clariſſimo Judici loci adjungeretur Epiſcopus, qui ſi omninò ordinarium recuſent, bene poſſunt, ne ſi contradicamus, id quod in eorum favorem conceſſum, in odium eorundem retorqueamus. Nam ante *d Novel.* indiſtinctè ordinarius repudiebatur, quia vero mole-

lum

ſtum erat litigantibus extra patriam maximis cum impenſis judicem quærere, Imperator ordinario ſuſpecto Epiſcopum adjungi voluit non quidem præciſe, ſed pro arbitrio litigantis *d. c. 2. Novel. 86.* Non impedit *Auth offeratur c. d. lit. conteſt.* nec enim ſuo cum fonte. *Nov. 53 c. 3.* congruit at cum à privato confectæ *Auth. ſi extra Nov.* quid ponant non ſtringunt *Pan. Collenut.*

QVÆSTIO IX.

An cæcus poteſt dari Judex?

ACcurſ. & poſt eum *Dd.* in *l. cæcus ff. de Judic.* volunt cœcum judicem fieri nō poſſe, factum tamen ſuperveniente cœcitate judicare non prohiberi. Contra indiſtincte eum admittunt *Duar. 1. diſp. 28 Donel. 17. com. 24. Zang. 2. de Except. num. 3. Treutlerus & alii.* Et ſane *l. cæcus de Judiciis* eſt generalis, ut non niſi cum divinatione ad caſum ſupervenientis cæcitatis poſſit reſtringi. Commodè putem hic diſtingui poſſe inter tempora, quibus ut plurimùm pedanei judicabant. *Vaud. d. l.* & quibus iterum Magiſtratus ſuæ notitionis examen adhibere jubebantur. Illis, hoc eſt, ante Diocletianum & Maximianum *l. 2. C. de*

 Pedan.

Pedan. judicibus ibiq; *Azo* indiſtinctè cœcus judex eſſe poteſt *d. l.cœcus de judiciis*. Eo tempore enim ſolebant prætores ſub initio ſuæ præturæ quotannis ex decuriis judices 300. vel etiam 360. ut *Vell. Paterculus* vult conſcribere, & nomina eorum in urnam conjicere, ex quibus deinde litigantes cauſæ controverſæ judices ſecundum numerum præſcriptum puta 60. 70. 80. ſortiebantur ac poſt ſortem viciſſim ex *L. Pompeia* actor ex unoquoq; ordine (horum vero erant tres) quinq; quos ſibi putare poſſet fore ſuſpectos recuſabat, ut etiam Reus, ac ita 30. in univerſum rejectis judicibus ſuſpectis ex reliquis aliàs 30. futuros cauſæ judices eligebant, *Sigon. 2. de Jure civil. Rom. c. 18. & l. 2. de Judic c. 6. Roſin. 7. antiq. 27.* inter quos ſi jam fuiſſet cœcus inq; eam conſenſiſſent partes, cur non potuerit eſſe judex. Et volenti cum non fiat injuria, partium damnum hic attendi non poteſt; imputent enim ſibi cur non quem minus idoneum ſciebant, rejecerint. Nec obeſt quod in plurimis ut judicio finium regundorum communi dividundo operis novi nunciatione & aliis lis inſpectione corporali ſit dirimenda *l. 4. C. fin. regund. Weſen. in par. d. t. n. 7.* ut enim ipſus non videat,

per

per agrimenſores tamen id facere poteſt *l. 8. fin. regund. l. 3. cod. eodem l. 44. de recept. arbitr.* 2. nec unus tantum dabatur judex, ſed plures pro cauſæ magnitudine: Uno ergo cœco reliqui oculis ſuis loca controverſa ſubjiciebant. Poſt Diocletianum verò & Maximianum, neſcio an etiam facile cœci judices eſſe potuerint. Ab horum ætate enim deſierunt Judices pedanei & Magiſtratus ipſi ſuæ adhibere notionis examen fuere juſſi *d. l. 2.* ita, ut hodie non niſi ob occupationes publicas vel multitudinem cauſarum judices dentur *d. l. 2.* At cœcum magiſtratum eſſe non poſſe noti juris *l. 1. §. 4. d. poſtul.* Et hoc de tempore *lex ſecunda codi. d ſent. ex Peric: recit.* ubi Judex ſententiam legere debet, intellecta itidem nihil obſtat.

QVÆSTIO X.

An Aſſeſſores Cameræ ſunt Judices ordinarij?

ITa teſtatur *Gail. 1. obſ. 33. n. 1. & 1. obſ. 41. n. 5 Treutl. Diſp. π. 12. th. 3. lib. b.* Quæ ſententia non eſt ſine fundamento. Qui enim ex lege habent Juriſdictionem, illi haud dubiè ſunt judices ordinarii *l. more*

cum ſeq. ff. de Juriſd. At vero Camerales eam habent ex lege ſcilicet ordinatione imperii *prin. ord. cam. & par. 1. t. 27.* §. Vnd ſoll der Verwalter *& t. 27.* ubi habetur das alle vnd jede Perſonen vnd Sachen/die der Keyſerlichen Jurisdiction ohn Mittell vnterworffen / vnd durch ſondern Außtrag dieſer ordnung / oder anderer Privilegien, Freiheiten / Gewilkure / vnd rechmeſſige Gewonheiten nicht außgenomen ſeind / an dem Keiſerlichen Chammergericht furgenommen vnd gerechtfertigt werden ſollen / *part. 2.* vidè *Heig. 1. q. 9. n. 32. Paurmeiſt. de Juriſd. 2 c. 5 á n. 109.* Schwamman *obſ. Camer. 3.* Nec ſequitur, Camerales habent ſuam Juriſdictionem ex delegatione & mandato cæſaris. E. non eſt ordinaria ſed delegata. Nam & legatus proconſulis habet Juriſdictionem ex mandato proconſulis *l 4.* §. *6. d. off. proconſ.* & tamen eſt ejus propria *l. 13. d. t. l 4. d. off. ejus.* Deinde Imperator Cameræ cauſam committendo ejus Juriſdictionem non alterat, ſed tantum excitare cenſetur. Schwammas *deciſ. Camer. 3. n. 7. annot. antiq. ord. Cam. 2. l. 27. Clap. deciſ. fiſc. Cam. 8. q. 1.* Quin â quocunque cauſæ avocari non poſſunt eſt ordinarius & propriam habet Juriſdictionem. *Covar, in*

ver. in c. ut noſtrum d. appell At vero Impepator à camera cauſam avocare non poteſt *p. 2. ord Cam. t. 25.* in verbis das dem Keiſerlichen Chammergericht ſein ſtarcker lauff gelaſſen werden ſoll: Schwammas *obſ Cam. 30.* Cujus ratio ſecundum *Scrad. d F p. 10. ſect. 1. n. 183. eſt* quod Camera Juriſdictionem poſſideat, mediante contractu imperatore ſcilic. per modum contractus in ordinationem Cameræ conſentiente. E. Camera habet juriſdictionem ordinariam & ſic erit judex ordinarius.

DECURIÆ IV.

CENTURIÆ III.

QVÆSTIO PRIMA.

An Profeſſor in Academia ex publico ſalarium habens per ſubſtitutum legere poteſt?

Audivi profeſſorem quendam novis Juſtinianeis conſulentem neceſſariam ob abſentiam in legendo vicaria ſui auditoris fuiſſe uſum opera, quod omnes non

probaſſe audivi itidem. Et quidem recte primo intuitu: perſonæ enim induſtria ubi electa, ibi actus per alium explicari non poteſt *l. inter artifices ff. de ſolut. l. un. §. fin. vero C. d. caduc. tollend.* At Doctoris ſeu profeſſoris publici induſtria & eruditio electa. Certum. E. 2. Si in manualibus quod quis ſuis operis perficere promiſit per ſubſtitutum facere non poteſt. Ergò multo minus in profeſſione, ut quæ majorem induſtriam requirit. At prius *d. l. 31.* E. Tacco quod ſic videtur profeſſio publica parvi fieri. Quæ tamen non tanta, ut ob ea in totum lecturam per ſubſtitutum factam datmnent. Diſtinguo ergo, & puto referre an profeſſor, qui ob neceſſariam abſentiam pergere non poteſt, ſuos commentarios, ſuas notas alicui legendas tradat, an vero absq; his alii, qui legat ex proprio cerebro, demandet profeſſionem: Illic nulla ſubeſt cauſa, cur ſubſtitutus non admittendus: hactenus enim ipſus facit, quod facit per alium. Quin ubi ceſſat differentia ingenii, naturæ, diligentiæ inter artifices, ibi alius pro alio ſufficit, *tex. in. d. l. 31. ff. d. ſolut.* At hoc in caſu eo ceſſat. Omnia enim facta â profeſſore nudum miniſterium ſubſtituto tantum præſtante. Hic verò non facile

facile ſubſtitutum admiſerim, Cum ob dicta in *pr. h. q.* tum quia ſubeſt differentia ingenii, naturæ, ob quam artifex alterius opera vicaria uti non poteſt *d. l. 31.* Et ita tenet *Br. in* § *nemo eſt qui neſciat ff. de duobus reis. Mar. Mant.*) *ſingul. 32. n. 1.* quod limitant tamen Dd. ita ferente Conſuetudine in ſubſtituto parem eruditionis opinionem & commendationem apud omnes habente *Jaſon in l. 1. n. 79. ff. d. off. ejus.*

Ad l. 3. d. Juriſd.

AD cujus legis intelligentiam meliorẽ conſule quæ ad eam habent *Br. Jaſon.* & *Dd. vulgo*, item *Goveanus Duar. Zaſ. Hottom. Covarr. Cujac. Ant. Fab. Waltherus 1. miſcell. 2.* Movetur primo circa *d. l 3.* An non tantum de imperio mero & mixto ſed etiam juriſdictione ſimplici ibi tractetur? Q. 2.
Quod tatum duo termini ſcilicet merum & mixtum imperium ibidem explicentur vult *Alcia. 2. parad. 8. Cujac. 21. obſ. 30.* At potius dicere ibi præter duos hos terminos etiam juriſdictionem ſimplicem explicari. Thema quidem hoc; imperium aut merum aut mixtum eſt *Ulp.* in *d. l. 3.* ſibi explicandum ſumit: At contra hoc nihil facimus, ſi & in ea de juriſdictione ſimplici Ulpia-

num tractare aſtruimus. Cum enim JCti intentio ſit, & de mixto imperio tractare *d pr. l. 3.* quomodo non etiam de juriſdictione ſimplici? cur enim dicitur mixtum? an quia ibi imperium eſt tantum? imo ſic tantum unum & ſimplex quid eſt? unum vero & ſimplex ubi, ibi non mixtum eſt. E. dicitur mixtum, quia ei juriſdictio ineſt *d. l. 3.* & per conſeq. quia ob juriſdictioné imperium miſtum eſt hoc poni non poterit niſi & illa ponatur: nec enim poſsibile mixtum dari abſq; iis ex quibus miſcetur, ſic enim ſimplex nec mixtum erit. Non quidem æque principaliter de juriſd. ſimplici *in d. l. 3.* differit ac de imperio mero & mixto; interim diſputando de imperio mixto, & illam in *d. l. 3. fundat.* Non enim placet *Cujacius in d. l. 3.* agnoſcens tantum duos terminos, mixtum & merum imperium ex eo, quod, cum juriſdictio ſemper cum imperio concurrat, & contra, hæc inter ſe non differant, ſed unum & idem ſint. An verò ſi juriſdictio imperio ineſt, una & eadem res cum eo eſt? imò apud me quod alicui ineſt, non idem cum ipſo eſt: nihil enim ſibiipſi ineſt, nec quicquam ſibi ipſi jungitur: quippe quod alicui jungitur, ut ſeparatum ſit ab eo neceſſum eſt: at quomodo

modo idem à ſeipſo? Quin aut nullum im-perium mixtum eſt, aut jurisdictio ſimplex & imperium mixtum non ſunt unum & idem, quod enim juriſdictio imperio ineſt hoc mixtum eſt. At quomodo ſi unum & idem ſunt? an idem ex ſeipſo miſcetur? imò ſic ſimplex erit & unum: at apage mixtum quod ſimplex.

QVÆSTIO III.

An vera meri & mixti imperii definitiones ibidem habeantur controverti video?

EXemplarem quam *Boëtius in Top. Commen.* τύπον vocat, ibi haberi volunt *Accurſ. Bart. in h. l. 3. Walth. 1. miſc. 2. & alii:* nos ulterius progredientes videbimus, an non vera & eſſentialis ibi meri tradatur definitio: Nam ubicunq; rei eſſentia per proprium genus & differentiam ſpecificam deſcribitur, ibi vera & eſſentialis definitio. At definitio hæc: merum imperium eſt poteſtas gladii ad animadvertendum in facinoroſo *d. l. 3.* habet hæc. E. de genere non eſt controverſia cum ob *l. 13. §. 1. l. 3. de juriſdict.* tum quia ipſi poteſtatis verbo loco

 gene-

…eris utuntur, vide *Bart. in h. l. 3. Coraſ. 3. miſc. 17. n. 1. Duar. 1. diſp. 53. Obrecht. de juriſd. c. 1. n. 27.* Solam differentiam oppugnant & quidem in ea, vocem GLADII, quaſi ſic definitio ſit anguſtior, cum noti juris in imperio mero non ſolùm gladio, ſed & ſecuri, telo, fuſti, laqueo vel alio modo animadverti *l. 8. §. 1. ff. de pœn.* At fruſtra. Gladii quidem pœna in jure noſtro materialiter accipitur, ut cum pronuntio homicidam eſſe feriendum gladio, hoc eſt, enſe *l. aut damnum 8. §. 1. ff. de pœn. l. illicitas. §. qui univerſas de off. præſid. l. ſolet eod. l. ſi quis. §. irritum. ff. de injuſto rupto. Accurſ. Bart. Cujac. in d. l. 3. Muſcorn. d. tr. n. 41.* at non tantum; ſed & formaliter pro quacunque pœna, qua facinoroſus capite poteſt plecti *cap. dilecti extr. de ſent. excom. l. illicitas. §. qui in univerſas. ff. de off. præſid. h. l. n. 3. Roman. 13. Coraſ. Zaſ. Mynſing.* & ſic & in *n. l. 3.* accipimus; quomodo non erit ad unam ſpeciem reſtricta. Et ſic corruit argumentum hoc. Ad ſubſtantiam cujuſq; definitionis requiritur, ut omnes ſpecies vel partes hæc definitio complectatur *l. 1. §. dolum ff. de dolo.* at verò in reſponſo *Ulp.* multas ſpecies meri & mixti imperii omiſſas eſſe, quo *Accurſ. Bart, Walth. d. l.* uſi:

uſi: materaliter ſiquidem gladium in eo exaudiunt; formaliter cum deberent: Ut & alterum: Hanc definitionem neque genus, neque differentiam habere; Et cum ipſi fateantur Ulpiani mentem eſſe, definire merum & mixtum imperium *arg ver. eſt d. l. 3.* cur non dicamus, eum potius id quod præſtantius eſt feciſſe, hoc eſt, verè & non exemplariter has ſpecies definiiſſe. In verbis: Quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia. *Ulpian.* per exempla mixtum declarat imperium. Circa quæ mirè variant Dd. aliter legit *Holoander,* aliter *Viglius in § prætereà inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſt.* Aliter *Franc. Hottom 7. obſ. 16.* Aliter *Goveanus de juriſd. n. 34. & 35.* Aliter *Ant. Faber 4. conj. 4.* Aliter *Pacius.* Placet *Florentina* legens, quod in danda bonorum Q. poſſeſſione conſiſtit: Juriſdictio eſt etiam judicis dandi licentia. An verò in poſtremis verbis juriſdictio ab *Ulpiano* per exemplum definiatur, jam non diſputo: Ita viſum quidem *Walth. d. c. 2. in fin.* at neſcio an benè? aliàs illa verba non ſunt ſine contradictore, ut videre eſt apud *Alciat. 2. parad. c. 7. Coraſ. in l. 1. n. 26. & l. 3 n. 28. de juriſd. Parlador. l. 2. rer. quotid. c. 1. n. 3. Camil.*

Plaut.

Digitized by Google

Plaut. ad Rub. ff. de off. ejus cui. l. 2. c. 13. nu. 6. & 7. An miſſio in bonorum poſſeſſione
Q. 4. ſit mixti imperii & judicis dandi licentia juriſdictionis: paucis tangam. Miſſionem non eſſe imperii, ſed ſimplicis juriſdictionis volunt *Govean. d. l. Anton. Faber 4. conj. 4. qui d. l. 3.* ne ſibi obſtet corrigunt legentes, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, juriſdictio eſt: Juriſdictio eſt etiam &c. Iudicis dandi licentia *Walth. d. c. 2. in fin.* eſt juriſdictionis diſſentiente *Cujac. & Alciat:* quibus mixti imperii eſt. Verè tàm in bonorum poſſeſſionem miſſio, quàm judicis dandi licentia, utriuſque, hoc eſt, & mixti imperii & juriſdictionis eſt. Nam ut dicuntur eſſe mixti imperii, eo ipſo & juriſdictionis. Mixtum quippe cui juriſdictio ineſt *d. l 3.* (abſq; hac enim mixtum imperium nullum eſt:) Quod ergò mixti imperii neceſſariò & juriſdictionis eſt, ut ex qua & ob quam imperium eſt mixtum. Sic juriſdictionis ſimplicis quod eſt, itidem & imperii (intellige quoad effectum) eſt; ſi modò verum juriſdictionem ſine coercitione modica nullam eſſe *l. fin. de off. ejus.* & conceſſa juriſdictione ea quoq; conceſſa videri, ſine quibus juriſdictio explicari non poteſt *l. 2. de juriſd.* Et hactenus veriſſimus

Cujac.

Cujac. 21. obſ. 30. dicens: Imperium mixtum & juriſdictionem unam rem eſſe, nec quicquam vindicari imperio mixto, quod non poſſit & debeat etiam vindicari juriſdictioni; & contra. Sic cum do tutorem, do judicem, jus dico & in obedientem nullo imperio opus, & hactenus eſt juriſdictio *h. l. n 3. in fin.* Quod ſi verò datus munus id ſuſcipere nolit, hîc ne juriſdictio nulla, hoc eſt, abſq; effectu ſit, opus coercitione modica, & ſic imperium exerceo *l. 12. §. 1. ff. de judic. l. 214. d. V. S.* Paucis. Ubi non eſt nuda cauſæ cognitio, ſed ſimul cum ea juncta modica coercitio, ibi non eſt ſola juriſdictio, ſed ſimul imperium. At ita eſt in licentia dandi judicis.

QVÆSTIO V.

An Imperator vel aula ejus des Reichs Hoffraht *concurrat cum Camera in cauſis imperij?*

ANte judicem Cameræ litigantes potiſsimum in ſecunda inſtantia aulam Imperatoris ſequebantur **worden die ſachen der andern Inſtantz an des Reichshoffraht oder**

oder Burgk vnd Landgericht gewieſen. Cum verò maximo cum rei familiaris diſpendio non raro aulam (ſæpiſsime enim mutabantur) partes ſequi tenerentur, & cauſæ ob multitudinem nimis protraherentur, ac in pleriſq; difficilior juſtitiæ adminiſtratio eſſet: de hoc gravamine ſtatus imperii primũ Noribergæ anno 1467. ac deinde Francofurti anno 1486. conqueſti ſunt, & *in receſſu de ann 1489.* per Maximilianũ Regem Imperatorem de Camera communi inſtituenda monuerunt. Hiſce querimoniis in aliis receſſib. iteratis tandem commotus Maximilianus Imp. primò Wormatię ann. 1495. deinde Auguſtæ ann. 1500. cum ſtatib. imperii de Camera ſeu prætorio imperiali cõvenit, ita ut de cauſis tàm mediatè quàm immediatè ad aulã Imperatoris antea pertinentib. jam Camera rectè cognoſcat *d. receſſ.* Alſo daß alle vnd jede Sachen die ohne Mittel der Keyſ. jurisdiction vnterworffen/ vnd von derſelben nicht durch ſondere Außträge außgenommen an dem Kam̃ergericht fürgenom̃en werden ſollen *par. 1. Ord. Cam. t. 27.* vide *Heig 1. q. 9. n. 32. Paurm de juriſd. 2. c. 5. Buchſ. in vita Bartoldi Archiepiſc. & Elect. Mogunt.* Quæritur E. jam; an abdicativè Imp. Cameræ juriſdictionem conceſſerit, ita

ita ut aula ejus jam in iis cauſis ampliꝰ cognoſcere nō queat. Ita placet aliis quod Camera ſurrogata aulę Imperatoris. E. quemadmodum ante aulā nemo ex paritate ſuperioritatis & juriſdictionis prævenire potuit, ita nec Cameram quenquam; ne ipsā aulam etiam prævenire poſſe. Subſtitutio n. & ſurrogatio videtur cum omnibus qualitatibus, jurib. & privilegiis facta, niſi ſpecialiter doceatur exceptio *c. acceſſorium de R. J. in 6. Cravet. conſ. 397. n. 2. Receſſ. Wormat. ann. 1495.* ac prætorium Imperiale idem cum aula Imperatoris eſſe ſolummodo mutato loco (ſeparata enim jam Camera ab aula) volunt. At contrarium verius: Nam ubicunq; eſt præventio ibi etiam juriſdictio. At aula Imperatoris in cauſis ad Cameram pertinentibus habet præventionem *Decr. Colon. ann. 1512.* §. zum driten in verbis: nach dem täglich der Parteyen Handel vnd Sachen an vnſern Keyſerl. Hoff erwachſen. vid. *Gail. 1. obſ. 121. Mynſing. conſ. 24. n. 20. Heig. q. 9.* E. 2. Si juriſdictio ſemper quoad concedentem cumulativè nec privativè intelligitur conceſſa, nec Imperator Cameræ juriſdictionem abdicativè conceſſiſſe videbitur. At prius *Can. cæterum de Judiciis. Natta conſ. 787. n. 24.*

Digitized by Google

n. 24. l. 3. Muſcorn. de juriſd. n. 34. Coler. de proceſſ. exec. p. 2. c. 1. n. 126. Vant. de nullit. ſub t. de defect. juriſd. n. 10. Andr. Knichen. de jure territ. c. 1. n. 237. Chaſſ. in conſ. Burg. Rub. 2. §. 1. & in gl. ult. n. 30. E. Nec relevat Camera habet juriſdictionem ex contractu. *Ferdinandus in §.* ſetzen vnd orden *ante Ord. Cam. art. 35. p. 2. Ord. Camer. Receſſ. 1995. & 1500.* E. Privativè. Nec enim procardicon hoc Dd. Iuriſdictio ex contractu conceſſa privativè intelligitur conceſſa verum eſt. Electores, Duces, Comites enim habent per contractus infeudationis juriſdictionem, & tamen Imperator abſq; omni requiſitione abſq; literis mutui compaſſus teſtes ab iis evocat, citat; *Weſenb. conſ. 96. l. 24. de Judiciis*, quo de ſupra latius. 3. Concurrentia juriſdictioni Cameræ & Imperatoris clarè habetur ir *p. 2. art. 27.* in verbis : Daß alle vnd jed Perſonen vnd Sachen/ die der Keyſerliche Juriſdiction ohn Mittel vnterworffen / vn durch ſondere Außträge dieſer Ordnun nicht außgenommen ſeynd an den Keyſerl chen Kammergericht fürgenommen vnd g rechtfertiget werden ſollen : hîc manifeſ dicitur cauſas juriſdictioni Imperator ſubjectas, hoc eſt, de quibus & in aula jud cari poteſt, Cameram cognoſcere. Ex qu ſi

ſic: Quæcunq; cauſæ ſubjectæ juriſdictioni, aulæ Imperatoriæ, de iis etiam cognoſcere vi illius juriſdictionis poteſt: Fruſtra enim alias eſſet juriſdictio illa. At omnes cauſæ tàm in prima quàm in ſecunda inſtantia ad Cameram pertinentes ſunt ſubjectæ juriſdictioni Imper. vel ejus aulæ. E. Omnes ergo cauſæ hodie ad Cameram pertinent, *d art. 27. p. 2. & art. 7. d. p. 2. Receſſ. 1495.* Attamen Juriſdictioni Imperatoris *d. art. 27.* hoc eſt, de quibus tamen & ipſe in aula ſua cognoſcit. Non urget *art. 7. 9. 27. d. p. 2. ord. cam.* Ex quo ſic concluditur. Reſervatio in uno, eſt abdicatio in alio. *Cravett. conſ. 214. n. 13. Scrad. de Feud. p. 10. ſect. 2. n. 23.* At vero Imperator in cauſa fractæ pacis, religionis, Feudorum regalium citra ullam præventionem ſibi reſervat juriſdictionem. E. ea in aliis ſe abdicavit, ſecundum *d. art. 27. p. 2. ord. cam.* Reſervatio enim ſeu reſtrictio in *d. art. 7. & 9.* non intelligenda reſpectu juriſdictionis Imperatoris, quaſi de illis ſolis, & non etiam de aliis cognoſcere velit, ſed Cameræ, quod ſcilicet ea de aliis omnibus cognoſcere debeat præter reſervatas: adhæc ex verbo **vorbehalten**/ quod σχετικὸν & præſupponit **behalten** idem elicitur.

QVÆSTIO VI.

An in incidentibus circa Electoratus, Marchionatus, principatus, Comitat: contrōverſiis ſolus imperator cognoſcit?

QVod Camera de iis non cognoſcat, ut maxime etiam concurrentem cum Imperatore in aliis omnibus juriſdictionem habeat; *t. 7. & 27. p. 2. ord. Cam. Heig. 1. q. 9.* conſtat ſatis ex *d. art. 7.* An ergo ſolus Imperator? Ita forſan pleriq; tex. in *d. art. 7. p. 2. O. C.* ob auch Sachen fürfielen Fürſtenthumb etc. derſelbigen Erkendnus wollen wir der Key. Ma. oder ihrer Liebd vnd Key. Ma. abweſens/vns/als auch Ro. Konig etc. vorbehalten haben. An Exceptionem agnoſcant pro ætate neſcio. Sane ut veriſſimus, qui regulariter, imperatorem de Ducat: princip. cognoſcere dixerit, cum *ob d. t. 7.* tum quia ducatus beneficia principis ſunt *d. t. 7. c. 5. aureæ Bullæ*, De quibus ſolus, qui ea conceſſit, cognoſcere ſolet *c. conveniſſet extra d. Judic. Cuppen. ad Authent. habita c. Ne Filius:* Ita dubito, an falſus,

ſalſus, ſin quo ad Feuda Regalia exceptionem quandam agnovero. Nam omne judicium Conventionale ſeu Auſtreg. excludit & Cameram, & Imperatoris aulam *art. 4. 6. 27. 28. d. p. 2. O. C. Dd.* vulgo. At duces Saxoniæ habent judicium conventionale ſeu Auſtregas, ſi controverſia circa Ducatus & alia incidat Austrage zwiſchen weiland Churfürſt Auguſto / Hertzog Johan Friederich zur Naumburg den 24. Febr. Anno 1554. auffgerichtet / vnd von Keiſer Carln beſtetigt. Et omnes lites inter hos duces primò coram his Auſtregis ventilandæ, *prin. d.* Auſtrag. in verb. ob auch künfftig zwiſchen vnß etc. irrungen furfielen: Coram quibus, ſi res componi non poſſit, demum ad Imperatorem deveniendum §. funden ſich *d.* Auſtr. Inde quaſi in controverſia circa jus primogenituræ, cum ea coram 12. illorum deputatis Conſiliariis, octo ſcilicet Nobilibus & quatuor Juriſperitis, omnibus tamen Conſiliariis non ſit ventilata, nulliter proceſſum eſſe alii volunt. Et talia pacta habent etiam alii Duces, ut conſtat ex *ſcriptis Johannis Friderici Electoris Saxon.* anno 1538. editis.

QVÆSTIO VII.

Quid ſi de parte quadam Feudi regalis controverſia, an & tum extra Auſtragas Imper: de ea cognoſcet?

HOc non placet, *Roſenthal. d. Feud. c. 12. conſ. 1. n. 30. ob d. art. 7. p. 2. O. C.* in verbis: So einem Theil gänzlich vnd endlich abgeſprochen werden/ ſollen derſelben erkentnuß. Mavelim cum *Schrad. de Feud. p. 10. ſect. 2. n. 68. Bruckm. conſ. 16. n. 17. Paurmeiſt. l. 2. de juriſd. c. 5. n. 96. Gothof. Ant. in diſp. 2. Antivult. Corol. 5.* ſtatuere, Imperatorem extra judicium Auſtrægarum indiſtinctè de Feudi regalis controverſia, ſive totum Feudum, ſive partem tantùm ejus concernat, cognoſcere poſſe; nec Cameram, vel alios cum eo habere juriſdictionem concurrentem. Nam in controverſiis, circa Ducatus, Comitatus, ſolius Imperatoris fundata juriſdictio *d. art. 7. p. 2. Ord. Cam. c. un.* apud quem, vel quos. At & ſi de parte ſit, eſt de Ducatu & Comitatu. E Quin qui in toto judex, ille & in parte il lius totius: diſpoſitum ſiquidem de toto cenſe

ſetur & diſpoſitum de parte. At de Feu-
régali toto, Imperator abſq; Cameræ
ncurrentia judicat, *d. art. 7. p. 2, O. C.* E.
on relevat, ſic dicis, hic quoad partem
eudi aliud deciſum per dicta verba: So
einem Theil gentzlich vnd endlich quę ita pro
Roſenthal induco. Conſtitutio qualificativa, qualificativè accipienda, nec aliter locum habet, quam ſi certam illam qualitatem ſubeſſe conſtet *l. 1. §. ait prætor. & ibi Br. ff. ne quid in flum. publ. l. Fulcinius 7. §. cum hoc. ff. ex quibus cauſis. l. pen. § decere. ff. ne quis in jus vocatus.* At Conſtitutio in *d. art. 7.* eſt qualificata, ſeu limitata, per verba: gentzlich vnd endlich. E. cum verò in noſtro caſu, Ducatus non in totum nicht gentzlich adjudicetur, videtur hic dictæ Conſtitutioni locus non eſſe. Nam reſpondeo, horum verborum, So einem Theil gentzlich vnnd endlich abgeſprochen werden ſollen non hic ſenſus eſt, ut demum, ſi de toto & integro Ducatu, Comitatu lis ſit inter principes in imperio Imperator cognoſcat, nec etiam ſi de quadam Ducatus vel Comitatus parte; ſed hic; quod quoties per ſententiam uni res ſit abjudicanda, & alteri adjudicanda, toties Imperatoris ſit juriſdictio, ut ſic verba gentzlich vnd endlich/

Digitized by Google

3.*proceſſ. c.* 2. *n.* 5. *Gail.* 1. *obſer.* 23. *n.* 3. huc non ſunt trahenda. Quin qui judex eſt in petitorio, neceſſariò etiam judex erit in poſſeſſorio, & contra *c.* 1. *d. cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ibiq; *Canon. l.* 10. *C. de judic.* ibiq; *Sichard. Mindan. d. l.* At ſolus Imperator eſt competens in petitorio Ducatuum *d. art.* 7. *p.* 2. *O. C.* Aliàs contrarium ſi diceremus, vel alibi petitorium & alibi poſſeſſorium eſſet inſtituendum, contra *d. c.* 1. *d. l.* 10. vel alii etiam de Ducatibus, Comitatibus, pręter Imperatorem poterunt cognoſcere, contra *d. art.* 7. Ad horum explanationem conſule, quæ habent (licet paulò in terminis aliis.) *Jul. Clar. in §. feudum q.* 90. *Zaſ. p.* 11. *n.* 22. *d. Feud. Duar. d. Feud. c.* 20. *Schrad. p.* 10. *§.* 1. *n.* 77. *ad c. ex parte. de foro compet.* ℞. *poſt Duar. Fachin.* 7. *controv.* 100.

QVÆSTIO IX.

An hodie obtinet veniæ impetratio ſpecialis?

OLim actor reum ire nolentem, etiam obtorto collo in jus trahere poterat *l.* 5. *§.* 1. *ibi non qualibet injuria eſt ff. qui ſatisdar. cogunt. l.* 9. *d. V. S. Cujac.* 7. *obſer.* 16. *&*

 10. obſ.

10. obſ. 10. Gœdd. ad l. 9. d. V. S. Vultej. diſcept. ſcholaſt. 1. quicquid ſtatuat *Robert 3. ſent. 1. Vaud. 1 q. 26.* quibus reſpondet *Vult. d. l.* Quia verò durùm & iniquum viſùm prætori, etiam Magiſtratum, parentes, & alios qui omni honore & reverentiâ digni, ſic in jus vocare, conſtituit: generaliter eas perſonas, quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu prætoris in jus vocari nòn poſſe, *l. generaliter 13. ff. de in jus vocand.* Hoc jus an etiamnum obtineat, quæritur? Ita contendunt *Fachin 10. contr. 87. Niell. diſp feudal. 10. th. 4. lit. b. Hartm. 2. obſ. 4. d. feud. §. 45.* propterea quòd non tàm propter violentiam illàm (uti opinatur *Cujac. 10. obſ. 10.*) veniæ petitione opus fuerit, quam ne ejuſmodi perſonæ famoſis actionibus temerè pulſarentur, *l. prætor 10 l. 11. ff. de in jus vocand.* quod etiamnum duret. Argumentum eſt: Militante & durante causâ edicti, edictum militat. At hodie etiamnum militat cauſa edicti. Negant *Ant Fab. in Ration. ad l. 1. de in jus voc. Cujac 10. obſ. 10. l. ult. diſcept. ſcholaſt. 1.* Pro quibus probabiliter diſputari poteſt. Non equidem ex eo, quaſi hodie illa violenta in jus vocatio eſſet (quod *Cujac. d. obſ. 10.* urget) fuit enim illa tantum impulſiva cauſa Edicti, Prætoris non

ris non etiam finalis: Impulſivâ autem cauſâ ceſſante, non ſtatim ceſſat effectus. *Tiraq. in c. ceſſante d. Appell.* Sed quod, cum hodiè Prætor, hoc eſt, Magiſtratus ad inſtantiam partis *l. ad peremtoriam 68. d. judic. l. fin. C. d. bonis autor. judic. poſſid. l. 4. §. hoc autem d. damno infecto* citationem committat, *l. ſed ſi hæc §. Prætor ait ff. d. in jus voc. l. cum Clericis. C. d. Epiſc. & Cler. §. quadrupli Inſt. d. action.* nulla abſq; Veniæ petitione citatio emittatur. Eo ipſo enim, ut pars adit judicem, eiq; factum narrat, & Reum citari petit (abſq; inſtantia enim non citat judex *d. l. 68 d. l. fin. C. d. bon. autor. jud. poſſid.*) Veniam impetrat, quam judice citationem committente intelligitur conſecutus. Veniam enim impetrare nihil eſt aliud, quàm pace & juſſu judicis litigare licere *d. l. 13. d. in jus voc.* At hoc adiens Prætorem in tribunali ac Reum citari petens intendit agit ac factâ citatione conſecutus eſt etiam. Cur E. adhuc ſpecialem citationem requiramus? Non enim quod fieri poteſt per pauca, fieri debet per plura. Reipſa ergò citationi hodiè ineſt petitio veniæ & hæc ſemper fit non quidem explicitè, attamen benè implicitè. Dico ergò hodiè non opus eſſe illa ſpeciali ve-

niæ impetratione, non quod indiſtinctè parentes & ſimiles perſonæ, quibus reverentia debetur, *d. l. 13.* in jus vocari poſſint; Sed quod cum reipſa per aditionem judicis & commiſſionem citationis jam ſit facta, ulteriori & ſpeciali non credam eſſe opus. Quomodo nil obſtant, quæ ſupra pro Niellio allata ex *d. l. 10. & l. 11.* Cum enim hodiè ſemper (ut dictum) factâ petitione citationis reipſa petatur venia: patet nec hodiè temerè & ſine juſſu Prætoris poſſe parentes & cæteras perſonas famoſis actionibus pulſari. Mores aliud ſi poſtulant (quibus de teſtatur *Hartm. Hartm. 2. obſ. tit. de feud. §. 45. & Zanger. 7. de except. 9. n. 9.*) eos vel de particularibus locis, vel petitione implicita, quam ſemper fieri hodiè reipsâ dixi, accipe.

QVÆSTIO X.

An fidejuſſor in criminalibus admittitur?

QVa de re per ocium conſule *Jul. Clar. l. 5. tit. fin. q. 46. n. 6. cum ſeq. Dambud. in praxi criminal. c. 20. Farina q. 33. cum ſeq. Menoch. 2. arbitr. 203. à n. 17. Coler. d. proceſſ. execut. p. 2. c. 3. paſſim. Hering. de fidejuſſ. 10. n. 380.*

n. 380. ac alios. Simpliciter quæſtio hæc nec negari, nec affirmari poteſt. Diſtinguendum ergo erit. Refert autē an fidejuſſor, & defenſor, in criminalibus interveniat, ad excuſandam abſentiam rei? an verò innocentiam ejuſdem deducendā, hoc eſt, quoad cauſæ ipſius merita. Quæ diſtinctio fundata *in l. 2. ff. de cuſtod. reor l. 33. §. 2. de procur.* Illic, h. e. ſi quis REI abſentis juſta impedimenta allegare velit, admittitur. Ubicunq; enim abſens quis damnari poteſt, ibi quemvis verba pro eo facientem, & innocentiam excuſantem audiri æquum eſt *d. l. 33. §. publicè 2. ff. de procur.* At quoad contumaciam, abſens damnari poteſt *l. 5. ff. de pœnis.* E. Hic verò, h. e. ſi reſpectu meritorum cauſæ intervenire, & rei innocentiam deducere velit; refert iterum, an delictum habeat pœnam relegatione minorem, vel eadem majorem, per *l 5. §. ff. de pœn. l. 1. l. 2. l. 3. l. 4. de cuſtod. reor.* Sin majorem, intereſt, an conſtet omninò de delicto, an verò non. Illic non admittitur fidejuſſor vel defenſor, *l. 2. de cuſtod. reor.* cum, quia abſens non condemnari poteſt *dict. l. 5. ff. de pœnis.* Ergò, non neceſſarius defenſor, *dict. l. 33. §. 2.* tum, ſin præſens, quia, non amplius ad intereſſe

pecu-

pecuniarium cujus gratia fidejuſſores adhibentur,ſed pœnam corporis inflictivam, ad quam nemo præter reum ſe obligat *arg. L. 13. ad L. Aquil. l. ſancimus C. de pœnis, agitur. Cæpolla conſ. 19. Colum. 22. circa medium n. 56. Color. deciſ. 1074. n. 24.* moribus tamen & hoc induci poſſe ait idem *Cæpoll. d. l.* Hic ſi ſcilicet non conſtat, puta interfecto quodam in tumultu à pluribus non conſtare de autore, vel homicidam moderamen inculpatæ tutelæ allegare,fidejuſſores de reo criminis ſiſtendo (vulgo **auff ein wiederſtellen**) admittuntur, qui ſi reum non exhibuerint præſtant pœnam conventam, aut ſi non expreſſa pœna pro arbitrio judicis puniuntur *text. in l. ſi quis 4. ff. de cuſtod. reor. Cin. in l. commentarienſem C. eodem.* De jure Saxon. ſolvunt Werigeldum *L. 1. Land. art. 10. Coler. p. 2. c. 3. n. 68. proceſſ. execut.* de moribus patriis cautio de ſiſtendo, fit ſub pœna nonnunquam 500. quandoq; 1000. 2000. vel plurium Fl. pro conditione perſonæ interfectæ, & ipſius familiæ, ut & circumſtantiis ipſius interfectoris. *Color. d. p. 2. c. 3. n. 88.* ſin minorem relegatione pœnam delictum habet, iterum fidejuſſor vel defenſor quoad merita cauſa admittitur *text. in l. 2. l. 3.*

ff. de

ff. de cuſtod. & exhibit. reor. d. l. 5. ff. de pœn. quoties enim quis damnari abſens poteſt; ibi & defenſor admittitur *d. l. 33.* §. *publicè 2.* At hactenus damnari reus poteſt *d. l. 5. ff. de pœn.* E. Et cum jam agatur ad intereſſe pecuniarium, cur non ut magis cautum nobis ſit, fidejuſſores admittamus &c.

CENTURIÆ III.

DECURIÆ V.

QUÆSTIO PRIMA.

Sin plures dati tutores quæritur, an ex iis unus etiam agere vel conveniri poſſit?

PLuribus datis tutoribus vel curatoribus movetur controverſia, vel ipſi nomine pupilli aliis movent, ex iis unus exhibito tutorio vel curatorio, (ut enim omnis alieno nomine agens actorium, aut ſi univerſitatis nomine ſyndicatum *p. 3. Ordin. Cam. t. 12. in pr. exhibet.* ita tutor vel curator tutorium aut curatorium *Adrian. Gylman. in proceſſ. Camer. t. 13. p. (mihi) 24.* niſi

Digitized by Google

niſi ſit à Camera conſtitutus *Gail. 2 obſ. 107. Gylman. d. l.)* comparet; quæritur, an audiendus, alſo daß er ſeine Perſon von wegen ſeiner Mitvormunden zu legitimirn nicht weiter ſchuldig? In puncto juris putem referre, an per provincias tutela vel curatela diviſa ſit, an verò non? Quæ diſtinctio fundata in *l. final. C. de autor. præſt.* ſin diviſa iterum intereſt, an tutor in ſibi aſſignata provincia, vel parte bonorum, litem proſequatur, & audiendus cum tutorio abſque ulteriori legitimatione *d. l. fin. l. 4. ff. de adm. & pericul. l. fin. Cod ſi pluribus tutoribus:* an verò non: & ſummovebitur executione, pro ea parte vel regione, quam non adminiſtrat *dict. l. 4 dict. l. final.* Sin non diviſa, ex iis etiam uni tantum agere permiſſum *l. decreto 24 §. 1. ff. d. t. l. 3. in pr. ff. eod. arg. l. 4. d. t.* cum quia (ut rationis loco ſubjicit *Paulus in d. l. 24. §. 1. in fin.)* duo ſimul agere non poſſunt, tum quia ſecundum Ulpianum multitudo nocet, & facilius unus actiones exercet & excipit, quàm plures *dict. l. ſi plures 3. §. apparet 6. de adminiſtrat. tutor. facit dict. l. ultim. Cod. de autor. præſtan.* ubi ait *Juſtin.* Sancimus ſi plures tutores fuerint ordinati unius tutoris autoritatem pro omni-

omnibus tutoribus ſufficere, ubi nondum diviſa eſt adminiſtratio vel prò regionibus, vel pro ſubſtantiæ partibus. Et ita tenent *Oldrad. conſil. 130. Col. 3. Speculat. de procurat.* §. *ratione autem formæ. num. 16. Coſtal. in l. qui proprio.* §. *ult. ff. de procurat. Anchoran. in c. ſi duo in 6. eod. notab. 2.* Nec negotium facit *l. 1. C. ſi ex pluribus tutor vel curator*, ubi ab uno tutorum vel curatorum cauſa poteſt defendi, ſi alii eam defendere noluerint. Si ergo defenſio recuſatur uni. Ergò, multò magis actio. Ad facti enim ſpeciem Caſſio Anton. reſcripſit; cum enim plures tutores cauſam pupilli defendere noluerint, & unum rectè admitti decidit *Anton.* motus haud dubiè ratione *Pauli in dict. l. 24. §. 1. & Ulpian. in dict. l. 3. §. 6. de admin. & pericul. tutor.* Et verba *dict. l. 1.* cum alii tutores vel curatores eam defendere noluerint cum facti, nec conditionis ſint, argument. à contrario ſenſu non ſuggerunt. Et ſi maximè eſſet, ceſſaret tamen ob textus expreſſos *dict. l. 3. l. 24. §. 1. de admin. l. 32. §. final. ff. dict. titul.* quia ibi tutori denegatur actio, non quod ſolus experitur, ſed quia contra contutorem judicium inſtituit, contra

l. 12.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

l. 12. ff. d. t. itidem non obſtat. Idem in pluribus procuratoribus non eſt ſi ad cauſam ſimpliciter dati *l. ſi quis 31. §. unius ff. de procur. ſpeculat. in d. §. ratione autem formæ n. 16. Panorm. in c. non injuſte de procur. n. 3.* ſecus ſi in ſolidum dati ſint, ibi enim quisq; tantum agere poteſt, quomodo Dominus ipſe *text. clar. in c. ſi duo 6. extra d. procur. in 6. ibiq; Canon. l. pluribus 32. ff. de procur. Coſtal. in l. qui proprio §. fin. ff. de procurat. Anchoran. d. l.* Indiſtinctè tamen ex pluribus datis procuratoribus etiam absq; clauſula in ſolidum unum admittunt *Spe- cul. d. l. Franciſc. Marc. deciſ. 1182. n. 14. Oldrad. conſ. 130. col. 3.* inquiens eos cenſeri datos in ſolidum ad ſimilitudinem tutorũ & curatorum manifeſte contra *d. c. ſi duo de procur. in 6.* Nec pro iis facit *d. l. qui proprio §. fin. ff de procurat.* Unus enim ex pluribus procuratoribus admittitur *d. l. qui proprio § fin* Si modo iis in ſolidum id mãdatum ex *l. 47. d procur.* ut ſic textus textui ſit jungendus: ut nec *l. creditor. in duobus. ff. mandat.* concepta enim eſt cum de procuratoribus ad negotia, tum de datis in ſolidum.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An appellante requirente Apoſtolos à Judice à quo hic tacens cenſendus eos expreſſe denegaſſe?

SI quis appellare velit, quod ſententia lata ſibi videatur iniqua *l. 1. in pr. de appel.* neceſſum, ut à judice à quo, petat Apoſtolos *t. t. de libell. demiſſ. inſtantiſſime l un. §. 2. d. t.* & quidem intra triginta dies à lata ſententia *l. Judicib. 24. C. de appellat.* intra quos ſi eos petere omittat, appellationi cenſetur renunciaſſe *c. ab eo de appellat. in 6.* Quæritur ergo ſi Judex à quo, nec libellos demiſſorios, nec refutatorios nec reverentiales det, ſed taceat, an videatur Apoſtolos denegaſſe vel dediſſe. Cujus quæſtionis effectus, quod ſi judicem tacentem pro expreſſe conſentiente habeamus appellans ſtatim appellationem proſequi poſſit, nec ulteriori requiſitione ſit opus, **darff nicht wieder vmb Apoſteln anhalten/** ſi modo inſtrumentum appellationis eum tacuiſſe contineat, ut enim de expreſſa conceſſione conſtare debet. Ita etiam docendum de

taciturnitate, quæ pro conſenſu expreſſo habetur, & cauſa eſt proſecutionis. Sin vero pro diſſentiente, jam iterum probata taciturnitate nullis ulterius petitis apoſtolis appellationem proſequetur. Et ita placet *Regulo in proceſſu c. 130.* ſo der Richter ſtillſchweiget/wird das im Rechten dafur gehalten/ als hette der Richter die Apoſteln zugeben offendlich geweigert / vnd bedarff die der Appellant mehr nicht bitten / vnd ſo einen der Richter gleich citirt/des ehr die Apoſteln zu nehmen vorkommen ſoll. Quod an ita ſimpliciter verum dubito. Vere is qui tacet nec negat, quia verò nec etiam affirmat *Paul. in l. qui tacet 142.* ibiq; *Philip. Matth. de R. I. c. qui tacet 43. de R. J. in 6.* pro deliberante eum habeo *Phil. Matt. d. l.* & ideo Apoſtoli ulterius erunt petendi *arg. d. l. un. §. 2. d. lib. demiß. c. ab eo 8. de appellat. in 6.* Et ſane ſi is qui tacet aliquomodo affirmat (non enim negat *d. l. 142.*) quomodo poteſt haberi pro expreſſe diſſentiente ſecundum Regulum: Expreſſus enim diſſenſus omnem conſenſum excludit: & contra ſi quodammodo negat (non enim utiq; fatetur *d. l. 142*) qui clare affirmabit. Melius ergo pro deliberante habebitur, ac ita ulterius apoſtoli petendi erunt, inſtanter

namq;

namq; ob occupationes judicis petendi *d. c. ab eo 8. de appellat. in 6. d. l. un.* §. 2. Hocque firmat *d. c. ab eo §. illud in fin.* ubi non tribuere Apoſtolos dicitur, ſi vel eos expreſſe deneget, vel intra præmiſſum tempus malitioſe aut negligenter illi tradere prætermittat. At vero qui tacet non expreſsè denegat, non quoq; negligenter dare prætermittit intra terminum, nullum quippe præfixit. Et ita docet *Anchoran. conſ. 224. Col. 2.* ſibi Contrarius in *Clement. quamvis d. appell. Regulus* pro ſe adducit *d. Clement.* Quamvis. At in illa nil minus probatur, quam tacentem expreſſe diſſentire & verba fin. *d. Clemen.* ad proxime precedent. Caſum refero non etiam ad ſuperiores.

QVÆSTIO III.

An tempus introducendæ appellationis partium conſenſu prolongari vel abbreviari poteſt?

INter cœtera fatalia appellationum de quibus vide *Mÿns. 6. obſ. 12. & 2. obſ. 48. Gail. 1. obſer. 139. P. Friderum, 3. de proceſſ. 11. n. 11.*

11. n. 11. eſt & fatale appellationis introducendæ, quod currit à die interpoſitæ appellationis *Auth. ei qui C. de tempo. appellat.* non à publicatæ ſententiæ *Mijns. 6. obſ. 57. Gijlman. proceſſ. Cam. Imper. tit. 37.* & in Camera hodie eſt ſemeſtre ad quemq; menſem 30. diebus numeratis *p. 2. O. Cam. tit. 30. & t. 60. §. 1. 2. 3. Gijlman. d. tract.* quod an prorogari vel abbreviari poſſit quæritur? *Gravat. ad Veſtrium L. 7. c. fin. n. 42. ut & Dd. communiter* hoc negant. Magis eſt, ut cum *Marant. in pra. p. 6. v. appellatio n. 225.* hoc affirmemus ob *text. clar. in clement. quamdiu 4. de appellat.* ubi appellationis proſecutione per compromiſſum vel de partium conſenſu expreſſo dilata differtur; tempus ad proſequendum eandem ab homine vel à jure præfixum currere nolumus appellanti, *& l. fin. §. fin. C. de tempor. & reparat. appellat.* ſi modo non ſubſit periculum *d. c. quamdiu in fin.* ibiq; *Canon.* Et fatale quidem legis (duplex enim hoc eſt *Mijns. 6. obſ. 12. Gail. 1. obſ. 140.* à judice à quo tantum abbreviari poteſt, à judice vero appellationis ut Cameralibus etiam prorogari ob bella, inundationes, aliaq; pericula poteſt *Mijns. 2. obſ. 62. Gail. d. l.* extra quod compromiſſum vel prorogationem

tionem judicis ſi intra 6. menſes citatio non reproducatur appellatio pro deſerta habetur, non ſecus ac ſi intra decendium appellatum non fuiſſet, *p. 2. O. C. t. 30. §. 4. Mijns. 3. obſ. 54. & 5. obſ. 57. Gail. 1. obſ. 140. Gijlman. in proceſſ. Cam. Imp.* Nec obeſt decendium partium vel judicis conſenſu nec prorogari nec minui poſſe. A diverſis enim concluditur, tempus enim decendii non reſpicit præciſe partis favorem, ſed formam judicii. Ea vero quæ de forma ſunt ſtricte obſervanda *c. quia propter 42. d. Elect.* nec iis addi vel adimi quid poteſt. *Gail. 2. obſ. 19. à n. 17.* incorporalia enim ſunt *Gail. d. l.* Tempus vero appellationis introducendæ principaliter in favorem partium introductum, & quo appellanti de novis Cauſis juſtificandæ provocationis cogitandi ſpatium ſit datur, in conſequentiam vero ne lites immortales ſint, in utilitatem publicam: inde hoc abbreviari vel prolongari poteſt *d. Mijns. & Gail. d. l. id non item.*

QVÆSTIO IV.

Quis præſtat ſalvum conductum?

CUm carcer de moribus noſtris (in pri-
cto juris enim aliud eſt *l. aut damnum 8. §. ſolent. ff. d. pœn.*) mala manſio ſit *arg. l. 4. ff. d. cuſtod. reor. c. quamvis d. pœn. in 6. dem. 1. §. duro d. Hæreticis* rei eum, aut ſimile periculum injuriæ perſonalis timentes, *Color. p. 4. proceſſ. 1. n. 208.* ſi procurator non admittatur. *Menoch. q. arb. 81. n. 10. Farina q. 29. n. 87.* (per reſponſalem enim ubi Dominus agere poteſt, non dantur litteræ fidantiæ *c. cum olim extra de teſtibus, Marian. Socin. de citat. art. 18. n. 6. Color. d. c. 1. n. 238.*) ad citationem emiſſam non ſtatim comparent (nec enim in totum verum illud vulgatum. Citation bringen daß gleit mit ſich) uti opinatur *Moll. 2. ſemeſt. 1. per l. 2. §. fin. de in jus voc.* quæ nil facit) ſed ſpecialem ſecuritatis cautionem ſub ſigillo judicis poſtulare ſolent, ut ſibi ſit facultas libera adeundi judicem, & ab ipſo viciſſim abeundi pfleget Beklagter ein frey ſicher Geleit zu vnd abe zu Recht vnd vor vngerechter Gewalt zu Auſſhurung ſeiner Vnſchuld auszubringen: quæritur E. qui judices & Magiſtratus illam ſecuritatem præſtare queant? *Fachin. 9. contr. 62.* opinatur eam à ſolo Imperatore concedi, qui veriſſimus. Securitatem ſeu ſalvum conductum præſtare,

ſtare, ſi idem quod pœnam remittere & plenam ſecuritatem facere (hoc enim ſolius Imperatoris *d. l. 4. ff. de pœn. l. 31. ff. eod. ob juſtam cauſam d. l. 4. in fin. Heig. 2. q. 22. n. 6. Cacheran. deciſ. 101. n. 1.* & ex præſcriptione hodie Electorum ac aliorum Ducum. *Heig. d. l. n. 30. Knichen de jur. Saxon. non provoc. ver. jus c. 5. n. 472.*) etiam in his terrminis *d. l. 4.* quam pro ſe adducit Fachin. loquitur: fallitur vero conductus ſalvus ſi pro facultate adeundi judicem, & ab eo abeundi libera (ut in foro ſolet) accipiatur. Tota enim die videas, & alios præter Imperatorem, ut Electores, Principes, Comites, eum concedere ut hos negare ſit ipſi ſoli obloqui; An E. indiſtinctè ab omni judice poteſt impetrari? *Weſenbec. conſ. 32. n. 19.* vult, dare ſalvum conductum, vel literas fidantiæ eſſe imperii meri ſeu juriſdictionis criminalis partem, es ſey den Obergerichten anfengig. At cum etiam in cauſa civili, ſi timeatur periculum injuriæ cujuſdam perſonalis, ſeu incarcerationis & per Procuratorem agi non queat *Menoch. d. q. 81. Coler. d. c. 1. n. 241. Farina d. l.* ſalvus conductus impetrari ſoleat, non ſcio an ſententia illa tuta. Et qui? Si imperium merum eſt poteſtas animadvertendi *l. 3. de*

juriſd. l. 1. de off. ejus cui Marta de juriſd. §. 1. c. 36. n. 18. per *l. 8 §. 1 ff. de pœn.* in eo enim non animadverſio ſeu pœna ſed favor & beneficium elucet. Et vidi Studioſum ob metum carceris â Rectore Academiæ, quę non habet imperium merum in cauſa, quoad eum civili, illum impetraſſe. Puto ergo & alios Magiſtratus requiſitos (cæteris paribus) ſecuritatem præſtare poſſe, conceſſa enim juriſdictione, conceſſa intelliguntur omnia ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt *l. 2. ff. de juriſd. ibiq́; Dd.* At & aliis Magiſtratibus in cauſa & civili & criminali conceſſa juriſdictio. E. At verò ſine ſecuritatis præſtatione ſæpiùs exerceri juriſdictio non poteſt. E. intelligetur & illa conceſſa: non enim inauditus facilè quis condemnandus, maximè ſi ſe ſuis cum defenſionibus audiri petat, ut hic fit. At qui audiri ſi abſens? præſens enim in judicio tantum auditur *l. pen. §. 1. ff. de publ. judic.* qui verò præſens abſque ſecuritate? nec facilè periculo nos credimus, nec etiam in loco non tuto comparere habemus neceſſum *c. accedens 4. §. mandamus extra ut lite non conteſtat.* Ergò, aut dandum & cæteros Magiſtratûs literas fidantiæ dare poſſe, aut Imper. Elector. Princip. velle lites cum maxi-

maximo diſpendio partium differri debere. Abſit hoc tit. C. ut intra certum tempus crimini quæſtio *c. un. de prob. feud. alienat. per Frid. & c. un. de prob. alien. per Lothar.* Quod tamen fieret, ſi extra patriam longiſſimè maximis cum difficultatibus conductum ſalvum impetrare cogerentur. E. erit prius. Nec eſt cur ab hac ſententia recedamus, Non *ob d. l. 4. ff. de pœn.* ut enim à principio dictum, de remiſſione enim pœnæ loquitur, quæ nō eſt ſecuritatis præſtatio. Non etiam quod eam violans crimen committat L. Majeſtatis *l. 1. ff. d. ad L. Jul. Maj.* ut vult *Fach. d. l. Angel. in l. utimur. n. 7. ff. de ſepulch. viol Signor. de homicid. conſ. 103. & conſ. 102. quod in ſolum fiat principem. §. 4. infr. de pub. jud. l. 1. ff. eod. Jul. Clar. L. 5. §. fin. §. crimen læſæ majeſtat.* abutimur enim *d. l. 1.* verbum ſecuritatem ſi pro ſalvo conducto accipimus: pacem quippe publicam notat *Duar. L. 2. Diſp. 22.* Et licet de ſecuritate loqueretur, commodè tamen de conceſſa à Principe acciperetur, nec indiſtinctè de omni alia. *Cuneus in tractat. ſecur. n. 32.* alii enim præter Principem cum non habeant majeſtatem *Jul. Clar.* quomodo lædetur, nec enim non entis ulla eſt qualitas.

QVÆSTIO V.

An & facultas redeundi ſeu abeundi à judice ſub ſalvo cõductu continetur?

UTrunq; & facultas adeundi judicem & recedendi ab eo ſub ſalvo conductu continetur. *Color. d. c. 1. n. 220. Bruckm. in §. ſoluta poteſtas. c. 4. in 2. effect. 6. n. 1. Menoch. caſ. 335. n. 11. cum ſeqq. Mynſ. 1. obſ. 82. Weſenb. in parat. de ſatiſdat. & alii.* In quo quippe fides data in illo ſervanda *arg. l. 1. ff. de pactis.* etiam hoſti *c. offerebat 32. q. 7. l. 21. §. fin. quod metus cauſa. gl. in l. 1. l. 2. de dolo malo. Angel. d. l. Farina q. 29. n. 6.* nemo enim ſub fide publica decipiendus *l. 1. C. de his qui ven. ætа.* At quoad poteſtatem abeundi vel recedendi liberè, reo facta fides. E. Nam ad judicem ire etiam extra ſecuritatis cautionem poterat; non verò etiam abire. Hoc ergò ut liceat; impetrat conductum. Quin quod & quantum petitum, id intelligitur etiam conceſſum, ſi modo verum, ſententias petitionibus reſpondere debere. At verò facultas abeundi petita. (Taliter enim ſupplicant, **Bittet derwegen N. ein frey ſicher Geleid zu vnnd**

abe

abe zu Außführung ſeiner Vnſchuld) & in hunc finem omnis intentio petentis conductum, ut etiam concedentis, ut ſic contra conſcientiam faciat judex, reum ſub fide data comparentem non dimittens; Pactiones enim & fœdera ex mente paciſcentium æſtimanda, ac ex æquo & bono interpretanda, ut non injuria Mauritius Elector Saxon. b. m. Carolo V. adverſus Philippi Landgravii liberationem quid tentanti, ego, dixerit, te tanquam Imperatorem, & non tanquam Legiſtam volo pactiones & fœdera interpretari. *Gentil. 2. de legatio. 12.* ac Stephanus Rex Poloniæ verè reprehenditur, quod cuidam militi conductum non ſervarit apud *Laurent. Muller. in hiſt. ſeptentr. fol. 12.* Et hoc non tantum verum, ſi nominatim facultas abeundi petita, alſo daß Supplicant ein frey ſicher Geleid zu vnd abe zu Außführung ſeiner Vnſchuld gebeten / ſed & ſi ea omiſſa ſimpliciter conductus petitur, cum ex intentione contrahentium quæ ſemper inſpicienda *l. ſemper. de R. J.* tum ex diſpoſitione juris, ex qua ſic colligo. Si de jure ſub jure eundi, & jus redeundi continetur, ſequitur & facultate eundi ad judicem petita (q̃ tamen non petit principaliter, ſemper n. illi hæc ineſt etiam extra hanc ſecuritatem) jus redeundi cōtineri.

neri. At prius *text. in l. utimur, ff. de ſepulch. viol.* ibiq; *Angelus l. qui fundum. ff. de contrah. emt. l. ſi venditor, ff. de relig. & ſumpt. funer. l. ſi mercedem. §. ſi eum. ff. de act. emt.* Hinc alibi *Baldus JC.* tutum iter vel ſecuritatem à Principe datam ſervari debere, nec verba calumnianda, ſed omnia bona fide agenda reſpondit.

QVAESTIO VI.

An vero fidantiæ ſeu ſalvi conductus præſtatio ubivis, ac ſic etiam in locis intermediis obtinet?

Refert;(ut paucis rem comprehendam) an concedens etiam præter locum judicii intermediorum locorum ſit Dominus, an vero minus. Sin Dominus, omninò & in illis fidantia ea operabitur. Conceſſo enim conſequenti, cenſentur conceſſa omnia ſine quibus conſequens id haberi non poteſt *And. Kohl. Exer. legal. 1. arg. l. 2. ff. de jurisd.* At verò ſine locis intermediis ad locum judicii pervenire non poteſt Reus. E. Conſecutus ſecuritatem ſeu fidantiam quoad locum judicii & eam quoad inter-

612

intermedia intelligetur habere. Nec rei ad locum judicii etiam ſupplicationem pro fidantia reſtringunt, ſed indefinitè, ut ſibi libera facultas adeundi ad judicem & viciſſim abeundi ab eo ſit *Color. d. c. 1. petunt.* bittet Supplicant in gemein zu Außführung ſeiner Sach ein frey ſichers Geleite zu Rechte vnd vor vnrechter Gewalt/ quomodo & fidantiæ conceſſio indefinita nullo loco expreſſe fieri ſolet ut wir geben dir zu Außführung deiner Sache oder Vnſchuld ein Geleite zu Rechte vnd vor vnrechter Gewalt. E. generaliter etiam intelligenda, ſi modo verum, reſponſionem petitioni conformem eſſe debere *l. ſi ſine 9. §. qui interrogatus ff. de interrog. in jure fac.* Adhæc ſub fide publica nemo decipiendus *l. 1. C. de his qui ven. ætat.* At conceſſione fidantiæ, ſi non extenderetur, ad loca etiam intermedia deciperetur ſupplicans. E. An ſi quæſtores noſtrorum Ducum facinoroſo ſalvum conductum concesſerint principes abſq; notificatione ulla Ohne Auffkündigung der Fidantz eum capere poſſint, hic non tango: Scio enim in talibus quæſtores abſq; aulæ reſcripto nihil facile tentare: interim cum proprii nihil habeant, ſed principum vice fungantur *l. 1. in f. ff. de offic.* ejus.

ejus. l. 16. ff. de juriſd. hoc eis non facile conceſſerim. Videbuntur enim ſic contra fidem datam venire contra *d. l 1 ff. de pactis:* quod quippe factum à quæſtoribus (intellige in terminis mandati ſive commiſſionis) cenſetur ab ipſis principibus ob delegationem fieri *c. quod quis d. R. J. in 6.* Sin verò intermediorum non eſt Dominus, cautio ſecuritatis tenebit quidem, & in illis quoad concedentem, ob modo dicta, at non etiam quo ad ipſum intermediorũ Dominum: non enim extra territorium jus jubendi ulli eſt *l. fin. ff. d. Juriſd.* ut maxime concedens etiam voluerit, limitata enim juriſdictio extra limites non ſtringit *arg. d. l. fin.* & limitata cauſa limitatum habet effectum *arg. l 2. cancell. ff. de his quæ in teſt. del. l. in agris 16. d. acq. rerum domin. l. pæn. §. decere* & ibi *Jaſon. ff. ne quis in jus vocat. l. 1. § ait prætor & ibi Br. ff. ne quid in flum. publ. l. Fulcinius 7. §. cum hoc, & ibi Br. ff. ex quibus cauſ. major Tiraquel. in tractat. de utroq; receſſ. §. 1. §. 8. gl. 7. n. 1. & 2.* Et idem *in c. ceſſante. Cauſa p. 1. n. 142. 2.* accuſatus forſan & aliis ſuſpectus non temere ſe judicis citantis fidantiæ credat ſed & ab intermediorum Dominis eam petat ſic enim pleniſſima gaudens ſecuritate in

omnem

613

omnem eventum tutus erit *Coler. d. c. 1. n. 213.*

QVÆSTIO VII.

An Princeps promittens ei qui detegit facinus impunitatem eam ſervare debet?

ITa putem in hypotheſi. Fides quippe data ſervanda *l. 1. ff. de pact.* nec ſub ea quiſpiam decipiendus *d. l. 1. C. de his qui ven. ætat. impetr. non hoſtis etiam c. offerebat 32. q. 7. l. 21. §. fin. ff. quod met. cauſ. Fachin. 9. controv. 58. Farina q. 29. n. 6. cum ſeq.* At vero hic data facinoroſo d. impunitate ſi detegat crimen. E. Nec eſt ſi dicas tale pactũ eſſe contra bonos mores contra jus gentium, quo delicta punienda, non dimittenda *l. ita vulneratus ff. ad L. Aquil. & ita non* obligatorium *c. non eſt obligatorium d. R. J. l. 16. de V. O.* Nam hoc principis factum contra bonos mores non eſt. Nec urget quaſi ſic delicta maneant impunita cõtra *d. l. ita vulneratus l. ſancimus C. de pœn.* Non enim indiſtincte omni facinoroſo promittitur impunitas (hoc enim contra jura omnia, & ſic non obligatorium *d. c.*

non

Digitized by Google

non eſt de R. J. in 6.) ſed uni & quidem ut alios detegat, nec ut alii ad ſimile perpetrandum invitentur. Ponendum enim in quibusdam locis cottidie fieri incendia, rapinas, latrocinia, autores vero horum malorum diligenti etiam habita inquiſitione inveſtigari non poſſe, hic ſane ut conſulatur Reip. & malis eis maturè obviam eatur prudentiſſimus fuerit princeps promittens detegenti facinorum autores impunitatem: ſunt quidem omnia delicta punienda *d. l.* ita vulneratus, verum quia malo aliter hic ſuccurri non poteſt, recte ut innoteſcant facinoroſi & ad ſupplicium trahantur uni promittit impunitatem & ſic è duobus malis id quod minus eligit. Ex juſta enim cauſa Princeps pœnam remittere poteſt *l. 4. inf. ibiq; Br. l. 31. ff. de pœn.* At qui in noſtro caſu eam ſubeſſe negabit. Non etiam ſic aperitur feneſtra peccandi: In hypotheſi enim, hoc eſt, uni non in theſi volumus impunitatem promitti. 2. Ut finis actiones diſcernit *Phil. l. 2. Phyſ. p. 23.* Ita & hic datur impunitas, non quaſi probentur delicta, ſed ut illorum actores facilius innoteſcant & citius malum de populo tollatur vide *canon. de Pact. c. 29. Duar. in l. 5. ff. d. pact. Alciat. in l. 177. de verb. ſignif.*

QVÆ-

QVÆSTIO VIII.

An minor abſq; curatore ſuo contrahens obligatur?

QVam quæſtionem Dd. vulgò tradunt ad *l. 3. C. de in integ. reſtit.* Cæterum conſtat minorem obligari ſive cum tutore ſive ſine tutore contraxerit *l. 101. de V. O.* conſtat itidem eum hoc ex contractu læſum in integrum reſtitui *t. de minor. d. l. 3. C. de in integ. reſtit.* ut & eum civiliter obligari Dd. in *l. 101. de V. O.* at quando & quomodo in eo omnis eſt difficultas. Certè Dd. varii. Aliis non obligatur naturaliter ob *d. l. 3. C. d. in integ. reſtit. min. 25. ann.* Nec obeſt quod ibi reſtituatur; reſtitutio verò contractum validum præſupponat; cum quod nihil eſt, reſcindi non queat *l. 5. ff. de injuſt.* Dicunt enim id verum; ſi contractum à minore non habente curatorem: ſecus verò ſi ab habente abſque ejus tamen conſenſu *d. l. 3. in pr. ad l. 101. de V. O.* ℞. ibi tantùm probari minorem ſine curatoribus ſuis obligari, in quo nulla ſit controverſia, de modo vero quomodo obligetur, an naturaliter an civiliter, ibi nihil, quo de tamen ſit quæſtio. Nec ſtringit: obligatur ex

 ſtipu-

ſtipulatu: ſtipulatio verò eſt juris civilis. Ergò civiliter obligatur minor in *d. l. 101. de V. O.* nam ex ſtipulatu datur quidem obligatio civilis; at non tantùm, ſed etiam naturalis: cum verò in *d. l. 101.* altum ſilentium de civili, de naturali eam per *d l 3.* Exaudio. 2. Et licet ibi haberetur eum civiliter obligari, quod tamen non eſt, nihilominus tamen cùm ſtipulatio firmandarum obligationum cauſa fiat *l. ſtipulat. 5. §. conventionales de V. O. Paul. 5 ſent. 7.* & ſine iis non ſubſiſtat *Cujac.* alibi *Suaretz. in addit. ad Gometz. 2. reſolut. 9. lit. E. Comm. 5. comm. 9.* præſupponendum ibi eſſe eum locupletiorem factum reſponderem. Putem cum aliis referre, an minor curatorem habeat vel non *d. l. 3. C. de in integr. reſtit.* Hoc caſu omninò obligatur *d. l. 3.* reſtituitur enim in *d. l. 3* At quomodo ſi contractus nullus & invalidus *arg. d. l. 5. de injuſt.* Illo viciſſim diſtinguo an minor habens curatorem & abſq; eo contrahens hoc agat, ut rem quandam alienet, an vero tangat, ut perſonam obliget abſq; rerum interventu. Hoc poteſt firmiter. In quantum enim minor contrahit non habens curatorem firmiter obligatur *d. l 3. in fin.* At vero in quantum obligat perſonam ſuam non habet

habet curatorem, ſolam enim rei familiaris ſuſtinet adminiſtrationem, curator, nec perſonam minoris attingit *l. in copulandis C. de nuptiis*. E. facit *l. 43. ff. de obligat. l. 101. de V. Oblig.* ibiq; *Cujac. l. ult. §. 1 ff. eod.* Ibi in quantum res alienantur non obligatur *text. in d. l. 3. C. d. reſtit.* nec enim Minori tali rerum ſuarum permiſſa adminiſtratio *l. ſancimus ult. C. admin. tut.* ſed ſolus curator ſolam eam ſuſtinet *d. l. in copul. 8.* Et hoc eſt quod JC. *Modeſt. in d. l. 101.* inquit: puberes ſine curatoribus ſuis poſſe ex ſtipulatu obligari, quaſi dicat, poteſt fieri, ut obligentur, poteſt etiam fieri, ut non obligentur, prout rerum alienatio intervenerit, vel non per *d. l. 3* Nec impedit pr. *d. l. 3.* in verbis: hunc contractum ſervari non oportet. Nam id verum, quia alienatio intervenit, in verbis res vendidiſti *d. l. 3.* nec indiſtinctè *d. l 101. de V. O. d. l. 43. de O. & A.* Inſtabis in *d. l. 3.* minorem talem prodigo cui bonis interdictũ comparari, at vero prodigum inſtar furioſi ipſo jure aliis omnino non obligari *l. 6. ff. de V. O.* At nil prohibet comparationem illam quoad alienationem exaudire; Et quemadmodum prodigus poſt interdictum alienãdo nil transfert, quia res in bonis non ha-

bet *l. Julianus 10. ff. de curat. furio.* Ita nec minor habens curatorem ob *d. l. 8. C. de Nupt.* Nec enim ſimpliciter in *d. l. 3.* & plene prodigo comparatur, ſed ei non abſimilis eſſe dicitur, quomodo Ipſe Imperator inter prodigum & minorem talem videtur differentiam agnoſcere. Eſt quippe vocula (non abſimilis) medium inter ſimile & diſſimile *Gœd. in l. 130. n. 3. ff. de V. S.* Et certe quoad judicium & diſcretionem minor talis eſt prodigo diſſimilis *Don. ad l. de V. O. An d. l. 101. de V. O.* recte reſtringatur ad caſum, ubi pubes factus locupletior? neſcio. ſane id ibi non habetur, & cum in minore perfectus jam ſit conſenſus, dubito an bene quod in pupillo receptum aſſeras ſtatim etiam de minore.

QVÆSTIO IX.

An puella ob cicatrices illatas in facie contra lædentem ad æſtimationem poteſt agere.

Liber homo ſi occiſus vel læſus corporis ejus, aut membrorum nulla initur ratio *gl. in l. qua act. 7. §. fin. ff. ad L. Aquil. Weſenb. in para. ad L. Aquil. n. 7.* nullam

enim

enim recipit *l. fin. d. his q. dejecer.* ſed ad pœnam vel civilem vel criminalem agitur *l. 1. §. 1. ff. de his qui dejecer.* ac de jure civili arbitrariè *§. pœna autem cum §. ſeq. Inſtit. de injur.* Saxones vero ad 30. ſolidos in viro, in muliere vero ad 15. *Land.art.16.junct. art. 45. L. 3. & L. 1.* Land *art. 68. Reinhard. diſſ. 4. par. 5. quod* cum nimis fuerit leve, *Weſenb. in parat. d. quæſtion. n. 9.* ab illo jure in omni injuria receſſum per *Conſtit. Elector. p. 4. conſt. 43. §.* nach dem wir dan erinnert & in §. wir wollen auch dieſe vnſere Conſtitution auff die real injurien, ac arbitrarie hodie lædens punitur *d. §.* wir wollen habita ratione damni per læſionem eam dati *l. 1. §. hæc autem ff. de his qui dejec.* cum vero ex cicatricibus puella reddatur deformior, & ob hoc non tam facile ſponſum invenire poſſit, quæritur: an & cicatricum ratione ineunda: Videamus jam paucis de affirmativa. In actionem quippe ex bono & æquo venit, quicquid aliquem alicui præſtare æquum & bonum eſt *arg. §. 31. ibiq; Dd. de action.* At actio qua agitur ad damnum cicatricis eſt ex æquo & bono *l. 42. ff. de ædil. Edict.* E. cum enim ob maculam in facie deterioris jam ſit fortunæ, & tàm locupletem maritum invenire non

queat benigne videtur & illius maculæ eſſe habenda ratio. Sola *l. fin. ff. de his qui dejecer.* obloquitur. *Gotthofr. in d. l. fin. poſt Gometz. d. l. fin.* non de cicatricibus puellis, ſed viris illatis accipiunt ſecundum *Ovid.* Forma viros neglecta decet. *Weſenb. in parat. de his qui dejecer. n. 5.* ait verba finalia *d. l. fin.* non ita eſſe accipienda quaſi damni ex cicatricibus orti omnino nulla ſit habenda ratio ob fundamentum dictũ *in pr. n 9.* ſed quod non communis & vulgaris. Dixerim cicatricum aut deformitatis nullam eſſe æſtimationem *d. l. fin.* intellige directo: ad intereſſe enim principaliter agitur *in L. Aquilia vel q. l. 18. §. fin. ff. de dolo malo.* At ut liberum corpus nullam recipit æſtimationem *d. l. fin. in fin.* ita nec pars ejus *arg. l. quæ de tota ff. de rei vind. Weſenb. in para. de his qui dejecer.* & ſic directò cicatricis in facie non ſit æſtimatio *in L. Aquil.* vel in his qui dejec. Quia tamẽ hæc actio ex æquo & bono *d. l. 42.* hoc vero dictat deformitatem illam æſtimari: benigne & utiliter etiam ob cicatrices aget puella contra arguin. lædentem eorum quæ habet *Weſenb. in par. de his qui dejec. n. 5.*

QVÆ

QVÆSTIO X.

An Imperator eſt Papæ vaſallus?

ITa Papicolæ & quidem cum in *extrava. de conſuetud.* dicatur, ſuper gentes & regna Rom. Pontifex cõſtitutus eſt à Domino, non ſine autoritate. Adferunt & diutinam poſſeſſionem in jure ſuperioritatis, tum Pontifex ſe ſoli, Imperatorem lunæ comparat *c. pollicite 6. de major. & obed inde in c. unam ſanct.am extra. de major. & obed.* pontifex ſe præfert omnibus regibus ſibiq; gladium ac poteſtatem Imperatoris ſubjicit, à nemine judicari vult, ipſe vero omnes. Et qui mirum? Cum papa Deus ſit *c. ſatis diſt. 96.* nec puri hominis ſed veri Dei vicem gerat in terris *c. quanto 3. de translat. Epiſc.* At placent, quæ habet *Niell Diſp. Feud. 2. th. ult. Gœd. Diſp. feud. 4. th. 9. vult. c. 8. de Feudis* ita ut vere & pie hodie nullus Imperator in Imper. Rom. Pontifici præſtet fidelitatem *Vult. d. l.* ſed contra potius Pontifex eam Imperatori Rom. debeat. Nam Regulæ ſtandum donec conſtet de exceptione. *Andr. Kohl. Exer. legal. 1.* At regula eſt, ut omnis anima poteſtati ſupereminẽti ſubdita ſit, *Rõ. c. 13. 1. Petr. 2*, E, & Papa:

non n. legitur Papa exceptus. Sed quorſum? nonne Dn. Papa Deus eſt, *c. ſatis evidenter diſt.* 96. nec nudi hominis ſed veri Dei vicē gerit *d. c. quāto 3. de transl. Epiſc.* At qui Deūs inferiori, creator creaturæ ſuberit, qui Deus ab hominibus judicari poterit *l. ſatis evidenter.* Ad hæc vicem alicujus gerens non habet plus juris quàm principalis *l. traditio 10. de acq. rer. dom. c. acceſſorium de R. J. in 6.* At nec Chriſtus, cujus ſe jactat vicarium, nec Petrus cujus in locum ſucceſſit, præerat Imperatori, ſed contrà huic ſuberant *d. c. 13.* inde Chriſtus: reges gentium dominantur, vos non ſic, & *Actor. 25.* Paulus ſeculari juriſdictioni ſe ſubmittit, ut & Chriſtus alibi. E. nec Papa etiam præeſſe poterit Imperatori aut verus non erit vicarius. Et qui? cum Chriſti regnum non fuerit de hoc mundo, ſit verò de eo regnū Papæ. Quæ à principio hujus quæſtionis pro Papa dicta, adulationes & figmenta ſunt, ac à Pontifice ipſo lata, qui in cauſa propria Judex eſſe nequivit *arg. l. 10. ff. de juriſd. & tit. C.* ut nemo in propria cauſa jud. aut ſi Canones ſalvandi, dic Pontificem in actibus ſpiritualibus eſſe ſuperiorem ac in his etiam *c. quanto 3. C. de conſuet. in extravag. in pr.* loquitur: in mundanis verò nullum ei imperium eſſe ex edicto

ipſius

ipſius Chriſti. Difficilius eſt *c. 100. Feud. 2.* in verbis: Et ipſi ſoli Deo & Romani Pontifici. *Niell.* dicit extra ordinaria *c. non ſtringere*; ordinaria ubi ſint in contrarium & hoc ſupra etiam defendere voluimus: alii volunt tenebris Chriſtianæ religionis nondum diſcuſſis ita obtinuiſſe exaudientes *d. c.* potius in terminis facti quam juris. Mihi in *d. c. 100.* fidelitas Deo & Pon. Rom. debita non eſt illa de qua *2. Feud. 2. 6. 7.* Sed tutela & defenſio Imperatoris, ad quam tenetur non ex capite contractus Feudalis, ut alius Vaſallus: ſed Lege conventionis; ut imperii Dominus Als ein ſchutzherr/ ſchirmherr. ſub principio enim Imperii olim promiſerunt Imperato: Et hodiè etiam num jurant, ſe remp. Chriſtianam, Pontificem, & Eccleſiam Rom. defenſuros *Sleidan. l. 1. hiſt.* Cujus reſpectu Pontifici poteſt debere fidelitatem: Quæ interpretatio videtur fundata in *c. tibi Duo 33. diſtin. 63.* Otthonis enim tempore penes Imperatorem poteſtas creandi Pontifices cum fuerit; fidelitas in *d. c.* tibi Duo, non pro ea quam Domino Vaſallus debet, ſed pro defenſione erit accipienda.

DECURIÆ VI.

QVÆSTIO PRIMA.

An cedendo uſumfructum extraneo nihil agitur?

ITa *Juſtin. in* §. *finitur.* 4. *Inſt. d. uſufr.* & *Pompon. in l. ſi uſus fructus 66. ff. d. jure dotium.* Nec ſine ratione. Perſonæ enim cohæret *l. 4. ff. d. Novat.* At talia ad hæredes vel alios non tranſeunt *l. 25. §. 1. ff. d. pact.* Contrarius ſibi videtur *Juſtin. in* §. *1. Inſt. d. uſu & habit*, Diſtinguendo inter jus uſus fructus, & reditus ſeu fructus ex illo jure, hoc eſt, perceptionem fructuum, ut loquitur *Pompon. in l. 66. d jur dot.* me expedio per *d. l. 66.* Illud cedendo uſu fructuarius nullus eſt *d. §. finitur d. l. 66.* perſonale enim eſt *d. l. 4. Weſenb. in π. quib. mod. uſusfr. amitt. Johan. d. Platea in d. §. finitur 4.* tale verò ad alios non tranſit, ſed cum perſona expirat. Quin ſic ſervitus ſervitutis conſtitueretur, contra Dd. commune votum. Perceptionem fructuum vero cedendo, hoc eſt, donando, vendendo, locando, uſufructuarius fruſtra non eſt, ſed omninò fructus

fructus & commoditates ad alium transfert, *d. l. 66. §. 1. Inſt d. uſu & habit. l. 12. §. 2. l. 38. ff. d uſufr. & quemadm.* Et hanc ceſſionem ipſa natura uſusfructus, ut quæ non tantum in utendo hoc eſt, ad neceſſitatem *l. 14. §. 1. d. uſu & habitat.* Sed & fruendo hoc eſt, ad omne lucrum, omnes obventiones, alle nutzung ad voluptatem etiam *d. l. 14. Weſenb. in π. d. uſufr ſuadet.* At quomodo abſq; ceſſione? Nec urget quod dicit Juſtin. cedendo uſum fructum extraneo, nihil agi, & *Pompon. in d. l. 66.* nihil tranſire, & ſic nec perceptionem fructuum. Ex fine enim *d. l. 66.* ſubaudiendum quod jus uſusfructus: non enim poteſt ita cedi, ut novus uſusfructus fiat, qui æſtimetur ex perſona ceſſionarii. Servitus enim ſervitutem non gignit: At benè ut ceſſionarius factum percipiendi fructus habeat, quod non æſtimatur ex jure quoad uſumfructum ceſsionarii: hoc enim is nullum habet, cum remanſerit apud uſufructuarium *d. l. 66. in fin.* ſed ipſius uſufructuarii. In *d. §. fin.* cedendo nihil fit, intellige ſi cedendo extraneo velit eum cum proprietate conſolidari: hactenus enim ſoli proprietario cedendus, nec etiam extraneo.

THE-

THESES DE JURE ACCRESCENDI, SEU

brevis juris accreſcendi materiæ difficilis, obſcuræ & maximi laboris *Hubertus Giphan. in §. ſi. eadem 9. Inſt. de legat.* ac mirificè doctiſs. hominum ingenia torquentis, *Fachin. 4. conject. 98.* delineatio:

THESIS I.

De jure accreſcendi Dd. docent ordinariè, in §. *ſi eadem. Inſt. de legat. in l. re conjuncti 89. legat. 3. l. triplici de V. S. & t. t. ff. de uſufr. accreſc.* nonnulli etiam in §. *fin. Inſt. de donat.* ut de jure meritiſs. *Dn. Vult. Giphan. Stuckius*, & complures alii. An jure an injuriâ non dico.

II.

Nec enim de hoc in toto jure noſtro vel titulus vel liber certus reperitur. Unde Dd. hîc magis varii. *Titulus 2. lib. π. 7.* Specialior eſt, nec quomodo jus accreſcendi in ſucceſſionibus & ultimis voluntatibus, ubi frequentiſſimum eſt, obtineat, explicat.

III.

Eſt verò de hoc quæſtio perdifficilis. *Petr.*

Petr. Greg. Tholozan. in ſyntag. jur. l. 46. c. 9. n. 1. & de apicibus juris *Dn. Weſenb. in π. ff. de uſufr. accreſc.* Ampla *Johan. Gaudent. in præfat. ad l. re conjuncti 89. d. legat. 3.* ſubtilis, perplexa. *Johan. Svev. in præfat.* & mirificè doctiſſimorum hominum ingenia torquens *Facbin. d. l.*

IV.

Attamen ſi in hoc addiſcendo benè ad *d. §. ſi eadem. Inſt. de legat. l. 17. de hæred. Inſtit. l. 16. l. 34. §. 9. legat. 7. l. 41. legat. 2. l. 80. l. 89. legat. 3. l. un. C. de caduc. tollend. l. triplici de V. S. & t. ff. de uſufr. accreſc.* (in his enim ll. potiſſimùm tota de jure accreſcendi materia fundata) attendimus; non omninò poſſumus eſſe ſteriles & infrugiferi.

V.

Modo inſuper melioris *dd. ll* intelligentiæ gratiâ conſulamus, *Bart. Ripam & Dd. vulgò in d. l. 89. l. triplici de V. S. Coraſ. in l. teſtamento. C. de impub. & aliis ſubſtit. Govean. Duaren de jure accreſc. l'ult. in d. §. fin. Giphan.* ibid. *Romul. in l. re conjuncti legat. 3. Johan. Svevium Præceptorem meum colendum in h. tr. Cretſchm. & alios.*

VI.

Eſt nomen jus accreſcendi compoſitum ex voce jure, & verbo accreſcere.

Jus

VII.

Jus alias eſt πολύσημον *l. 11. cum l. ſeq. d. l. & jure* Dd. vulgò ad *tit. Inſt. eod.* In hac materia autore *Ulpian. in l. 13. §. 1. d. hered. inſtit.* interpretor poteſtatem ſeu facultatem, ut quomodo actio eſt jus perſequendi *pr. Inſt. d. act.* bonorum poſſeſſio *jus in l. 3. §. 2. d. bon. poſſeſſ.* hoc eſt, poteſtas & facultas, ita & jus accreſcendi jus hoc eſt poteſtas dicatur.

VIII.

Accreſcere eſt alteri accedere, adjungi: ſic flumen prædio noſtro cum quid adjicit, dicitur paulatim accreſcere *l. 56. d. acquir. rer. dom. l. 7. §. 1. d. t.*

IX.

Aliàs juris accreſcendi ſignificata reperies apud clariſs. *Dn. Johan. Suev. c. 1. L. 1.*

X.

Ratione qua jus accreſcendi hoc nitatur, idem eruditè deducit in *c. 2. d. L. 1.* In *Accurſii v. ad l. ſervus communis 67. d acquir. hered.* quæ eſt, quod jus noſtrum neminem patiatur pro parte teſtatum & pro parte inteſtatum decedere, *l. 7. d. R. I.* acquieſcit.

Et

XI.

Et certè per abſurdum, partem hæreditatis unam agnoſcere, alteram verò recuſare *l. 1. § ſi ex aſſe ff. d. acquir. hæred.* & voluntatem defuncti, quæ individua *l. 18. §. fin. de his quæ ut indign.* dividi.

XII.

Ex qua ratione vides jus accreſcendi hoc ex *l. 12. tabb.* non oriri, uti voluit *gl. in d. l. Celſus 29. 8. fin. And. Gerhardi Diſput. teſtam. 7, th. 2.*

XIII.

Verbis enim *legis 12. tabb.* his, uti legaſſet ſuæ rei, ita jus eſto, latiſſima poteſtas tributa videtur, & hæredis inſtituendi & legata, & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi *l. 120. d. V. S. pr. Inſt. ad L. Falcid.* ut ſic de *L. 12. tabb.* non fuerit pugna cauſæ teſtati & inteſtati, ac benè quis partim teſtatus, partim inteſtatus decedere potuerit *Romul. ad d. l. re conjuncti n. 8.*

XIV.

Quomodo cum in *L. 12. tabb* ceſſet ratio juris accreſcendi inductiva; cur non jus accreſcendi ipſum *c. ceſſante d. appellat ibiq; Tiraq. arg. l. illud. ff. ad L. Aquil. 15. Poſt. L. 12. tabb.* id interpretatione coanguſtatum eſt, vel Legum vel autoritate jura

conſti-

conſtituentium *d. l. 120. in fin. de V. S.* ac tandem multis ll. ex media Juriſprudentia ita reſtrictum *Panorm. Cretſchm. de jure accreſc. th. 4.* ut tempore Pomponii nemo pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus decedere potuerit *d. l. 7. de R. J.*

XVI.

Et in tantum hoc hodie verum, ut licet quis in una re inſtituatur, tamē ad omnem hæreditatem vocatur *l. 1. §. 4. l. 10. de hæred. inſtituend.* tantum ob pugnam teſtati & inteſtati *d. l. 7.*

XVII.

Verba jure antiquo in *d. l. 29. §. fin. ff de legat. 2.* ſi reſpectu novioris *L. Papiæ.* pei quam jus accreſcendi, paucis exceptis caſi bus, de quibus *in l. un. in pr. C. de cad. tol lend. Ulpian. tit. 18. tit. 17. in pr.* fuit ſubla tum. *Tacitus 3. annal. n. 4. in fin. Cujac. in* *C. de caduc. tollend. nec L. 12. tabb.* accipis non ſunt in contrarium.

XVIII.

Ex media. E. Juriſprudentia eſt jus a creſcendi *d. l. 120. in fin. pr. Inſt. ad L. Fa cid. Cretſchm. d. l. Johan. Svev. d. l. 1. c. 3. J han. Stuck. in diſp. de jure accreſc. th. 15.*

XIX.

Ita à principio. Poſtea inter Pompeju

& Cæſarem, Lepidum, & Brutos ærario populi Romani exhauſto, ejus augendi gratia Lex julia, Papia, vel Papia Poppea, quę centeſimam hęreditatum in fiſcum redigebat, & legata quæ quis capere non poterat, efficiebat caduca, *Cujac. in π: C. d. cad tollend. Johan. Suev. d. c. 3. p. 15.* ab Auguſto lata fuit. *Tacitus d. l. Dion L. 56. Forſter. 2. d. ſucceß. c. 11. n. 15.* ac ita jus accreſcendi ſublatum. *Dn. Suev. d. l.*

XX.

Quia v. iniquum viſum fuit JÇ. ultimæ voluntatis hominum (poſt quam aliud velle non poſſunt) non eſſe liberum ſtylum & licitum, quod iterum non redit arbitriũ *l. 1. C. d. SS. Eccles.* ideò conſilio eorum frequentes fiębant ſubſtitutiones, etſic caducitas illa pervertebatur *d. l. un. C. d. caduc. ibiq; Gothofr.*

XXI.

Quo ultimarum voluntatum favore & Impp. moti paulatim *L. Jul. Papiam* mutarunt. vid. *l. 1. C. d. infirmand. pœn cælib.* ac tandem *Juſtin.* totum caducorum jus ſuſtulit per ſæpius *l. un. c. d. caduc.*

XXII.

Hoc in definiendo jure accreſcendi variant Dd. ita ut quot capita ſint, tot etiã ſententiæ. *Terent.*

Digitized by Google

XXIII.

Aliter enim *Ripa ad d. l. re conjuncti*, aliter *Coraſ. in l. teſtamento n. 1. C. d. impub. & aliis ſubſti.* Aliter *Suerin. d. uſufr. accreſc.* Aliter *Vult. ad d. §. fin. Inſtit. de donat.* Aliter *Gregor. Tholozan. in ſyntag. juris Vult. L. 46 c. 10. n. 2.* Aliter *Johan. Gerhardi d. diſp. th. 8.*

XXIV.

Cujac. in tr. 5. ad African l. qui uſufr. 36. §. uſufruct. ff. d. uſufr. jus accreſcendi eſt jus retinendæ vel nanciſcendæ partis ejus, qui non concurrit, vel qui concurrere deſiit.

XXV.

At neſcio an perfectæ definitiones fiant dividendo. *Gocl. L. 1. part. Log. p. 88.* Eſſentiam enim unam ſignificare debent, quod nunquam fit dividendo.

XXVI.

Dn. Vult. eſt jus quo pars vacans cedit & accreſcit parti occupatæ in *d. §. fin. cui præc. Joh. Suev. in d. c. 4. L. 1.* adjicit finem.

XXVII.

Modus acquirendi dominij juris civilis, quo pars vacans mediante conjunctione cedit & accreſcit parti occupatæ, eſt *Joanni Stuck. ad d. §. fin. & d. diſp. th. 6.*

Cujus

XXVIII.

Cujus genus, quod eſt modus acquirendi dom. non placet *Cretſchm. d. diſp. th. 16. Hillig. in Don. enucl. 7. comm. 12. lit. a.*

XXIX.

Quod tamen arg. alluvionis, ad cujus ſimilitudinem jus accreſcendi inductum, *Joh. Suev. d. l. 1. c. 1.* firmat *Stuck. d. l. th. 14. cum ſeq.* Et id ante poſuerunt *Maſſin. Rubr. C. quand. non petent. part. Suerin. d. uſufr. accreſ.*

XXX.

Et cum hi aptè etiam juris accreſcendi naturam exprimant, dubito an jure reprehendantur, quod (verbo) quomodo inductum exprimant: non enim tantum modum & originem juriſaccreſc. ſed & eſſentiam ejus comprehendunt.

XXXI.

Cumq; ſit legale *l. 33. §. 1. ff. d. uſufr. junct. §. præterea 20. Inſt. d. Rer. div. l. adeò 7. §. 1. d. acquir. rer. dom.* ac aliquo modo proximius quàm jus, & in effectu cum voce juris coincidat non repudiarem.

XXXII.

Nec ſequitur; quod accretum non poſſidemus titulo pro accreto, ſed pro hærede, ꝑ legato. E. juſaccreſcendi nō eſt mod' peculiaris acquirēdi dominii. Illius n. nō eſt

ratio quod jus accreſ. nõ ſit modus acquir. ſed quia non multiplicanda Entia abſque neceſſitate. Conjunctis enim (inter hos enim ſolos eſt jus accreſcendi Dd. comm.) cum & pars vacans ſit relicta(ſemper quippe ſinguli conjuctorum habent ſolidum, in quo conjuncti licet non naturaliter tamen civiliter, & licet non exprima & anteced. tamen ex ſecundaria & conſequente voluntate. *Mantic. 10. conject. ultim.*) & ſemper ab initio in illa etiam hæredes vel legatarii (intellige civiliter & præſumtione juris) fuerint; ac ſic jam partem accretam titulo pro hærede vel legato poſſideant, nõ opus eis titulo novo & pro accreto.

XXXIII.

Cœterum in differentia nihil deſidero; niſi quod de verbis: parti occupatæ accreſcit, dubito.

XXXIV.

Et ſanè generaliter ſecundum ſuam eſſentiã jus accreſcendi, ut in jure noſtro occurrit definire voluerunt (ut volunt & debent etiam omnes) non immeritò.

XXXV.

Hactenus enim particularis eſt, nec ſuo cum definito convertitur.

In

624

XXXVI.

In uſufructu ſiquidem eſt jus accreſcendi *t. t. de uſufruct. accreſc.* ibiq; *Dd. vulgo. l. 1. l. 10. d. t.* nec tamen ibi ſemper portioni ſed etiam perſonæ portionem nullam habenti *l. 10 ff d. t l. 1. § 3. eod. accreſcit. l. 33. §. 1. ff. de uſufr. l. 14. §. 1. de except. rei judic.* latè *Johan. Svev. in d. tr. c. 4 à princ.*

XXXVII.

At definitio eſſentiam rei cum contineat, hæc verò omni conveniat, & ipſa univerſalis & reciproca eſſe debet. *Scal. Exerc. 300. Sect. 1.*

XXXVIII.

Nec eſt, ſi dicis, hoc ſpeciale eſſe in uſufructu, & ideò ejus in definitione non habendam rationem.

XXXIX.

Nam non volo, ut hoc quod in uſufructu portio non ſemper portioni, ſed quandoq; perſonæ accreſcit *d. l. 10. d. l. 1. §. 3.* in definitione juris accreſcendi exprimatur; Sed tantùm diſputo, quod cum Dd. jus accreſcendi ut in jure occurrit, generaliter definire velint, & nihilominus (per verba, portioni occupatæ) ita reſtringant, ut excludatur jus accreſcendi quod in uſufructu eſt, minus Logicè agant.

XL.

Et definitio eſſentiam rei cum exprimere debeat, *Ariſt. 2 poſt. 10.* Hæc verò non utplurimum, ſed ſemper inſit. *Crell. part. prop. Log. 1. c. 10.* nõ verè forſan ex iis quæ ut plurimum ſe ita habent, rem definiès. Et *l. 4. l. 5. d. ll.* de regula nec definitione vera.

XLI.

Generaliter ergò jus accreſcēdi eſt jus vel modus acquirendi, quo mediante conjunctione partem vacantem acquirimus.

XLII.

Non obeſt & partem aditam alteri accedere *d. l. 10. ff. d. uſufr. accreſ.* Nam nec uſusfructus, ſi attendis ad tempus, quo alteri accedit, verè eſt occupatus. Quo de vide *d. l. 10.* diſtinguentem, ut & *Johan. Suev.*

XLIII.

Et cum jus accreſcendi non ſit niſi pars vacet, *Bart. in d. l. re conjuncti n. 49.* additum in definitione, partem vacantem.

XLIIII.

Vacat verò pars variè 1. ſi pro non ſcripta habeatur, ut ſi ſcriptus tempore teſtamenti non amplius vixerit *d. l. un. §. cum triplici,* vel pro vivente non habitus ſit *l. ſi in metallum ff. qui pro non ſcrip. l. 1. C. d. hæred. inſtit.* vel planè non extiterit *d. §. cum*

triplici.

triplici, vel tempore teſtamenti incapax fuerit *Nov. 74. §. fin.* 2. Quæ non adita vel repudiata *d. l. un. §. in noviſſimo.* ubi conjunctus ob culpam propriam fit incapax relicti Fiſci cauſa potior *l. 7. legat. 2. d. l. un. §. quæ autem l. hæreditas C. de his quibus ut indign.* alias pars vacans cedit occupatæ *d. l. un. §. quæ autem 12.* 3. Quæ eſt caduca *d. l. un. §. 4.*

XLV.

Hactenus de Definitione. Ad diviſionem quod attinet, aliis juſaccreſcendi reale, ut quando portio portioni accedit: vel perſonale, cum portio perſonæ non habenti portionem accedit, ut in uſufr. *d. l. 10. d. uſufr. accreſ.* Qua de quid ſentiendum, vide *Joan. Suev. d. c. 4.*

XLVI.

Petro Gregorio Tholozan. L. 46. c. 11. n. 2. eſt juſaccreſcendi in ſpecie, & jus non decreſcendi, quam bene examinat *Johan. Suev. d. tr. c. 5. L. 1.* & cum in omni conjunctione quid ſit quod accreſcat, illa diſtinctio nulla eſt, ut videbis pluribus infra *th. 110.* jus non decreſcendi eſt, quo pars non acceptata à conjuncto per concursū remanet apud conjunctum aliam portio-

nem habentem *l. un.* §. *ubi C. d. caduc.* Ex qua definitione (ſi modò vera) varia diſcrimina juris accreſcendi & juris non decreſcendi *Tholoz.* deducit, quæ tamen à diverſitate conjunctionis dependent potius.

XLVII.

Cum verò mediante conjunctione jus accreſcendi detur (abſque hac enim hoc nullum eſt *l. 1. in pr. & §. 2. d. uſufr. accreſc. l. cum ſingulis, eod. l. 20. legat. 2. l. 84. §. 12. legat. 1.*) de ea paucis. Eſt ea cauſa, quæ operatur jus conjunctionis *§. 8. d. legat.* Hoc non falſum eſſe quod in conjunctis verbis ſit quidem conjunctio, non tamen jus accreſcendi, uti vult clariſs. *Johan. Suev. circa finem d. c. 4.* ex dicendis patebit.

XLVIII.

Conjunctio verò aliis eſt, quibus una & eadem res in eodem teſtamento ſucceſſionis genere eodem relicta *d. l. un §. his ita C. d. caduc. d. §. 8. Celſo JC.* conjunctim hæredes inſtitui, aut conjunctim legari, hoc eſt, totam hæreditatem & tota legata ſingulis data eſſe: partes autem concurſu fieri *l. 80. legat. 3.*

XLIX.

Ex cujus reſponſo qualitates juris accreſcendi innoteſcunt.

1. E,

L.

1 E. oportet, ut plures ſint inſtituti *d.* §. *8. d. l. 80.*

LI.

Conjunctio enim eſt cauſa juris accreſcendi *d.* §. *8. Johan. Svev. d. c. 4. in fin.* (nec enim abſque ea eſt jus accreſcendi, *l. cum ſingulis de uſufr. accreſ.*) at quomodo unius poteſt eſſe conjunctio?

LII.

Nec eſt ſi cum *Don. 7. comm. 17.* dicas, unum ex fundo inſtitutum totam hæreditatem acquirere *l. 1.* §. *4. de hæred. acquir* ac ex pluribus partibus nullam omittere poſſe *l. 80. de acquir. hæred.* vid. *d. l. ſi ex aſſe. d. l. 9.* §. *13. l. 10. ff. de hæred Inſtit.*

LIII.

Nam jus noſtrum ſi reſpicis, ibi nulla fuit diviſio, ſed ſemper in tota hæreditate inſtitutio eſt facta: hoc enim cum non patiatur quem teſtatum & inteſtatum decedere, *l. 7. de R. J.* ut in fundo quis inſtitutus detracto fundo valet inſtitutio quoad totam hæreditatem *d l. 1.* §. *4 de hæred. inſtit.* ut ſic ſemper totum & ſolidum inſtitutus habuerit.

LIV.

Qui verò illi, qui ſemper ſolidum & civiliter & naturaliter habuit quid accreſcet?

LV.

Et ubi nulla eſt defectio, ſive in parte civili ſive naturali, ibi nec etiam eſt accretio, ex definitione juris accreſcendi *arg. l. 3. de jur. accreſcen. l. 80 legat. 3.* At ubi quis ſolus inſtitutus etiam in parte tantum, ibi nulla eſt defectio: Eſt enim in omni & toto inſtitutus absq; parte *d. l. 1. §. 4. d. l. ex aſſe de acq. hæred.* Ergo aut totum in uno deficit, aut nihil, & non admittitur pro parte qui totum poteſt acquirere *l. 1. de acquir. hæred. l. 6. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

LVI.

Teſtator quidem de facto inſtituens unum in fundo Corneliano tantum, dividit hæreditatem: at de jure cum id fieri nō queat per *l. 7. de R. J. l. 1. §. ſi ex aſſe de acquir. hæred. l. 16. d adm. tut. l. 18. §. fin. de his quæ ut indign.* Et vero ne hoc valeat nemo efficere queat *l. nemo 55. legat.* inſtitutionem ad totam hæreditatem trahunt *JC. d. l. 1. §. 4. de hæred. inſtit.*

LVII.

2. Et in una ac eadem re *d § ſi eadem l. 84. §. quibus legatis 2. 8. Inſtit. de legat.* quod præciſe neceſſarium in legatis *Graſſus d. l.* in hæreditate non item, quia ibi non ad

res,

res, ſed jus hoc eſt, hæreditatem, quæ una, reſpicitur & in una re hoc eſt, hæreditate intelliguntur inſtituti, licet partes aſſis aſſcriptæ. *Cujac. in d. l. qui uſum fructum.*

LVIII.

3. Eodem teſtamento *l. ſi ſub conditione ff. quib. mod. uſusfr. omitt.* ac eodem ſucceſſionis genere *l ſed cum 6. de bonor. poſſeſſ. Alciat. 4. paradox. 9. Johan. Svev.*

LIX.

In teſtamento tamen & codicillis illo confirmatis, quia hi illius pars ſunt *l. pen. quemadm. teſtam. aper.* (de toto vero dictũ & de parte cenſetur repetitum *l. quæ de tota ff. d. R. Vind.*) bene valet conjunctio, ut & in tabulis pupillaribus, quia hæ cum primis tabulis idem teſtamentum ſunt *l. 20. de vulgari ſubſtitut.*

LX.

Eſt autem conjunctio hæc vel legis vel hominis *Pet. Gregor. 46. ſyntag. 10. n. 4. Johan. Svev. L. 1. c. 4. in fin. Cretſchmar. de jur. accreſc. th. 28.*

LXI.

Legis conjunctio inducta, ut juris evitaretur abſurditas: alias n. hæres partẽ adiret, aliã omitteret, & ſic hęres nõ eſſet hęres nec

nec enim qui non in univerſum ſuccedit jus, mihi hæres eſt *l.24. de V. S.* vide *Bart. in l. 2. de acquir. hæred. th. 62.* ac fundata in *l. 1. §. ſi ex aſſe. de acquir. hæred. l. 4. legat. 2. l. 18 §. fin. de his quib. ut indign.*

LXII.

Obtinet in ſucceſſione legitima *l. ex ſuis ff. de ſuis & legit. l. 3. de bon. poſſ.* tàm civili *l. 1. § 9. ad Trebell.* quàm prætoria *l. 12. de bonor poſſeſſ. contr. tabul.*

LXIII.

An in hac jus accreſcendi prohiberi poſſit quæſtionis eſt.

LXIV.

Magis eſt, ut negetur: hæreditas enim cum ſit ſucceſſio in jus univerſum *l. 24. de V. S.* nemo poteſt partem hæreditatis agnoſcere, & aliam repudiare *l. 1. §. ſi ex aſſe. de acquir. hæred.*

LXV.

Nec teſtator etiam id efficere poteſt, ne privatorum pactis jus publicum immutetur contra *l. 38. l. 28. l. 7. §. & generaliter. 16. ff. de pact.*

LXVI.

Hominis conjunctio eſt ex arbitrio teſtatoris *d. §. ſi eadem. 9. d. l. 80.* ac in hæreditate teſtamentaria bonorum poſſeſſionibus,

628

bus legato, querela inofficioſi habet locum *l. 53 §. fin. ff. de acquir. hæred. l 3. §. fin. de bonor. poſſeſſ.*

LXVII.

Ut verò in legali tacita eſt hominis voluntas, ita in hominis legem non omninò excludimus: Legi enim conformem illam volumus *l. nemo legat. 1. Non. 22. in pr.*

LXVIII.

In hominis, jus accreſcendi prohiberi poteſt, cum quia hominis voluntas eſt ambulatoria *l. 4. de adim.* tum per *l. 35. de R. J.*

LXIX.

Jam ad formam conjunctionis.

LXX.

De qua habes § *ſi eadem 8. Inſt. de legat.* ibiq; *Johan. de Plat. Johan. Faber. Vultej. l. re conjuncti 89. legat. 3. l. tripl. ci de V. S.* ibiq; *Johan. Gœd.*

LXXI.

Formæ verò reſpectu melioris doctrinæ gratia cum *Vult. ad d. §. fin.* dicimus conjunctionem hanc vel ſimplicem, vel mixtam eſſe.

LXXII.

Simplex eſt vel realis vel verbalis; Mixta verbalis & realis ſimul.

Sim-

LXXIII.

Simplicia verò cum in omni debeant præcedere doctrina, *Ariſt. 1. Phyſ. 1. cum ſeq.*& ſimplex hîc pręmittenda conjunctio.

LXXIV.

De reali ergo tantum, ut & de verbali tantum prius.

LXXV.

Paulo in l. 89. legat. 3. re conjuncti tantum ſunt, cum duobus ſeparatim eadem res legatur *d. l. 89.*

LXXVI.

Verbi gr. Titio hominem Stichum do lego: Sejo hominem Stichum do lego *§. ſi eadem 9. Inſt. d. legat.*

LXXVII.

Et hi alias disjuncti in jure vocantur *d. §. ſi eadem. l. un §. 11. C. d. caduc. toll. l. ſi pluribus 33. §. 1. cum ſeq. legat. 2. Johan. Svev. præcep. L. 2. c. 3. p. mihi 100.*

LXXVIII.

Verbis enim & oratione, quæ alias conjunctionem facit, omninò disjuncti & ſeparati ſunt, ita ut hactenus conjunctio realis ſit minima & ſimpliciſſima: re contra conjunctio hæc aliis fortior eſt, ita ut ſeparatorum unusquiſq; ab initio ſolidum & totum videatur habere.

Dico

LXXIX.

Dico videatur: Civiliter enim & Logicè totum non habent, & hoc eſt, quod inquit *Juſtin.* prima facie tantum omnibus ſolidum legatum videri *d. l. un.* § *11. c. d. caduc. toll. Johan. Svev. in hoc tr. p. 54.*

LXXX.

Quod ſi tamen clare de voluntate Teſtatoris conſtet, quod unicuiq; totum & ſolidum legare velit ejus favore *l. 1. d. S. S. Eccl.* aliud Dicimus *l. ſi pluribus 33. legat. 1. l. un.* *§. 11.*

LXXXI.

Illo ergò caſu uni aſſignanda res relicta, alteri verò ejus æſtimatio *l. 14 ff. d uſufr. lega.* nec quippe duo vel plures unius rei in ſolidum poſſunt eſſe Domini *l. 5. ff d. cōmod.*

LXXXII.

Verbis conjuncti ſunt, quibus ſermone eodem res una pro æquis portionibus relinquitur *l. hujusmodi 84. l. quibus d. legat. 1. d. l. triplici l. 16. §. fin. ff. d. legat. 2.*

LXXXIII.

V. G. Feudum Cornelianum Sejo & Cajo æquis partibus do lego *d. l. re conjuncti.* Titius & Sempronius ęquis partibus hæredes ſunto.

LXXXIV.

Id diffitendum nō eſt, verbis conjunctos,

magis

Digitized by Google

magis verbis quàm re eſſe conjunctos, & hoc eſt quod *Paulus in d. l. re conjuncti 89. in pr.* ait, re conjuncti videntur, non etiam verbis: attendens ad id quòd in his conjunctionibus potius eſt: ob id tamen omnis conjunctio in re iis non neganda.

LXXXV.

Contra urgent verba, quoniam (ſubaudi verbis conjuncti) ſemper partes habent *d. l. 89.* E. in re non erunt conjuncti.

LXXXVI.

Weſenb. h. t. de uſufr. accreſ. reſpondet verbis conjunctos habere partes diviſas intellectu, non corpore etiam.

LXXXVII.

At cum teſtator verè partes unicuiq; horum conjunctorum aſſignet, qui non corpore, ſed intellectu tantùm poſſunt eſſe diviſæ. Quomodo verò illa verba non obſtent ex diſtinctione partium, quam infra adfero, apparebit.

LXXXVIII.

Ex his nec verè ſeparati dicentur, nec aliud *l. pen. ff. de uſufr. accreſc.* evincit, ſi modò illam cum Dd. communiter exaudieris. Verè enim ibi ſunt ſeparati, hoc eſt, à diverſis uſusfructus eſt relictus, & ſic in *d. l.* nulla omninò conjunctio. V. G. Si teſtator

ſtator dicat, à Sejo & Sempronio hæredibus meis fundi Corneliani uſumfructum Titio & Cajo æquis partibus do lego, *d. l. pen.* hic vides veram factam eſſe ſeparationem. *Ant. Matth. ad d. §. ſi eadem.*

LXXXIX.

An in his ſit jus accreſcendi mox videbo.

XC.

Sequuntur mixtim, hoc eſt, re & verbis conjuncti ſimul, qui ſunt, quos rei & nominis complexus jungit: ſeu, qui ad eandem rem ſive totam ſive partem ſimul ac conjunctim vocantur. V. G. Titio & Sejo hominem Stichum do lego. Titius & Mævius hæredes mei ſunto. Cajus & Sempronius ex dimidia parte ſuccedant. *d. §. ſi eadem. l. triplici de V. S.*

XCI.

De materia juris accreſcendi benè Clariſs. *Joh. Svev. in h. tr. c. 2.* quò brevitatis ſtudio te remitto: De hac regula eſt; quod res huic juri accreſcendi ſubjectæ debeant eſſe dividuæ. Concurſu enim ſi partes fiant eſt demum locus juri accreſcendi *l. 3 ff. de uſufr. accreſc. l. 80. legat. 3.* At qui individuæ erunt partes.

XCII.

An etiam in feudo habeat locum jus ac-

 creſcen-

dentiſſimè teſtator aliud velit, neceſſariò, ad partes deveniendum, jus accreſcendi obtinere ſi volumus.

XCVIII.

Partium E. accretio eſt, nec totius *l. 3. l. 10. ff. de uſufr. accreſc.* Cujus enim conjunctio, illius itidem accretio, ex dictis. At partium non etiam totius eſt verè conjunctio. E. earundem & accretio tantùm.

XCIX.

Dixi totius verè. Prima enim facie reliĉti ſolidi, ut accretio, ita etiam conjunctio *d. l. un. §. 11.* in eo quippe ſemper partes intellige civiles ſubſunt.

C.

Partes verò ut hic faciunt ſunt vel naturales, vel civiles, illas aliàs Phyſicas, has verò Logicas nuncupant. Eodem res recidit, ſi dico: Partes vel eſſe diviſas pro diviſo, vel diviſo pro indiviſo.

CI.

Partes diviſæ pro diviſo, hoc eſt, naturales & Phyſicæ ſunt, cum totum verè in partes veras & naturales dividitur, quales ſunt, ſi domus, fundus, arbor dividitur, vel quæ partes ſine damno ſeparatæ eſſe poſſunt *l. non amplius. §. fin. de legat. 1.* ac ſic pecunia eſt dividua *l. in executione 85. §. 1. de V. O.* quod dividuum & individuum vel ratione

acceſ-

acceſſorii, ut ſi adjiciatur pœna *l. 25. §. 13. ff. fam. hercisc.* vel ſolutionis *d. l. 85. §. 4.* fieri póteſt.

CII.

Dividuæ pro indiviſo, hoc eſt, civiles, intellectuales & Logicæ ſunt, cum res facto ipſo non dividitur, ſed intellectu tantùm partes concipimus *l. locus 26. de acquir. poſſeſſ.* Sic Stichus, equus, dividui ſunt in partes pro indiviſo.

CIII.

Licet enim homo & equus, in partes naturales & ſic pro diviſo dividi queant, quia tamen id non fit ſine damno & totius interitu, dicimus, equum, hominem naturaliter, hoc eſt, in partes pro diviſo non dividi *c. afferte. d. præſumpt.* Quod enim abſque damno, abſq; interitu dividitur, id demum in partes pro diviſo & naturaliter dividi Dd. dicunt, ut fit ſi fundus, ſi patrimonium dividitur. Nihilominus tamen, quia V. G. in ſervo plures partes intellectu concipimus (plures enim Domini in uno habent partes *l. ſervus 2. de ſtipul. ſervor.*) eum in partes diviſas pro indiviſo dividi aſſerimus.

CIV.

Eodem recidit diſtinctio Manticæ diſtinguentis inter voluntatem teſtatoris primitivam ſeu antecedentem & conſequentem ſeu ſecundariam. Primitiva voluntate

LV.

Et ubi nulla eſt defectio, ſive in parte, civili ſive naturali, ibi nec etiam eſt accretio, ex definitione juris accreſcendi *arg. l. 3. de jur. accreſcen. l. 80 legat. 3.* At ubi quis ſolus inſtitutus etiam in parte tantum, ibi nulla eſt defectio: Eſt enim in omni & toto inſtitutus absq; parte *d. l. 1. §. 4. d. l. ex aſſe de acq. hæred.* Ergo aut totum in uno deficit, aut nihil, & non admittitur pro parte qui totum poteſt acquirere *l. 1. de acquir. hæred. l. 6. C. de impub. & aliis ſubſtit.*

LVI.

Teſtator quidem de facto inſtituens unum in fundo Corneliano tantum, dividit hæreditatem: at de jure cum id fieri nõ queat per *l. 7. de R. J. l. 1. §. ſi ex aſſe de acquir. hæred. l. 16. d adm. tut. l. 18. §. fin. de his quæ ut indign.* Et vero ne hoc valeat nemo efficere queat *l. nemo 55. legat.* inſtitutionem ad totam hæreditatem trahunt *JC. d. l. 1. §. 4. de hæred. inſtit.*

LVII.

2. Et in una ac eadem re *d § ſi eadem l. 84. §. quibus legatis 2. 8. Inſtit. de legat.* quod præciſe neceſſarium in legatis *Graſſus d. l.* in hæreditate non item, quia ibi non ad

res,

res, ſed jus hoc eſt, hæreditatem, quæ una, reſpicitur & in una re hoc eſt, hæreditate intelliguntur inſtituti, licet partes aſſis aſſcriptæ. *Cujac. in d. l. qui uſum fructum.*

LVIII.

3. Eodem teſtamento *l. ſi ſub conditione ff. quib. mod. uſufr. omitt.* ac eodem ſucceſſionis genere *l ſed cum 6. de bonor. poſſeſſ. Alciat. 4. paradox. 9. Johan. Svev.*

LIX.

In teſtamento tamen & codicillis illo confirmatis, quia hi illius pars ſunt *l. pen. quemadm. teſtam. aper.* (de toto vero dictũ & de parte cenſetur repetitum *l. quæ de tota ff. d. R. Vind.*) bene valet conjunctio, ut & in tabulis pupillaribus, quia hæ cum primis tabulis idem teſtamentum ſunt *l. 20. de vulgari ſubſtitut.*

LX.

Eſt autem conjunctio hæc vel legis vel hominis *Pet. Gregor. 46. ſyntag. 10. n. 4. Johan. Svev. L. 1. c. 4. in fin. Cretſchmar. de jur. accreſc. th. 28.*

LXI.

Legis conjunctio inducta, ut juris evitaretur abſurditas: alias n. hæres partẽ adiret, aliã omitteret, & ſic hęres nõ eſſet hęres nec

nec enim qui non in univerſum ſuccedit jus, mihi hæres eſt *l. 24. de V. S.* vide *Bart. in l. 2. de acquir. hæred. th. 62.* ac fundata in *l. 1. §. ſi ex aſſe. de acquir. hæred. l. 4. legat. 2. l. 18. §. fin. de his quib. ut indign.*

LXII.

Obtinet in ſucceſſione legitima *l. ex ſuis ff. de ſuis & legit. l. 3. de bon. poſſ.* tàm civili *l. 1. § 9. ad Trebell.* quàm prætoria *l. 12. de bonor poſſeſſ. contr. tabul.*

LXIII.

An in hac jus accreſcendi prohiberi poſſit quæſtionis eſt.

LXIV.

Magis eſt, ut negetur: hæreditas enim cum ſit ſucceſſio in jus univerſum *l. 24. de V. S.* nemo poteſt partem hæreditatis agnoſcere, & aliam repudiare *l. 1. §. ſi ex aſſe. de acquir. hæred.*

LXV.

Nec teſtator etiam id efficere poteſt, ne privatorum pactis jus publicum immutetur contra *l. 38. l. 28. l. 7. §. & generaliter. 16. ff. de pact.*

LXVI.

Hominis conjunctio eſt ex arbitrio teſtatoris *d. §. ſi eadem. 9. d. l. 80.* ac in hæreditate teſtamentaria bonorum poſſeſſionibus,

628

bus legato, querela inofficioſi habet locum *l. 53. §. fin. ff. de acquir. hæred. l 3. §. fin. de bonor. poſſeſſ.*

LXVII.

Ut verò in legali tacita eſt hominis voluntas, ita in hominis legem non omninò excludimus: Legi enim conformem illam volumus *l. nemo legat. 1. Non 22. in pr.*

LXVIII.

In hominis, jus accreſcendi prohiberi poteſt, cum quia hominis voluntas eſt ambulatoria *l. 4. de adim.* tum per *l. 35. de R. J.*

LXIX.

Jam ad formam conjunctionis.

LXX.

De qua habes § *ſi eadem 8. Inſt. de legat.* ibiq; *Johan. de Plat. Johan. Faber. Vultej. l. re conjuncti 89. legat. 3. l. tripl ci de V. S.* ibiq; *Johan. Gœd.*

LXXI.

Formæ verò reſpectu melioris doctrinæ gratia cum *Vult. ad d. §. fin.* dicimus conjunctionem hanc vel ſimplicem, vel mixtam eſſe.

LXXII.

Simplex eſt vel realis vel verbalis; Mixta verbalis & realis ſimul.

Sim-

LXXIII.

Simplicia verò cum in omni debeant præcedere doctrina, *Ariſt. 1. Phyſ. 1. cum ſeq.*& ſimplex hîc pręmittenda conjunctio.

LXXIV.

De reali ergo tantum, ut & de verbali tantum prius.

LXXV.

Paulo in l. 89. legat. 3. re conjuncti tantum ſunt, cum duobus ſeparatim eadem res legatur *d. l. 89.*

LXXVI.

Verbi gr. Titio hominem Stichum do lego: Sejo hominem Stichum do lego *§. ſi eadem 9. Inſt. d. legat.*

LXXVII.

Et hi alias disjuncti in jure vocantur *d. §. ſi eadem. l. un §. 11. C. d. caduc. toll. l. ſi pluribus 33. §. 1. cum ſeq. legat. 2. Johan. Svev. præcep. L. 2. c. 3. p. mihi 100.*

LXXVIII.

Verbis enim & oratione, quæ alias conjunctionem facit, omninò disjuncti & ſeparati ſunt, ita ut hactenus conjunctio realis ſit minima & ſimpliciſſima: re contra conjunctio hæc aliis fortior eſt, ita ut ſeparatorum unusquiſq; ab initio ſolidum & totum videatur habere.

Dico

LXXIX.

Dico videatur: Civiliter enim & Logicè totum non habent, & hoc eſt, quod inquit *Juſtin.* prima facie tantum omnibus ſolidum legatum videri *d. l. un.* § *11. c. d. caduc. toll. Johan. Svev. in hoc tr. p. 54.*

LXXX.

Quod ſi tamen clare de voluntate Teſtatoris conſtet, quod unicuiq; totum & ſolidum legare velit ejus favore *l. 1. d. S. S. Eccl.* aliud Dicimus *l. ſipluribus 33. legat. 1. l. un.* *§. 11.*

LXXXI.

Illò ergò caſu uni aſſignanda res relicta, alteri verò ejus æſtimatiò *l. 14 ff. d uſufr. lega.* nec quippe duo vel plures unius rei in ſolidum poſſunt eſſe Domini *l. 5. ff d. cõmod.*

LXXXII.

Verbis conjuncti ſunt, quibus ſermone eodem res una pro æquis portionibus relinquitur *l. hujusmodi 84. l. quibus d. legat. 1. d. l. triplici l. 16. § fin. ff. d. legat. 2.*

LXXXIII.

V. G. Feudum Cornelianum Sejo & Cajo æquis partibus do lego *d. l. re conjuncti.* Titius & Sempronius ęquis partibus hæredes ſunto.

LXXXIV.

Id diffitendum nõ eſt, verbis conjunctos, magis

[redacted]

Digitized by Google

magis verbis quàm re eſſe conjunctos, & hoc eſt quod *Paulus in d. l. re conjuncti 89. in pr.* ait, re conjuncti videntur, non etiam verbis: attendens ad id quòd in his conjunctionibus potius eſt: ob id tamen omnis conjunctio in re iis non neganda.

LXXXV.

Contra urgent verba, quoniam (ſubaudi verbis conjuncti) ſemper partes habent *d. l. 89.* E. in re non erunt conjuncti.

LXXXVI.

Weſenb. h. t. de uſufr. accreſ. reſpondet verbis conjunctos habere partes diviſas intellectu, non corpore etiam.

LXXXVII.

At cum teſtator verè partes unicuiq; horum conjunctorum aſſignet, qui non corpore, ſed intellectu tantùm poſſunt eſſe diviſæ. Quomodo verò illa verba non obſtent ex diſtinctione partium, quam infra adfero, apparebit.

LXXXVIII.

Ex his nec verè ſeparati dicentur, nec aliud *l. pen. ff. de uſufr. accreſc.* evincit, ſi modò illam cum Dd. communiter exaudiveris. Verè enim ibi ſunt ſeparati, hoc eſt, à diverſis uſusfructus eſt relictus, & ſic in *d. l.* nulla omninò conjunctio. V. G. Si teſtator

ſtator dicat, à Sejo & Sempronio hæredibus meis fundi Corneliani uſumfructum Titio & Cajo æquis partibus do lego, *d. l. pen.* hic vides veram factam eſſe ſeparationem. *Ant. Matth. ad d. §. ſi eadem.*

LXXXIX.

An in his ſit jus accreſcendi mox videbo.

XC.

Sequuntur mixtim, hoc eſt, re & verbis conjuncti ſimul, qui ſunt, quos rei & nominis complexus jungit: ſeu, qui ad eandem rem ſive totam ſive partem ſimul ac conjunctim vocantur. V. G. Titio & Sejo hominem Stichum do lego. Titius & Mævius hæredes mei ſunto. Cajus & Sempronius ex dimidia parte ſuccedant. *d. §. ſi eadem. l. triplici de V. S.*

XCI.

De materia juris accreſcendi benè Clariſs. *Joh. Svev. in h. tr. c. 2.* quò brevitatis ſtudio te remitto: De hac regula eſt; quod res huic juri accreſcendi ſubjectæ debeant eſſe dividuæ. Concurſu enim ſi partes fiant eſt demum locus juri accreſcendi *l. 3 ff. de uſufr. accreſc. l. 80. legat. 3.* At qui individuæ erunt partes.

XCII.

An etiam in feudo habeat locum jus ac-

 creſcen-

creſcendi, quæritur Qua de *Joh. Svev. d c. 2. L 2.* qui poteſt *Alvarott. in c. 1. §. & quia, n. 15. chart. 7. pag. 2. 1 f. 1.* id benè negat ſive de novo ſive veteri feudo quæratur.

XCIII.

De novo inquit Feudiſta *1. F. 1. § cum verè, veſr. ſin. autem* quod etſi communiter acceperint, unus alteri non ſuccedit. Nec urgent verba *d. verſ.* ſin autem. niſi hoc nominatim dictum ſit, ſc. ut uno defuncto absq; hærede legitimo alter ſuccedat. Mutuam enim ſucceſſionem eſſe poſſe in novo Feudo do; at an illa virtute juris accreſcendi vel pacti ſpecialis fiat; ad rem propius eſt ſucceditur E. vi pacti *d. v ſin. autē.*

XCIV.

De antiquo etiam nullum dubium; & mutua ſucceſſio ibi eſt ex tenore inveſtituræ & vi pacti, nec juris accreſcendi *1. F. 8.*

XCV.

Quod de illo, cujus inveſtitura ut pro ſe & quibuscunq; ipſe dederit habeat, quo (e in c un. de feudo non habente prop. nat. I eud. Item quid de Feudo novo, de quo in præjudicium liberorum patrem diſponere poſſe Dd. volunt? (nam *c. un. de ſucceſſ. Feudi*

Feudi c. un. d. prohib. Feud. alien. per Frider. de antiquo non novo accipiunt.) Eo jam præſuppoſito dicò in illis ſi ulla eſt vel fingitur ſucceſſio aut accretio illam eſſe ex pacto ſpeciali, & ideò juri accreſcendi non tribuendam. Vid. *Joh. Svev. d. c. 2.*

XCVI.

Occaſione th. 92. & de partibus quid hic dicendum: maximè cum illarum cognitio in jure accreſcendi magna ſit neceſſitas & utilitas.

XCVII.

Jus accreſcendi enim non eſt abſq; conjunctione *l. 16. in fin. quibus mod. uſusfr. l. hujusmodi 84. §. quibus 12. legat. 1. d. §. ſi eadem 9. Duar. L 1. d I A. c. 1. in fin. Mantic. 10. d. conject. ult. volun. 3. n. 3. Coſtal. ad l. 1. §. interdum. & fin. d. jure accreſ.* Conjunctio verò non eſt unius, ſed plurium, & ad minimum duorum (in duobus enim & pluralitas eſt *arg. l. ubi numerus ff. d. ll.*) ac rei unius & ejuſdem *d. §. ſi eadem Fumæ: Cujac. Graſſ. Gomez. dd. ll.* (quo de tamen alius dubitat) Plures verò unius rei in ſolidum cum non ſint Domini *d. l. 5. ff. cõmod. nec h. l.* ad æſtimationem deveniatur *l. un. §. num. C. d. caduc. tollend.* niſi evi-

dentiſſimè teſtator aliud velit, neceſſariò, ad partes deveniendum, jus accreſcendi obtinere ſi volumus.

XCVIII.

Partium E. accretio eſt, nec totius *l. 3. l. 10. ff. de uſufr. accreſc.* Cujus enim conjunctio, illius itidem accretio, ex dictis. At partium non etiam totius eſt verè conjunctio. E. earundem & accretio tantùm.

XCIX.

Dixi totius verè. Prima enim facie reliĉti ſolidi, ut accretio, ita etiam conjunctio *d. l. un. §. 11.* in eo quippe ſemper partes intellige civiles ſubſunt.

C.

Partes verò ut hic faciunt ſunt vel naturales, vel civiles, illas aliàs Phyſicas, has verò Logicas nuncupant. Eodem res recidit, ſi dico: Partes vel eſſe diviſas pro diviſo, vel diviſo pro indiviſo.

CI.

Partes diviſæ pro diviſo, hoc eſt, naturales & Phyſicæ ſunt, cum totum verè in partes veras & naturales dividitur, quales ſunt, ſi domus, fundus, arbor dividitur, vel quæ partes ſine damno ſeparatæ eſſe poſſunt *l. non amplius. §. fin. de legat. 1.* ac ſic pecunia eſt dividua *l. in executione 85. §. 1. de V. O.* quod dividuum & individuum vel ratione acceſ-

acceſſorii, ut ſi adjiciatur pœna *l. 25. §. 13. ff. fam. herciſc.* vel ſolutionis *d. l. 85. §. 4.* fieri pôteſt.

CII.

Dividuæ pro indiviſo, hoc eſt, civiles, intellectuales & Logicæ ſunt, cum res facto ipſo non dividitur, ſed intellectu tantùm partes concipimus *l. locus 26. de acquir. poſſeſſ.* Sic Stichus, equus, dividui ſunt in partes pro indiviſo.

CIII.

Licet enim homo & equus, in partes naturales & ſic pro diviſo dividi queant, quia tamen id non fit ſine damno & totius interitu, dicimus, equum, hominem naturaliter, hoc eſt, in partes pro diviſo non dividi *c. afferte. d. præſumpt.* Quod enim abſque damno, abſq; interitu dividitur, id demum in partes pro diviſo & naturaliter dividi Dd. dicunt, ut fit ſi fundus, ſi patrimonium dividitur. Nihilominus tamen, quia V. G. in ſervo plures partes intellectu concipimus (plures enim Domini in uno habent partes *l. ſervus 2. de ſtipul. ſervor.*) eum in partes diviſas pro indiviſo dividi aſſerimus.

CIV.

Eodem recidit diſtinctio Manticæ diſtinguentis inter voluntatem teſtatoris primitivam ſeu antecedentem & conſequentem ſeu ſecundariam. Primitiva voluntate

omnes habent partes:(omnes n.vult relictū adipiſci)non v. poſſunt omnes unum. Uno, n. plures rei unius non ſunt Domini *d.l.5.* commod. E. vult quoad partem) ſecundariâ totum & ſolidum. Vid. *Mantic. 10. conject. ult. volunt. c. 3. n. 12.*

CV.

Illa autem partium diviſio fundata cum in *allat. ll.* tum in *l. un. §. 11. C. d. caduc. toll. l. 1. §. 3. ff. d. uſufr. accreſc. l. 26. §. 1. l. 30. ff d. cond. & demonſt. l. in executione 85. §. 1. d. V. S. l. non amplius §. fin. d. legat. 1. l. 80. d. legat. 3.*

CVI.

Partium E. cum accretio & augmentum ſit, nec totius, ex dictis *d. l. un. §. 16. l. 17. d. hæred. inſtit. l. 3. d. uſufr. accreſ. l. 80. d. legat. 3.* & verò accretio in omni conjunctione ſit *l. re conjuncti d. legat. 3.* & partes in omni conjunctione erunt.

CVII.

In verbis E. conjunctis ſunt Phyſicæ & naturales, verè n. à Teſtatore res relicta diviſim *l. 16. & §. 2. legat. 1.* & totum ſeu ſolidum civiliter: ex præſumta enim & ſecundaria vel tacita voluntate quibus prima facie partes naturales aſſignatæ, cenſetur ſolidum (intellige civiliter & tacitè)

633

tacitè) in caſum non facti concurſus relictum.

CVIII.

In re conjunctis ſeu ſeparatis, ut & in re & verbis ſimul conjunctis ab initio ex voluntate Teſtatoris ſecundaria ſeu tacita ſemper adſunt partes civiles, & Logicæ *l. 7. legat. 2. l. 34. §. 9. l. 84. §. ſi Titio. d. legat. 1.* (& hoc eſt quod ait *Juſt. in d. l. un. §. 11. his*, ſc. re & mixtim conjunctis prima facie ſolidum videri relictum, quaſi dicat, habent ſolidum naturaliter ex voluntate prima & expreſſa, partes verò ſcilicet civiles ex tacita & conſequenti.) Naturales autē fiunt concurſu *l. 80. legat. 3.*

CIX.

Ex quibus facilis deciſio quæſtionum hac in materia illuſtrium, ut 1. An in re conjunctis ſit jus accreſcendi?

CX.

Affirmativa potior §. *ſi eadem. Inſt. de legat. l. un §. 11. C. de caduc. tollend.* Benè *Johan. Svev. L. 1. c. 5. de jur. accreſc.*

CXI.

Sic argumentor: Ubicunq; in conjunctis ſunt partes, ibi poteſt eſſe augmentum & accretio: partiū n. eſt accretio *d. l. 3. l. 10.*

de uſufr. accreſ. l. hæc ſcriptura. ff. de condit. & demonſt. At verò in re conjunctis ſunt partes *text. Clar. in d. l. 34. §. ſi conjunctim. 9. l. 84. §. ſi Titio. l. 7. de legat. 2.*

CXII.

Hoc do quod ibi ex prima & expreſſa voluntate non ſint partes, ſcilicet naturales: hactenus enim ſolidum naturaliter relictum: At unum & ſolidum partes eſſe nō poteſt (intellige eodem modo) modo mihi viciſſim detur ex tacita & ſecundaria, ut *Mantic.* loquitur *d. l.* voluntate ibi eſſe relictas partes, ſcilicet civiles & Logicas.

CXIII.

Ad quod ſic ex *d. l. un. §. 11. verſ. ſin verò nemo alius veniat.* qui ex omnium ſententia de re conjunctis differit, colligo: Ubicunq; pars dicitur evacuari, ubicunq; pars deficit, ibi ut ſit etiam oportet: Privatio enim præſupponit habitum *l. 116. de V. O. l. Titio. de condit. & demonſt. Weſenb. in π. de tranſact. n. 5. Arum. de mora c. 4. n. 39.* nec quod nullum eſt, deficit, *arg. l. 5. ff. de injuſto rupto.* At verò in *d. l. un. §. 11. verſ. ſin verò in re conjunctis* uno non concurrente pars deficit, pars non evacuatur. E. ut ibi ſit etiam neceſſum. non quidem naturalis. E. civilis E. quoad hanc ſuſtinetur & in re conjunctis accretio.

Non

634

CXIV.

Non urgent verba, *d. verſ. ſin verò*: nec alii accreſcit. Aſſumenda enim & verba ſeqq. ut ejus qui primus accepit, legatum augere videatur. Non negat ergo Juſtin. abſolutè partem deficientem accreſcere, ſed modificatè ſeu qualificativè, ut ejus qui primus accepit, legatum non augeat.

CXV.

Dices: Si ergò non auget, qui ibi augmentum & accretio? Et pars civilis ſi ſubeſt & deficit, qui quoad eam legatum alterius non augebitur.

CXVI.

At fit confuſio partium Phyſicarum & civilium, ut & accretionis naturalis & civilis. Pars ergò in *d. §. 11.* quæ deficit ſcilicet civilis non evacuatur, nec accreſcit, ſcilicet naturaliter, ut ejus qui primus accepit, legatum augere videatur (intell. naturaliter;) hactenus enim ſemper ſolidum, totum, integrum habuit. At qui totius & ſolidi augmentum. imò mihi id ſolidum id totum quod augeri poteſt, hoc eſt, partem recipit (ſic enim hîc accipimus augeri) ſolidum & totum non eſt. Apage enim totum cui defuit pars) interim non negandum civiliter illam accreſcere & legatum augere.

CXVII.

Et verè ac ſubtiliter *Juſtin. in d. verſ. ſin verò* partem quæ deficit legatum illud non augere,& ei non accreſcere decidit.

CXVIII.

Nam hoc certum in *d. verſ. ſin. verò.* per partem intelligi civilem. Nec enim poteſt naturalis, naturaliter ſolidum cum ſit relictum ibidem. Hoc verò in his conjunctionibus partem naturalem excludit.

CXIX.

Hoc etiam certum in *d. verſ. ſin verò.* legatum ſive relictum ſive ſolidum intelligi & eſſe naturale, quod non auget pars quæ deficit.

CXX.

Ratio eſt: Quæ enim res ſolida apud conjunctum remanet, illi pars vacans non accreſcit, *verſ. ſed apud ipſum. d.* § *11.* Illa verò eſt ſolida & integra naturaliter, non etiam civiliter. Illa enim remanet, quæ ante fuit (retentio enim & remanſio habitus ſunt) apud conjunctum. Illa verò fuit ex aſſignatione teſtatoris, *d.* §. *11.* Hæc verò ſolida & integra naturaliter; verè enim prima facie cuique aſſignat res ſolida *d.* §. *11.*

E. vi-

CXXI.

E. videmus partem deficientem eſſe civilem: legatum verò cui accreſcere & quod augere debet pars, quæ deficit, totum & ſolidum naturale.

CXXII.

An non verò hæc ἑτερογενῆ & planè diverſa ſunt? qui igitur poteſt pars (intell. civilis) quæ deficit legatum (ſcil. naturale) augere aut ei accreſcere? mihi auctio & accretio ex homogeneis & ſimilibus eſt, nec ex heterogeneis.

CXXIII.

Paucis: Quod ſub ſolido, ſub toto legato illo civili non poteſt contineri, id nec ut pars ei poteſt propriè accreſcere. Totum quippe ſuas continet partes: & pars eſt quæ continetur à toto *Petr. Ram L. 1. Dial. c.26.* quod ſub toto non continetur, id non eſt pars illius, inquit *Timpl. 3. Met. c.5. q. 1. f.340.* Et ut totum reſpicit partem, ita contra pars totum. Atqui verò pars quæ deficit in re conjunctis (quæ eſt tantùm civilis ab initio) non poteſt contineri ſub toto naturali, de quo in *d. verſ. ſin. verò:* nam diſparata ſunt naturale & civile, ex dictis.

Ex

CXXIV.

Ex dictis etiam patet nihil ſtringere hoc arg. in re conjunctis, nec eſt jus accreſcendi, ſi concurrunt. nec ſi non concurrunt. Illius ratio eſt, quia pars occupata occupatæ non accreſcit. Hujus verò, quia ſemper ſolidum habent *d. l. un. §. 11.* ſolidum v. cui eſt, ei nihil accreſcit. E. in iis nullum eſt.

CXXV.

Huic enim benè ſuccurrit meus Præceptor honor. *Joh. Svev. d. c. 5. p. 41.* inquiens: ſic conjuncti habent ſolidum non ſimpliciter, ſed κατά τι, ſi ſcilicet non concurrat uterque.

CXXVI.

Explicatius: Negandum re conjunctos habere abſolutè ſolidum. Objicies *d. l. un. §. 11.* at ei jam ſatisfactum. Habent ergò ſic conjuncti ab initio ſolidum naturaliter, at non etiam ſolidum civiliter *d. l un. §. 11.*

CXXVII.

In una enim re cum duos conjunxerit, ut Sticho fundum hunc do lego. Cajo eundem fundum do lego. Et verò duo unius rei (nec enim hîc devenitur ad æſtimationem, niſi evidentiſſimè aliud conſtet) in ſolidum domini & poſſeſſores eſſe non

poſſint

poſſint *d. l. 5. l. 3. §. è contrario. ff. de acquir. poſſ.* ex tacitâ & ſecundaria voluntate ab initio teſtatorem partes ſc. Logicas & civiles feciſſe dicimus.

CXXVIII.

Et quod in re conjunctis partes ab initio fiant, eſt *tex. clar. in d. l. 34. §. 9. ff. de legat. 1. & d. l. un. §. 11. l. 7. de legat. 2.*

CXXIX.

Ut verò in his partes civiles ab initio tacitè: ita concurſu cum totum naturaliter ſcinditur, partes naturales fiunt *l. 80. legat 3.*

CXXX.

In jure verò accreſcendi cum non pars occupata accedat parti occupatæ, ſed vacans, jus accreſcendi in re conjunctis non æſtimandum ex naturalibus, ſed civilibus.

CXXXI.

Objicis *l. conjunctim 80. legat. 3.* ſi, inquis, in re conjunctis demum concurſu partes fiunt. Ergò ab initio & ante concurſum habent ſolidum. At prius. E. & per conſequentiam, ibi nulla erit accretio. Aut ſic: Si partes concurſu demum fiunt. E. non fuerunt ante. Id enim fit quod nondum eſt. At prius *d. l. 80.* & per conſeq. cum ſolidum fuerit ante concurſum, non dabitur accretio.

At

CXXXII.

At fruſtrà. Partes enim ſi ſunt etiam in re conjunctis nullo facto concurſu, non hoc ſolo fient. At prius *d. l. 34. §. 9. l. un. §. 11. verſ. ſin verò.* Concurſu. E. partes fiunt, ſed naturales: ab initio verò tacitè ſemper fuerunt etiam partes *d. l. 34. §. 9.* ſed civiles & Logicæ.

CXXXIII.

Do concurſu partes fieri, ſcilicet naturales *d. l. 80. legat. 3. l. 3. de uſufr. accreſc.* modò viciſſim detur eas etiam ab initio ex tacita voluntate teſtatoris fuiſſe (ſubaudi civiles, & Logicas. *d. l. 34. § 9. d. l. un. § 11.* Do etiam hoc, quod ſemper habeant ſolidum hi conjuncti *d. l. un. §. 11. d l. 80.* ſc. naturaliter, modò & mihi detur eos ex tacita voluntate ſolidum non habere, intell. civiliter, & præſumptivè.

CXXXIV.

Ex quibus corruit etiam diviſio juris accreſcendi in jus accreſcendi in ſpecie, & jus non decreſcendi. *Petri Greg. Tholoz. L. 46 ſyntag c 11. n. 2.* & quod reſpiciendo ad partes naturales, non decreſcere vult, id reſpiciendo quoad civiles & Logicas accreſcere, perpendere debebat. Quomodo hic non putida λογομαχία eſt, & qui jus

jus non decreſcendi inducunt, Entia absq; neceſſitate inducunt, atq; ſpeciem ſine re conſtituunt.

CXXXV.

2. Et illa Quæſtio. An jus accreſcendi in mixtim conjunctis?

CXXXVI.

Qua de vide *Bart. in l. re conjuncti n. 24. Vaſq. 2. d. ſucceſſ. 3. § 21. n. 58. & 59. Peregrin. d fidei com. art 9 n. 7 Joh Svev. d. l.*

CXXXVIII.

Pars hic accreſcit cum onere *d l. un. §. ubi autem.* E non habent ſolidum ab initio *d. l un § ubi autem ver. quia ſermo.* Conjuncti enim ſi pro una perſona reputantur *l. 24 legat. 1.* eis nomine omnium impoſitum. *Vid. And. Gerb. dec. 10. q. 18.*

CXXXVIII.

Et partes quod habeant ab initio probat *Anton. Fab. & Johan. Robert ex d l 34. § 9.* Omnem difficultatem quæ hîc ſuboriri poteſt, ſubter fugies, ſi reſpiciendo ad partes naturales nihil hîc decreſcere ad civiles & Logicas verò, quas ſemper ab initio habent *d. l. 34. §. 9.* conjuncti mixtim, accreſcere hîc dixeris. Non habent partes diſpoſitione hominis, attamen poteſtate juris *Zaſ. L. 1. ſingul. reſponſ. 18. n. 10.* ut ſic nec hic quod accreſcat deſit.

3. Item

CXXXIX.

3. Item illa: An jus accreſcendi in verbis conjunctis ſit.

CXL.

Qua de quæſtione prolixè *Joh. Spev. h. tr. c. fin. L. 2. à pag. 115.* pro & contra diſputat.

CXLI.

Affirmant *Petr. Greg. Tholoz. 46. ſyntag. c. ult. n. 25. Donell. ad L. 5. d. reb. cred. Andr. Gerb. dec. 10. q. 7. Johan. Stuck. & Dd. vulgò.* pro quibus fundam. in *d. l. 16. §. 2. legat. 2. & l. 89. legat. 3.*

CXLII.

In ll. quæ opponi ſolent, ſæpius nulla eſt facta conjunctio ſed à ſeparatis res relicta, ut in *l. 1. l. pen. ff. d. uſufr. accreſ. l. hujusmodi 84. §. pœn. legat. 1.*

CXLIII.

§. eadem Inſt. d. legat. adjungatur *d. l. 16. §. 2. l. re conjuncti 89. l. triplici d. V. S. & alij textus.*

CXLIV.

In aliis forſan ſuperiori diſtinctione partium ut & voluntatis Antecedentis & conſequentis te facilè expedies. Ut enim verbis conjuncti habent partes naturaliter, ita tacitè & ex intentione diſponentis ſolidum.

Verè

CXLV.

Verè adhuc nihil hac in controverſia ſtatuo, video enim pro utraque diſputari poſſe.

CXLVI.

Hoc notes etiam jus accreſ. in uno toto & ſolido eſſe fundatum. Ex vel in conjunctione enim eſt *d. l. un. §. 11. 12. d. §. ſi eadem.* Hæc verò non niſi plurium partium; partes verò illę non niſi totius, extra hoc enim pars nulla eſt. *Taurell. 1. Alp. Cæſ. quæſt. 1. n. 4.* & quidem unius, cum quia veræ partes ſemper ſub uno continentur. *Timpl. L. 3. Met. c. 5. q. 1.* tum quia aliàs niſi ad unum referantur, non partes ſed tota erunt.

CXLVII.

De prælatione conjunctorum paucis.

CXLVIII.

Hujus verò fundamentum & difficultas omnis *in l. re conjuncti 89.*

CXLIX.

Hoc expeditum eos qui mixtim, hoc eſt, re & verbis conjuncti ſunt, reliquis ſc. re tantum & verbis tantum conjunctis præferri *tex. in d. l. re conjuncti.* Conjunctio enim cauſa eſt juris accreſc. *d. §. ſi eadem. Joh. Svev. & Dd. vulgò.* Hæc verò maxima & arctiſſima inter conjunctos mixtim.

Quod præferantur conjunctis re tantum certum ex *d. l. 89.* de verbis non dubitandum. nam reſpectu mixtorum invicem tantùm re ſunt conjuncti.

CL.

Verbi juncti an re junctis tantum præferendi, diſputatur? Affirmant *24. obſ. 34. & 35. Vult. ad §. fin. Inſt. d. don. Svev. L. 3. c. 1. hoc tr.* Negat *Roger. gloſ. in d. l. re conjuncti.*

CLI.

Nulla inter hos eſt prærogativa *Gomez. tom. 1. reſol. 10. n. 32. Gadd. in d. l. triplici.* Et certè d. l. re conjuncti de prælatione mixti tantum agit, nec etiam junctorum verbis. Nec enim conjunctus *in fin. d. l. 89.* eſt verbis conjunctus, ſed mixtim, hi enim dicuntur conjuncti *d. §. ſi eadem pr. d. l. 89.*

CLII.

Aliàs conjunctorum ab homine potior ratio eſt, quàm junctorum à lege *l. 23. in fin. C. de leg. l. quamdiu de R. J.*

CLIII.

In cauſa inteſtati ut defertur ſucceſſio, ita etiam jus accreſcendi, *Joh. Stuck.* Quo modo liberorum item patruorum & patruelium (in portione tamen patruelis deficiente horum cauſa potior *Auth. ceſſante. C. de legit. hæred.*) nepotum tantùm æqualis

lis cauſa erit. De his vide ulterius *Duar. L. 2. c. 10. d. I. A. Gomez. d. l.*

CLIV.

In hæreditatibus indiſtinctè aditæ parti accreſcit alia *l. 1 §. ex aſſe de acquir hær.* etiam cùm onere *d. l. un. §. his ita. C. de cad. toll. obſ. 7. de R. J.*

CLV.

Aliud docent in legatario cui plures datæ partes *l. 5. de legat 2.* Vide de his *Stuck. Johan. Svev. Duar. Gomez. dd ll. Jaſon. in l. un. C. quando non pèt part. Br. in l. legatarius. ff. de legat. 1. eſt in l. 89. de ſolut.*

CLVI.

Juri accreſcendi confinis ſubſtitutio, & quia expreſſa voluntas Teſtatoris derogat tacitæ *l. 1. l. quidem de vulgar. & pupill.* ſubſtitutus conjuncto præferetur. quo de vide *Gomez. d. c. 10. n. 36.*

CLVII.

Contraria juri accreſcendi ſunt ſubſtitutio, aditio, agnitio partis, res individuæ, res piæ, ſtatutum prohibitio Teſtatoris.

CLVIII.

Et tranſmiſſio juri accreſcendi adverſa.

CLIX.

Eſt verò tranſmiſſionis jus vel ex jure ſuitatis, vel conſuetudine Theodoſiana, de

qua in *l. un. C. de his quæ ant. aper. tab.* vel Juſtinianea *l. cum in antiquioribus C. de jure delib.*

CLX.

De quibus vide latiſſimè *Rauchbar. p. 2. q. 15. à pr.* cùm verò per jus ἀναφάσεως ipſo jure hæreditas in deſcendentes abſque aditione tranſmittatur *l. cum miles 30. ff. ex quibus cauſ. major. l. 14. de ſuis & legit. l. fin. de bon. damnat. § ſui. Inſt. de hæred. qualit.* illi qui hæreditatem habent jure tranſmiſſionis excludent conjunctum, ut etiam ſubſtitutum *Angel. Aretin. in l. ſi filius de lib. & poſthum. Rauchbar. d. q. 15. n. 34.*

CLXI.

Pars enim deficiens tantùm accreſcit. Dd. comm. At in liberis & deſcendentibus ſive ſint emancipati ſive ſui *d. l. un. Cod. de his qui ante apert. tabul. d. l. un. §. in noviß. C. de caducis*, cum abſque aditione etiam in ignorantes ipſo jure hæreditas tranſmittatur *d. l. un. C. de his qui ante apertas. d. l. fin. C. de bon. damn. l. 6. §. 7. de acquir. hæred.* & αὐτοκληρονόμοι ſint, nulla pars deficit.

CLXII.

De liberorum verò numero & tranſmittentem & in quem mittitur hæreditas eſſe opor-

oportet *Rauchbar. d. quæſt. 15. nu. 17.* quem omninò vide.

CLXIII.

Reſtat effectus, qui potiſſimum eſt in remediis ſeu actionibus, quibus pars vacans meretur, quibus de vide *Bart. in d. l. re conjuncti à n. 56. Duar. L. 2. h. tr. Joh. Svev. L. 3. cap. fin. in I.*

CLXIV.

Remedia verò illa poſſunt eſſe, actio interdicti de tabulis exhibendi, *Et de tab. exhib.* petitio hæreditatis, actio ex teſtamento *l. 5. de vulgar.* rei vindicatio, hypothecaria *l. 1. C. com. de legat.* fideicommiſſaria hæreditatis petitio, bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio. Vide *Duar. d. L. 2. c. 40.*

CENTURIÆ III.

DECURIÆ VII.

QVÆSTIO PRIMA.

An obligationes ad jus rerum rectè referuntur?

DE his non convenit Dd. comm. cum Accurſ. Nicaſ. & aliis ad §. *fin. 1. de jur. nat. & ad princ. Inſtit. de obligat.* ut & Vult. Accurſ. Nicaſ. à titul. de obligation. auſpicantur tertium juris noſtri objectum, fortè quod mater (quæ eſt obligatio) & filia (quæ eſt actio *pr. Inſtit. 1. de actionib. l. 42. §. ea obligatio. ff. de procurat.*) veluti principium & principiatum, efficiens & effectum ad idem ſint referenda. At manifeſtè *contra t. t. 1. de rer. diviſ. & l. 1. §. fin. ff. eod.* Et Haurſii, Nicaſii, Angeli ratio, ſi vera eſt & concludens, nihil prohibet, cur non à titulo de ſucceſſionibus ab inteſtato, titulo de teſtament. titul. de donat. uſucap. acquiren. rer. domin. imò à princip. etiam libri 1. Inſtit. tractatum de actionibus inchoëm⁹. Quia enim obligatio gignit actiones, ideo ad has illam refert Accurſ. Nicaſius

ſius ſubſumam. At & teſtam. uſucap. donat. t. t. de acquir. rer. domin. tutela, poteſtas, gignunt actiones, ut ſunt Rei vindicat. petit. hæred. bonor. poſſeſ ſecund. tabul. tutelæ &c. E. à titulo de teſtam. de acquir. rer. domin. de ſtatu perſonarum tractatus actionum erit incipiendus, & ſic unum tantum juris noſtri erit objectum, nec tria, omninò *contra* §. *fin. Inſtit. de jur. nat. gent. & civil. l. 1. de ſtat. homin. pr. Inſtit. de rer. diviſ.* Et perſonales actiones tantùm cum oriantur ex obligationib. §. *2. Inſtit. de actionib.* verus erit, Accurſ. tantum de perſonalib. non realibus itidem, cum tamen de actionibus omnibus & in genere ſit diſputatio. Lubricum ergò eſt hoc Accurſ. princ. obligatio gignit actiones. E. pertinet ad tractatum de actionibus. *Vult. ad pr. Inſtit. de obligat. à n. 3. 1. J. R. 36. & 1. diſcept. 10.* ad tractatum ſeu jus perſonarum, obligationes retulit contra Dd. commun. Et certe Vult. ſententia non deſtituitur rationibus firmis nihilominus tamen cum ſciam, pro Dd. commun. eſſe *text. clar. in tit. Inſtit. de rer. diviſ. l. 1. §. fin. ff. eod.* §. *fin. Inſtit. de uſu & habitat.* cum his faciam. Ad *d. §. incorporales. Inſtit. de rer. diviſ.* clariſs. Dominus Vult. reſpondet,

 gene-

generaliſſimè & tranſcendaliter obligationes dici res, *in d. §. incorporales:* nec propriè & ſpecialiter, ut rei nomen diſtinguitur ab actionibus & perſonis, *in d. l. 1. ff. de ſtat. hom. & §. fin. Inſtit. de jur. nat. gent.* Non quidem diffitendum, vocem REI, eſſe generaliſſimam, *l. 5. l. 22. ff. de V. S.* at eam ſic etiam *in d. § in corporales.* ſumi nondum probatum: niſi forſan & hæreditates uſumfructum, uſum fundum, hominem &c. generaliſſimè res eſſe (unum quippe verbum uno in loco ſumi & propriè & impropriè, generaliter & ſpecialiter non poteſt, certum) dicamus, quod tamen ne Vult. ipſe admiſerit. Adhæc ut nomen REI propriè, & ut contra diſtinctum eſt à perſonis & actionibus, ſumitur *in t. t. Inſtit. de acquir. rer. domin.* ita etiam *in tit. de rer. diviſ. per pr. d. t. in verbis: quædam præterea res.* & per conſequens obligationes etiam ſpecialiori in ſignificatione res erunt, nec generaliſſimè tantum. Ad *d. §. fin. Inſt. de uſu & habit.* qui tamen ſatis clarus, nihil reſpondet. Ad contraria te facilè expedies, ſi diſtinguis inter jus perſonarum, quod notat ſtatum & conditionem, qui in libertate, civitate & familia conſiſtit. *t. t. Inſtit. de cap. dimin.* 4. jus perſonale quod non

ſtatum,

ſtatum, ſed affectionem circumſtantiam aut actum neceſſarium ſeu adjunctum perſonæ cohærens extrinſecus ſignificat. Ad jus perſonarum non pertinent obligationes, *d §. incorporales. Don. ad pr. Inſtit. de action. Arumæ. Diſp. 12. Juſtin. q.3. & Dd. commun.* ſit ratio: Quicquid non eſt in commercio, nec eſt in obligatione, *pr. Inſtit. de oblig. in verb. rei ſe tuendæ. ibiq; Dd. commun. l. 83. §. ſacram. 5. ff. de V. O.* At verò jus perſonarum, ut notat familiam, civitatem, libertatem, non eſt in commercio, *d. §. ſacram.* E. non eſt in obligatione, & per conſeq. obligationes malè ad jus perſonam referentur. Benè tamen ad jus perſonale, hoc eſt, cum perſonæ perſona obligetur, *d. pr. Inſtit. de oblig. Vult. d. l. n. 5.* perſona ut circumſtantia Arumæus ſeu ſubjectum requiritur, cui ut affectio ſeu adjunctum adhæret extrinſecus obligatio. Et hoc tantum concludunt clariſs. Dn. Vult. argumenta: non res perſonæ: nec res rebus obligantur. E. perſona, perſonæ obligabitur. Item ex obligationibus eſt actio perſonalis nec in rem. E. obligationes ad jus perſonarum, nec rerum erunt referendæ: talis enim eſt actio quale jus, effectus cum teſtentur de cauſa, & id: in obli-

gatione unus eſt creditor, alter debitor: hoc autem perſonarum, non rerum eſt. E. hoc, inquam tantum concludunt, non etiam quod obligationes ad jus perſonarum pertineant. Nec enim videtur ſequi, hoc eſt in perſona, cohæret perſonæ, perſonam non egreditur. E. pertinet ad jus perſonarum: ſic enim & uſusfructus datur perſonæ, & dominium quoq; nullum datur extra perſonam: nec tamen vel uſusfructus vel dominium pertinet ad jus perſonarum ipſe Vultejo teſte. Attendendum igitur ſecundò, quomodo & cur obligentur perſonæ, obligantur verò invicem perſonæ, non ut perſonæ, hoc eſt, ut ſtatus vel conditio ipſarum, p. libertas, familia &c. ſit in obligatione, *contra d. l. 83. §. ſacram. ſ. de V. O.* ſed ut cum obligatio perſonam non egrediatur, *arg. § alteri. 18. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* demonſtretur, in c[illegible]a perſona, quæ obligata ad dandum vel [illegible]aciendum, obligatio ſubſiſtat, ut ſic i[illegible]tenſio contrahentium ſit in rem quandan[illegible] nec in ullum jus perſonæ; ac propter res[illegible] [illegible]t ſciatur, à quo petendæ ſint, obligatio [illegible]mitatur perſonam, non etiam ut jus in [illegible]rſona conſtituatur. Ex obligationibus [illegible] datur actio in perſonam, non quia jus [illegible]rſonæ [illegible]n ob-

in obligatione eſt, *contra d. §. 5.* ſed quia obligatio ut affectio, ut adjunctum inhæret perſonæ eamq; non egreditur: exinde verò non concludendum obligationes ad jus pertinere perſonarum, niſi & uſumfructum, uſum, dominium uſucapionem, quia & hæc, ut affectio, perſonæ cohærent, ad jus perſonarum referre velis; contra jura. Dicit vir de ſtudiis noſtris meritiſſimus *n. 5.* obligationes non ſunt pars rerum: quia dantur res quæ nunquam fuerunt in obligatione, nec etiam nunc ſint, nec futuræ ſint. E. at hæc ſi vera concludam, nec dominium nec uſucapionem 1. ad jus rerum pertinere; dantur quippe etiam res quæ nunquam fuerunt in dominio & uſucapione, nec etiam ſunt, nec futuræ ſunt. Quod tamen ne ipſe Vult. admiſerit. Non ergo firmum fundam. non eſt pars rerum. E. non pertinet ad res: 2. Ex eo nec ad jus perſonarum obligationes pertinere, rectè concludes. Nam nec harum obligationes partes ſunt, non enim in obligationibus eſſe poſſunt, *d. l. 83. §. ſacram. 5. de V. O. vid. Dn. Arum. d. l.* qui reliquis ſatisfacit.

QVÆ-

QVÆSTIO II.

An qui accepit beneficium, obligatur naturaliter danti ad remunerationem?

UTramque in partem diſputari poteſt: quia tamen plus uno verum eſſe non poteſt; dico cum *Duaren. tit. C. de obligat. & action. c. 2.* & *Donell. 12. comm. 2. p. 8.* Donatarium donatori ſuo non obligari naturaliter ad remunerandum. Ut verò verbo hac in difficultate me expediam, non hoc diſputo, an naturaliter, Ethicè ſive Politicè, ut ſumitur pro pudore naturali, obligetur donatarius: hoc enim veriſſimum, vel propter unicam *l. 25. §. conſuluit. 11. ff. de petit. hæreditat. l. 54. §. 1. ff. de furtis.* Sed hoc, an naturaliter ut accipitur in jure noſtro, obligetur beneficiarius, ita ut ſi beneficiarius donatorem conveniat ex mutuo, excemto, vendito, vel ſimili contractu ei exceptio compenſationis opponi queat, aut ſi indebitum ſolutum repetere velit, condictio indebiti negari. Et hoc nego: Ratio: naturales enim obligationes non eo ſolo æſtimantur, ſi actio aliqua eorum nomine competat; verùm etiam eo, ſi ſoluta pecunia

i ia repeti non poſſit. *text. in l. 10. ff. de obligat. & action.* (quomodo verò *d. l. 10.* legatur, facit pro hac ſententia? ſcio enim Hottom. & prius membrum *d. l.* negativè legere) At verò in beneficiarium ut beneficiarium, quoad remunerationem, neque datur actio, neq; condictio ei repetenti indebitè ſolutum denegatur. E. in beneficiarium non cadit naturalis obligatio. Notæ enim & proprietates ejus ceſſant: hiſce verò ceſſantibus, res ceſſat ipſa: de aſſumti probatione non debet eſſe ſollicitus, novi quippe affirmanti nec neganti probationem incumbere. Non urges, quod dicitur, beneficiarius naturaliter ad remunerandum obligatus, *d. l. 25. §. conſuluit.* quod debitor *l. 54. §. 1. de furt. l. 13. l. 26. §. libertus. de condict. indeb.* ℞. 1. hoc enim vel ex diſtinctione *ſub pr. h. q.* liquet. 2. in *dd. ll.* non dicitur ſimpliciter obligatus vel debitor; ſed ad remunerandum vel beneficii debitor, qui mihi juridicè nec obligatus naturaliter; nec debitor eſt. Is quippe obligatus eſt naturaliter vel debet propriè, qui juris neceſſitate ad id quod debet, ſolvendum aſtringitur. *arg. l. Stichum 95. §. naturalis. ff. de ſolution. Vultej. Inſtit. de obligat. n. 18.* At beneficii debitor nullâ neceſſitate

aſtrin-

aſtringitur : ſponte enim, nec ullâ neceſſitate juris vel officii præſtatur: & ſive præſtetur ſive non præſtetur, nihil intereſt. *l. munus 114. ff. de V. S.* E. naturaliter non eſt (juridice intellige non moraliter, & philoſophicè) obligatus. Paucis: ubi nulla eſt debitio, *l. 18. d. l. 219. de V. S. l. 1. ff. de donat. cap. unic. in quibus cauſ. feud. amitt. 2. F. 23.* Ergo nulla ibi ſubeſt obligatio. Et qui ibi debitio eſſe poteſt, ubi quid præſtari vel non præſtari poteſt. At tale quid eſt remuneratio, *dict. l. 1. de donat.* Ne tamen contradictio ſit, *in d. l. 25. §. 11. & l. 54. §. 1. de furt.* dico beneficiarium eſſe debitorem, at non propriè & juridicè, ſed moraliter & philoſophicè, in quantum ſc. pudor naturalis vult & ſuadet, ut iis, à quibus nobis benefactum, reverentiam, obſequium & benevolentiam exhibeamus.

QUÆSTIO III.

An liberi à parentibus ob cauſas æquè graves vel graviores etiam quàm in NOV. 115. C. 3. *continentur, exhæredari juſtè poſſunt?*

Negant

NEgant *Martin. Laudenſ. in l. 1. §. fin. ff. de juſt. & jur. Vigl. Zuichemus Inſt. de exhær. liber. circa fin. Schurffius conſ. 97. n. 4. centur. 2. Domin. Arumæ. Diſp. Juſtin. 10. q. 3. & alii.* Contrà affirmant *Sichard. in Auth. non licet n. 7 cum. ſeq. C. de lib. præter. Weſenb. in π. de liber. & poſthum. Covarr. in c. Rayn. n. 16. verſ. alias verò cauſſas miſſas extr. de teſtam. Vaſquius tr. de ſucceſſion. l. 2. §. 17. nu. 101. Menoch. l. 2. centur. 2. arb. jud. qq. caſu 130. Feudiſtæ. comm. in c. unic. quæ fuit prima cauſ. benefic. amittend. 2. F. 23.* à qua in Practica non ſit recedendum, ſecundum *Jul. Clar. in §. teſtamentum. q. 41. n. 2. in fin.* & nos pro ea jam paucis diſputemus. Sic ergo. Si id ineſt, quod minus ineſſe videtur. Ergo multò magis inerit id, quod magis ineſſe videtur. Philoſophi paſſim. nec enim debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere, *l. non debet 21. de R. J. arg. l. 26. eod. l. cujus 163. de R. J.* ipſa ratio naturalis hoc dictat, ut ei, cui plus licet, utiq; liceat, & id quod minus eſt, ait *Philip. Matthæi ad d. l. 21. in pr.* Atqui patri licet liberos exhæredare ob cauſas *ind. c. 3. Nov. 115.* expreſſas; quod minus eſſe vel concedi, videtur. E. multò magis ob graviores; quod magis ineſt. Si enim ubi eadem ratio militat, idem

jus

jus ſtatuendum, *arg. l. illud. ff. ad l. Aqui l. adigere. de jur. patronat. c. ceſſante. de appellat. in 6. ibiq; Tiraquell.* cur non etiam ubi major: Semper ſiquidem magis ratio & mens legis inſpicienda, quàm verba ipſa, *§. conditio de adim. legat* & leges rebus ipſis, nec verbis ſunt impoſitæ, *l. 2. C. commun. de legat.* Si ergo filius patriæ proditor exiſtat, & ſic crimen perduellionis committat, *l. 1. ad L. Jul Majeſt.* exhæredari jure poterit, quæ tamen cauſa *in d. c 3. Nov. 115.* non cõprehenſa. Dices, cum filius patriæ proditor principaliter patriam & Principem, nec patrem læſerit, eum legibus publicis, nec privatis pœnis affici debere. At 1. nihil prohibet, quò minus quis & privatis & publicis pœnis aſſici queat pro læſionis diverſitate. 2. Et cum ad parentem, ad liberos interficiendos venerit, *d. l. 35. de religioſ & ſumt. funer.* q injuria eos non affeciſſe eum poteſt dici. 3. Et cum ſine ſcelere pater privatim eum occidere queat, cur non etiam minori in eum animadvertere pœna: ſcilicet cuicunq; lex permittit quem occidere, eum multo magis injuriâ, contumeliâ afficere concedit, *Papin. in l. nec in ea 22. §. pen. ad L. Jul. de adulter.* A. At filium proditorem patriæ lege permittente pater occidit,

occidit, *d. l. 35.* E. multò magis exhæredare, & ſic injuria afficere poterit. *arg. l. 5. in pr. de Nov. 115.* Inſtabis: cauſæ expreſſionem debere eſſe certam, quia forma exhæredationis in ea conſiſtat: certam verò eſſe non poſſe, quæ ex arbitrio cujuſq; dependeat, *arg. l. 2. de jur. & fact. ignor.* at nihil contra nos: nam & ipſi volumus nominatim cauſam à Teſtatore eſſe exprimendam, & abſque hac exhęredationem non tenere, *d. Nov. 115. c. 3. in fin.* licet etiam hæres inſtitutus cauſam exhæredationis probare velit, *d. c. 3. in fin. Connan. 9. comm. 10. n. 4. Vaud. 2. q. 19. Fachin. 6. contr. 76.* Nec tamen quod æquales vel etiam majores enumeratis *in d. c. 13. Nov. 115.* admittimus, eæ fiunt incertæ, non enim indiſtinctè quaſvis admittimus, ſed cum ubi eadem vel major ſit ratio, idem jus ibi ſit inducendum. *arg. d. l. illud. l. 21. de R. J.* æquales tantùm vel etiam majores illis, quæ ſunt *in d. Nov. 115. c. 3.* quomodo ſi illæ certæ, & hæ, quæ illis æquales vel etiam majores incertę eſſe non poterunt: Regula enim ſi conſtat; & regulatum certum eſt. Nec impedit, ſi dixeris, in odioſis & pœnalibus extenſionem licitam non eſſe, etſi eadem vel major ſit ratio. *c. odia de R. J. in 6.* nam 1. id non conceſſe-

ceſſerim, & *d. c. odia.* de odio irrationali acceperim. 2. & ob identitatem rationi admiſſam eſſe etiam in odioſis extenſionem colligo *ex c. porrò ſi dominum. quæ fuit prim. cauſ. benef. 2. F. 24. l. his ſolis 7.* ibi ſatis enim tacitè. *C. de revoc. donat. l. 64. §. 1. verſ. cum ideò prohibuerit. de R. N.* 3. nec aliud probat *d. c. odia.* tantùm enim probat, odia eſſe reſtringenda, intellige, ſi non ſubeſt ratio, *Damhoud. in pr. crimin.* Sola *Nov. 115. c. 3. in verbis: ſi quis autem præter enumeratas cauſas &c.* item ſi hæc obſervata non fuerint, nullius momenti teſtamentum erit, *d. c. 3. in fin.* difficultatem facit. Ad intentionem verò D. Juſtiniani ſi reſpicis, facilis, nam & olim non niſi meritis de cauſis exhæredatio fiebat, *l. cum ratio ff. de bon. damnat. §. adhæc aliud. Auth. ut cum. de appellat. Jul. Clar. in d. §. teſtamentum q. 41.* quia tamen illæ ex arbitrio Centumvirorum pendebant, & arbitrariæ erant, *§. aliud. Auth. ut cum. de appell. legend. Valer. Maxim. 7. c. 8.* ideò incertæ, & partim dignæ, partim indignæ fiebant. Et tandem moribus eò devenit, ut neglectis legitimis & in jure probatis, filii exhæredarentur ob indigniſſimas. Hoc D. Juſtin. ratus iniquum obvians impoſturæ teſtantium ex legibus

ibus prioribus, dignas collegit cauſas exhæredat: numero 14. extra quas ex antiquis ll. nullas alias vult apponi, *d. c. 3.* & hoc eſt, quod dicit, nulli liceat ex alia lege ingratitudinis cauſas apponere &c. intellige jam ſcriptâ, jam latâ, non abſolutè quaſi nec ex futura lege, (qui enim prior, poſterioribus derogare potuit, *l. fin. ff. de Conſtit. Princip.*) nec ſi natura novas edat formas, æquales vel majores cauſas uſurpare liceat. Quia igitur natura novas deproperat edere formas, poteſt multis modis contingere, ut aliæ emergant cauſæ, quibus juſtè queant liberi exhæredari, ideoq; judex ſolers & diſcretus; & æquitati obſecundare ſollicitus, cuncta ſubtiliter diſpẽſans, provideat, ſi qua fuerit antiquioribus cauſis ſimilis, ſeu major, ut ſciat, an exhæredatio admittenda vel non, ut utar verbis Feudiſtæ *in d. c. unic. quæ fuit prima cauſ. benefic. 2. F. 24. §. ſed quia natura. vid. Schneidw. in pr. de exhæred. liber. n. 14. Fachin. l. 6. controv. cap. 78. & alios.*

QVÆSTIO IV.

Si filius poſt injuriam, quæ juſtã exhæredationis cauſam præbuit, parenti factam, ei reconciliatus fuerit, an exhæredatio tenebit?

FIlius graviter deliquit in patrem, pater exhæredat filium ob illatam injuriam; poſtea verò filio redeunti ad frugem meliorem, injuriam remittit, non revocatâ exhæredatione; quæſtionis eſt, an filio petenti hæreditatem, exheredationis exceptio objici queat? Purpuratus *in l. ult. n. 145. C. de pact.* putat referre, an injuria remiſſa ſit ante exhæredationem, an poſt eam: illo caſu non tenere poſſe exheredationem, ſecus verò hoc poſteriori: Magis eſt, ut dicamus indiſtinctè, hoc eſt, ſive ante exhæredationem, ſive poſt eam remiſſa ſit injuria exhæredationem ex eâ factam non habere effectum. Absq; enim cauſa juſta, & *in d. c. 3. Nov. 115.* expreſſa, nulla valet exhæredatio, *d. c. 3. in fin.* At verò in caſu noſtro cauſa nulla ſubeſt: injuria enim remiſſa eſt. E. Nec obeſt, quod exhæreda-

revocatio ex juſta cauſa ſit facta, nec tamen poſt injuriam remiſſam revocata. R. Nam tempore conditi teſtamenti ſubfuit quidem juſta exhæredationis cauſa, quæ quia per remiſſionem injuriæ ſublata, & exhæredatio non amplius tenet: ſublatâ ſiquidem causâ, tollitur effectus. Deinde exhæredatio non quidem à patre eſt expreſsè revocata, attamen tacitè & implicitè; cum enim remiſerit injuriam eam, exhæredando filium vindicare non amplius poteſt. Dices non ſequi, injuria eſt remiſſa. E. & damni perſecutio. Ratio: tranſigitur enim de illata injuria, nec tamen cenſetur damni accepti perſecutio remiſſa, *arg. l. 7. de condict. furtiv. l. 21. de ſervit. urban. l. 20. de ſervit. ruſtic. Mynſig. 4. obſ. 10.* Verum refert, an cum injuria & damnum inſigne inferatur, an verò injuria tantum, quam tamen damnum conſequi poſſit, quod in illa fundatum. Priori caſu remiſſa injuria manet ſalva perſecutio damni. V.G. ſi quis Titium vulnerarit, Titio facta & injuria & damnum, ut igitur tranſigit de injuria, manet tamen damnum, & id actione L. Aquil. perſequi poteſt, deleta actione tantum ex L. Cornelia de injuria, *d. l. 7. Mynſing. d. l.* Poſteriori verò, cum abſq; damno illata

injuria, vel etiam quoddam damnum ſe-cutum occaſione illius injuriæ, quod absq; injuria non durat, ibi ſi remittitur injuria, remittitur & damnum, *arg. c. acceſſorium. de R. J. in 6.* & ſic ſe etiam habet exhæredatio, quæ quia occaſione injuriæ eſt facta, & absque ea non ſubſiſtit, dicimus remiſſa à patre injuria, & exhæredationem eum remittere. Eſtq; hæc doctrina clarè fundata *in l. 3. §. fin. ff. de adimen. legat. l. 5 C. famil. erciſ. vide Bartol. in d. l. 3. §. fin. Fachin. 6. contro. 79.*

QVÆSTIO V.

An poſthumus etiam jure noviſſimo poteſt exhæredari?

QVi ſint poſthumi & quotuplices, videbis apud Johan. de Platea, Joan. Fabrum, Vult. & Dd. vulgò *ad d. §. poſthumi. Inſtit. de exhæred. liber.* ut & hiſtoriam circa inſtitutionem & exhæredationem, illorum. Hoc de jure ff. & Inſtit. certum, quod poſthumi exhæredari potuerint, *l. 14. de liber. & poſthum. pr. Inſtit de exhæred. Jul. Clar. in §. teſtamentum. q. 40. Vult. d. l.* at an idem etiamnum de jure noviſſimo & Novell. obtineat, quæſtionis eſt? Alii affirman-

... mant; alii negant, eò quod cauſæ ingratitudinis expreſſio nominatim ſit exprimenda. *d. Nov. 115. c. 3. Vult. ad d. §. poſthumi. 1. n. 16.* Quod tamen contrà ſentientes ſibi non obſtare putant, dant enim hodiè cauſæ expreſſionem neceſſariam eſſe, *d. c. 3. in f.* exhæredationem illàm effectum ſortiri non debere: an verò cauſa non adjecta propterea teſtamentum ſit ipſo jure nullũ, vel per inofficioſi querelam ſit reſcindendum, dicunt ad quæſtionem propius eſſe. Facilius videtur difficultas hæc componi poſſe, ſi quæramus, an hanc quæſtionem de illa poſthumi exhæredatione intelligant, quæ effectum ſuum ſortiri poſſit & debeat, hoc eſt, ut per eam natus poſthumus in effectu privetur paterna hęreditate, & hactenus nulla erit illa exhæredatio. Hodiè quippe ſine cauſa legitima ingratitudinis ex illis 14. *in d. c. 3. Nov. 115.* nominatim à Teſtatore expreſſa & ab hærede probata, non procedit exhæredatio. At hęc poſthumi exhæredatio illa deſtituitur: qui enim non eſt in rerum natura, qui ingratus eſſe potuit, *l. 33. §. 1. C. de inoff. teſtam.* at hic poſthumus tempore conditi teſtamenti nondum fuit: ſperabatur enim: ſpes verò rei futuræ nec jam exiſtentis eſt. Aut

 de ea

de ea exhæredatione ſentiunt, ob quam quidem jure patris teſtamentum nato & vivo poſthumo ſubſiſtat, quod tamen querela inofficioſi queat reſcindi: & hactenus & jure noviſſimo poſthumum adhuc voluit exhæredari. Quod enim mutatum non eſt, cur ſtare prohibeatur, *arg. l. præcipimus. C. de appell. l. ſancimus. C. de teſtam.* At *Nov. 115. c. 3.* non ſublatum expreſsè, poſthumum poſſe exhæredari: E. ſtandum *d. l. 14. de liber. & poſthum. & t. Inſtit. de exhæred. liber.* Nec urget, quod cauſæ ingratitudinis, ſine quibus hodiè exhæredatio nulla, *d. c. 3. Nov. 115.* in poſthumum non cadant. Exinde enim etiam volumus illam exhæredationem non ſortiri ſuum effectū; & teſtamentum id reſcindendum & evacuandum eſſe, *d. c. 3. in fin.* Et illa ratio ſi eſſet concludens, nec etiam ante *d. Nov. 115.* & ſic de jure veteri poſthumus potuiſſet exhæredari, manifeſtè *contra d. l. 14. & tot. tit. Inſtit. de exhæredat.* ut quo & ipſo cauſæ ingratitudinis erant neceſſariæ, *d. Nov. 115. c. 3. §. aliud. Jul. Clar. §. teſtamentum. q. 41.* Paucis. Teſtamentum, in quo cauſa ingratitudinis non expreſſa nec ab hærede probata, id evacuandum, reſcindendum. *d. c. 3.* At verò in teſtamento, in

quo

quo poſthumus exhæredatur cauſa ingratitudinis, non poteſt exprimi vel probari. E. erit querela reſcindendum, & per conſeq. ipſo jure non eſt nullum. Et hæc noſtra diſtinctio vel eò retinenda, cum jura antiqua incorrecta ſervet, & inſignem etiam utilitatem habeat. Nam ea ſtante, ſi naſcitur poſthumus, ſervatur diſpoſitio Teſtatoris, ſed ita tamen, ut querela infringatur; ubi inſtitutione evacuata tantùm, quoad reliqua relicta teſtatus, decedit teſtator. Quod ſi autem non naſcatur, id quod multis hodiè fieri poteſt modis, puta, ſi non prodeat vivus, ſi monſtrum, ſecundum noſtrum diſtinctionem omninò ſubſiſtit teſtamentum, ut & ſi renunciet hæreditati, corruit verò ſecundum Dd. comm. omninò & indiſtinctè, ſive naſcatur poſthumus ſive non naſcatur; quod quodammodo adverſum favori ultimarum voluntatum, *l. 1. C. de SS. Eccleſ.*

QVAESTIO VI.

An Doctores, qui ex reſcripto & bulla gradum acceperunt, privilegiis & inſigniis

 Docto-

Doctorum ſolenniter promo- torum gaudere debeant?

SOlent & Doctores in Scholis publi- renunciari; ſolent etiam privatim à C- mitibus Palatinis Comitivas habentib- creari, quos vulgò bullatos vocamus; hi- cum illis iiſdem gaudeant immunitatib- & privilegiis, quæritur? Negatur à mul- ut videre eſt *ex Guidon. Papæ deciſ. 388* *deciſ. 88. Coler. p 2. c. 3. n. 129. Jacob. Po-* *p. 2. de privileg. JCtorum. n. 6. Socin. in* *fall. cum ampl. regul. 36. incipit. Doctora-* *Ruland. l. 1. c. 14. n. 8. de commiſſ. Eberh.* *Speckhan. cent. 1. q. 22.* At ſi id, quod res- fatendum, certè bullati cum aliis iiſ- gaudere debent privilegiis. Nam ſi i- bullatos & publicè renuntiatos nullum- diſcrimen (cæteris paribus) ſequitur q- de uno diſpoſitum, & de altero eſſe di- nendum. At prius. E. Si enim eſſet d- rentia, aut eſſet ratione recipientis gra- aut ratione conferentis gradum. At- trum. Non recipientis. Ut enim pu- creatus in Academiis, debet eſſe doct- peritus, ita & promovendum per C- tem Palatinum, ponimus, eſſe facund- bonis moribus inſtructum: quibus

c[illegible]ituтus, rejicimus eum, non quaſi ſit bullatus: ſed quia indoctus & imperitus aſinus, nec enim Doctor indoctus debet uti privilegio Doctorum, *Petr. Gregor. Tholoſan. l. 18. cap. 9. num. 9. de Republ.* Non etiam ratione conferentis gradum: Utrobique enim per ſubſidium fit creatio. Ut enim Academiæ conceſſione & autoritate Imperatoris Doctores creant, privilegia concedunt, (ex ſe enim hanc poteſtatem non habent, cum doctorare aut privilegiare origine ad Imperatorem pertineat, *Petr. Gregor. Tholoſan. d.c. 9*) ſic Comes Palatinus, ſi per comitivas hanc Facultatem ab Imperatore habeat, cur non, ad inſtar Univerſitatis, concedentis autoritate Doctores creare poſſit. Quod enim concedere fas eſt, id exercere nefas dici non poteſt. At verò totâ die videas Comitibus Palatinis illam poteſtatem concedi, & de eo dubitare abſque crimine ſacrilegii haud poteris, *l. 3. Cod. de crim. ſacrileg. l. 5. Cod. de diverſ. reſcript.* E. Nec diverſitatem inter Academicos & bullatos oſtendis, ſi cum Dn. Ruland. *d. l.* Speckhan. *d. q. 22.* dicis, ſubſtantialia creationis requiſita in bullatis deficere, quæ ſunt 1. ut legitimè examinentur,

nentur,& optimorum Ordinis conſenſu decreto conſpirante approbentur. 2. Ut Promotor, & examinatores ſub juramento ſuo deponant, eos ſufficientes eſſe. 3. ut biretum & ſignum ſplendoris capiti eorum imponatur. 4. ut eis cathedra pro inveſtitura poſſeſſionis tradatur. 5. ut liber tanquam materia Doctorandi, in qua ſe exerceant, ipſis aperiatur & rurſus claudatur. Hæc *Coler. d. l. Speckhan. poſt additionat. ad Guid. Papæ. dec. 388.* Nam 1. (liceat tantorum virorum pace quid dicere) dubito, an non eadem etiam in renunciationibus adhibeant Comites Palatini. 2. Et certum ad tenorem Comitivarum ubi reſpicis eis non aliter poteſtas creandi Doctores conceditur, quàm ſi Candidatum ſuum legitimè examinarint, & num hoc gradu dignus vel indignus ſit, probarint. Et in tantum Examen requiritur, ut ne ipſus etiam Papa vel Imperator abſque prævio Examine quem Doctorem facere queat, *Cuppener. ad Auth. Habita. Cod. ne filius pro patre.* niſi aliàs ei probè de Doctorandi eruditione, facundiâ, & bonis moribus conſtaret. *Cuppener. d. l.* abſque hoc ergo Comes Palatinus ſi quem creet, ne ipſus probarim. 3. Et licet in literis Comi-

Comitivarum non expreſſum Examen, tamen quia Imperator in dubio ſecundum jus commune reſcribit, & verò hoc requirit, ut judicio ordinis promovendus decretum Curialium mereatur, optimorum conſenſu aſpirante, *text. in l. 7. Cod. de Profeſſ. & Medicis.* dicimus id adhibendum eſſe. Quomodo corruunt, quæ diſputat Ruland. non præſumuntur habere ſcientiam, quia non ſunt publicè examinati &c. imò invertendum: & cum à Comite Palatino & aliis adjunctis examinentur, præſumentur docti & in arte periti. 4. Et cum nemo admittatur ad gradum hunc, niſi moribus & facundiâ excellat. *l. 7. Cod. de profeſſ. & Medic. ibique Bart.* & verò de hiſce Comiti Palatino non conſtare queat abſque examine, non video, quomodo bullatus non ſit examinandus. Hinc ſic: Quicunque probatus, quod moribus & facundiâ excellat, is verus Doctor, & cum aliis iiſdem privilegiis gaudere debet, *l. 7. C. de Profeſſ. & Medic.* At verò bullatus noſter ſuper his probatus. aliàs enim, ne ipſi eum probamus. Ergò Reliqua ſolennia quod attinet, alii Comiti Palatino ſuum Candidatum ad hoc ho-

noris

noris faſtigium educere non aliter conc
dunt, quàm ſi ſervanda ſervarit. Putem
hic ad Comitivas reſpiciendum, quæ ſi ſ
lennia requirant, & Palatinus ea adhibea
ſin verò ſine iis poteſtatem renuncian
Doctores ei concedant (ut enim Doct
rare ita & ſolennia ab Imper. Majeſta
dependent, *Tholoſan. d. l.*) propterea b
latorum autoritati, dignitati, privileg
nihil decedet: nihil ſiquidem ad Eſſe D
ctoris faciunt, ſed tantum ritus quid
exteriores ſunt, & ideo pro conceſſic
vel adhiberi vel omitti poſſunt ſalvâ
gnitate Doctorali. Paucis. Quem Im
rator fecit Doctorem, de eo non quær
dum, an dignus vel indignus, *l. 3. Co*
crim. ſacrileg. At vero quem Comes Pa
tinus habens facultatem creandi Do
res ab Imperatore, creat, ipſus Imp
tor creare cenſetur, *argum. cap. quod*
per alium, de regul. jur. in 6. l. 1. verſ. on
enim. C. de veter. jur. enucl. c. Apoſto
licæ. de præbend. in 6.

Ergo.

Q

QVÆSTIO VII.

An Doctor eſt Nobilis?

INcautas voces audaculorum quorundam contendentium nobilitatem JCtorum nullâ lege probari refellunt, *l. providendum. C. de poſtulan. l. diximus. in fin. ff. de excuſat.* inquit poſt *Joan. Lauterb. in tract. de arm. & liter. n. 90. Dom. Arumæ. diſp. Juſtin. 7. th. 9.* Sic argum. Quos Imperator ſummus ob virtutem eximit à plebeia conditione, ii verè Nobiles: quod enim Imperator in toto Imperio Rom. jus nobilitandi habeat, apud me dubium nullum eſt, *l. quoties 3. l. viros 2. C. ubi Senator. vel Clariſs. l. 3. C. de Conſulib.* & non ſpargi ab his pecuniis, *l. 2. & fin. ff. de natal. reſtitut. cap. cum redemptor 12. q. 2. Bald. Præpoſ. Alvarott. Matth. de Afflict. & alii in c. 1. quis dicatur Dux. Modeſt. Piſtor. conſ. 51. n. 38. Socin. conſ. 67. n. 3. volum. 1. Gail. 1. obſ. 30. n. 21. Hennig. Goclen. conſ. 3. n. 23. & ſeq. Roland. à Valle conſ. 100. in 3. volum.* 4. At verò per collationem gradus Doctoralis, Imperator eximit doctos & peritos è plebeia conditione, *d. l. providendum. d. l. diximus. de excuſat. tutor. arg. l. ult. C. de Comit. rei milit. Petrus Lenander de privileg. Doctor. p. 2. n. 40.*

n. 40. §. 30. Chriſtoph. Lanfranchin. de pri. leg. n. 19. E. Dico per collationem gradus &c. nec enim confertur nobilitas, niſi is, qui jus & voluntatem nobilitandi habet, per actum aliquem externum voluntatem ſuam declaret, *Joan. Raynaud. de Nobilitat. n. 9. verſ. oſtenditur* id quod fit, ſi quem lateri ſuo adhærere ſinat, *l. 1. C. de domeſt. & protector. l. ult. C. de excuſat. tutor.* ſi quem Exercitui præficiat, *l. præclarum. C. de primicer. l. ult. C. de Decurion.* ſi cui Doctoratus conferatur, *d. l. providendum d. l. diximus. Petrus Lenander. d. l.* ſi quem de Feudo nobili inveſtiat, (ſi modò voluntatem nobilitandi etiam habeat *Molynæ. in l. 1. §. ſi quis ita. n. 34. ff. de V. O. Vult. 1. Feud. 8. n. 9. & 10.*) *c. unic. quis dicatur Dux vel Marchio. Maſcard. de probat. c. 1094. n. 4.* in dubio tamen cum feudo nobili cenſetur nobilitas collata. *Vult. 1. F. 8.* & ſi qui modi alii. Adhæc JCti cum patres Principis ſunt, *§. filiusfam. 5. Inſtit. quib. mod. jus patr. poteſt. ſolvit.* pars corporis Principis, *l. quisquis. C. ad L. Jul Majeſt.* Domini, *l. 2. C. de offic. diverſor.* judic. Magnifici dicantur, *Ariſt. 4. Ethic.* quid ni etiam Nobiles. Præterea fortitudo ſi nobilitat, *l. 1. C. de exhib. reis l. fin. C. de Decurion.* cur non etiam eruditio

& lega-

-legatis ſcientia, ut quæ præ fortitudine omnibus omni tempore, hoc eſt, tàm pacis quàm belli prodeſt, *Ariſt. paſſim.* quæ res ſanctiſſima, *l. 1. §. 5. ff. de extraordin. cogn.* quæ honoris plena, *arg. l. 6. C. de poſtuland.* quæ laudabilis, *l. 4. C. de advoc. diverſ. judex.* Inde juſtitiæ & jurisprudentiæ beneficio ad honores ampliſſimos & ſtirpem nobilem pervenerunt, Pittacus Mytilenæus, Numa Pompilius, Æacus, Minos, Rhadamanthus, Solon, Ariſtides, Ulpianus & complures alii. Non obeſt, quod ab aliis non habeantur pro nobilibus, nam 1. judicium id vulgi nec ſapientis eſt. 2. Ut aliàs non ſpectandum, quid hîc vel alibi fiat, ſed quid fieri debeat, *l. 12. de offic. præſid.* ita & hîc non reſpiciendum quid hic vel ille ſentiat, ſed quid ex rei veritate & juris diſpoſitione ſentire debeat. Filii verò Doctorum nũ ſuccedunt in dignitate illa nobili, quia ut plurimum parentum veſtigiis non inſiſtunt, & prudentiam, quæ res inæſtimabilis, *d. l. 1. §. 5.* de extraordin. cognit. contemnunt. at verò quî quis aliena bonitate bonus. Mihi nobilis verè nullus eſt, niſi quem ſua nobilitat virtus, *vid. Simon. Simon. de Nobil. c. 14.* Etenim

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt Pontice longo

 San-

Sangvine cenſeri, pictosq; oſtendere vultu
Majorum, & ſtantes in curribus Æmilia-
nos?
Quis fructus generis tabulâ jactare capaci
Famoſos equitum cum dictatore Magiſtros.
Si coram lepidis malè vivitur?

QVÆSTIO VIII.

An verò Doctor, an verò Nobilis in ſedendo, eundo, votando obtinebit primas?

Cum & Doctor ſit Nobilis, *d. l. dixi-*
mus d l. providendum. Signorel. de Ho-
modeis *in Diſput. de præced. Poſt. & milit.*
n. 28. Petrus Lenauder *d. l. ac iisdem* cum
cæteris Nobilibus genere privilegiis uta-
tur, Policeyordnung Anno 1577. auß gan-
gen & Reformation guter Policey zu Aug-
ſpurg Anno 30. auffgericht / *tit.* vom Adel.
Luc. de Penna & Johan. de platea *in l. Ju-*
dices. C. de dignitat. Petr. Lenaud. *de privi-*
leg. Doct. p. 2. §. 38. n. 53. non injuria ulte-
rius inquiro de jure præcedentiæ illorum.
Hîc ut unicuiq; ſuum tribuamus, proce-
dendum diſtinctè. Puto ergo referre, an
Doctor conferatur cum Nobili tantùm an
verò

verò cũ Nobili & Doctore ſimul: nec hæc diſtinctio nulla, quod hodiè nullus Nobilium aſpirat ad hunc gradum,& omnes ferè eum nobilitatem dedecorare & obfuſcare opinantur: non enim factum ſed jus reſpicio. *arg. l. 12. de off. præſid.* & quàm egregiè ſic ſentientes fallantur, oſtendit eruditè Joach. Mynſ. à Frundek in Oration. hac de re habita: ac diſtinctio illa clarè fundata in Receſſu Imperii anno 1500. Auguſtæ habito in §. Item ſollen jederman geſtalten Hembder etc *in verbis* vñ ſonderlich ſollen die vom Adel / die nicht Ritter oder *Doctor* ſeind. & §. Item die von Adel. & §. Item die von Adel ſo Ritter oder *Doctor* ſeind. Hunc hoc eſt, qui Nobilis & Doctor ſimul præfero regulariter Doctori tantum. Plura enim bona præferenda uni tantum ex illis bonis.

At verò Doctor nobilis præter nobilitatem eruditionis, quam cum Doctore tantum communem habet, fulget etiam ſplẽdore generis & familiæ. E. Duo enim vincula ſemper plus ligant, plus poſſunt, quàm ex illis unum. §. 2. *Inſtit. de adoptionib.* At in Doctore nobili duo vincula, in Doctore verò tantùm unum. E. Dicò regulariter: quia ſi Doctor tantùm in hono-

ratiori & digniori munere ſit conſtitutus, & hunc, quia eum Princeps magis inſignem fortè ob virtutem ſuam honoravit, illi prætulerim, *arg. §. 5. Inſtit. quib. mod. ſolv. pat. poteſt. & l. quiſquis. C. ad L. Jul. Majeſt.* Si cum Nobili tantùm viciſſim reſpiciendum ad officia, quibus uterque præeſt, ſin Doctor muneri magis honorifico, ut quia eſt aulæ Præfectus, Cancellarius, Marſchallus, Conſiliarius, à Principe Præfectus hic præit Nobilem, & aliis Nobilibus conceſſis privilegiis utitur, Reformation guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. auffgericht. *tit.* vom Adel. *§. 1. verba d. §. ſunt:* Vnd ſo einer eines Fürſten Hoffmeiſter / Cantzler / Marſchalch oder Raht / vnd doch nicht von Adel were / der mag ſich denen von Adel / wie obgemelt / gleich tragen. Idem repetitum in der Reformation guter Policey An. 1548. zu Augſpurg auffgericht / *facit d. §. 5. & d. l. quiſquis.* Contrarium dicendum, ſin Nobilis præ Doctore in officio digniori conſtitutus. Quid verò dicendum de jure præcedentiæ horum extra officia. Hîc ſeriò nihil definio, an non

non Nobiles Doctoribus quodam modo præferantur, cognoſces ex Reformat. gu⸗ ter Policey d. anno 30. & anno 48. zu Aug⸗ ſpurg auffgericht *tit.* vom Adel. *cum §. 1. junct. tit. ſeq.* von Doctorn. Liceat pro nunc (nemini enim quicquam volo detractum, nec debeo aut poſſum etiam) diſtinguere, an Nobilis ſimul bonis literulis ſit inſtructus, an verò minùs. Sin inſtructus, eum ſi Doctori præfero, neſcio an erro. Sic enim duplici generis ſc. ac ſcientiæ civilis nobilitate ſplendeſcit, Joachim. Mynſing. d. Oration. non verò inconſideratus plura bona uni ex iis qui præfert. Falſiſſimi enim illi, qui Natales ſuos, annoſasq; majorum imagines, quibus ipſi ſplendent, eruditione & legali ſcientia ac Doctoris agnomine dedecorari autumant. Qui enim bonum offuſcabit bonum? qui virtus, ex qua nobilitas tua (hanc enim præſupponit & abſq; ea Nobilis non ſit, merentibus namque virtutum præmia tribui convenit, *l. & virtutum 4 Cod. de ſtat. & imagin. Horat. Lucius de privileg. Schol. in præf. n. 4. & 5.*) nobilitatem deſtruet? num principium ſuum principiatum. Sanè veteres Romani fuêre nobiliſſimi, & tamen juris erant ſtudioſiſſimi, ac titulo JCti ſalutari, in magna ponebat laude. Exem-

ratiori & digniori munere ſit conſtitutus; & hunc, quia eum Princeps magis inſignem fortè ob virtutem ſuam honoravit, illi prætulerim, *arg. §. 5. Inſtit. quib. mod. ſolv. pat. poteſt. & l. quiſquis. C. ad L. Jul. Majeſt.* Si cum Nobili tantùm viciſſim reſpiciendum ad officia, quibus uterque præeſt, ſin Doctor muneri magis honorifico, ut quia eſt aulæ Præfectus, Cancellarius, Marſchallus, Conſiliarius, à Principe Præfectus hic præit Nobilem, & aliis Nobilibus conceſſis privilegiis utitur, Reformation guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. auffgericht. *tit.* vom Adel. *§. 1. verb. ad. §. ſunt:* Vnd ſo einer eines Fürſten Hoffmeiſter / Cantzler / Marſchalch oder Raht / vnd doch nicht von Adel were / der mag ſich denen von Adel / wie obgemelt / gleich tragen. Idem repetitum in der Reformation guter Policey An. 1548. zu Augſpurg auffgericht / *facit d. §. 5. & d. l. quisquis.* Contrarium dicendum, ſin Nobilis præ Doctore in officio digniori conſtitutus. Quid verò dicendum de jure præcedentiæ horum extra officia. Hîc ſeriò nihil definio, an non

1 Nobiles Doctoribus quodam modo
:ferantur, cognoſces ex Reformat. gu-
Policey d. anno 30. & anno 48. zu Aug-
rg auffgericht *tit.* vom Adel. *cum §. 1.*
7. tit. ſeq. von Doctorn. Liceat pro nunc
:mini enim quicquam volo detractum,
debeo aut poſſum etiam) diſtinguere,
Nobilis ſimul bonis literulis ſit inſtru-
ſ, an verò minùs. Sin inſtructus, eum
)octori præfero, neſcio an erro. Sic
m duplici generis ſc. ac ſcientiæ civilis
ilitate ſplendeſcit, Joachim. Mynſing.
)ration. non verò inconſideratus plu-
ona uni ex iis qui præfert. Falſiſ-
i enim illi, qui Natales ſuos, annoſasq;
orum imagines, quibus ipſi ſplendent,
ditione & legali ſcientia ac Doctoris
omine dedecorari autumant. Qui
n bonum offuſcabit bonum? qui vir-
ex qua nobilitas tua (hanc enim præ-
ponit & abſq; ea Nobilis non fit, me-
tibus namque virtutum præmia tribui
venit, *l. & virtutum 4. Cod. de ſtat. &*
gin. Horat. Lucius de privileg. Schol. in
. n. 4. & 5.) nobilitatem deſtruet? num
ıcipium ſuum principiatum. Sanè ve-
s Romani fuêre nobiliſſimi, & tamen
s erant ſtudioſiſſimi, ac titulo JCti ſa-
ri, in magna ponebat laude. Exem-

plo ſit Sext. Ælius ex nobili Æliorum familia natus: Salvius Julianus Severus. Sext. Papirius, Gallus Aquilius, Cajus Longinus, & alii infiniti, qui nobiliſſimi honeſtiſſimum JCti titulum maximòpere affectarunt. Sin minus & majores tantum ſuos urget, Doctorem prætulerim, nec enim mihi bonus, qui bonitate aliena talis: & fortior eſt dignitas, quam quis habet per ſe, illâ, quam quis habet per alium, *arg. l. 1. & l. 2. ff. de off. Proconſ.* verè poëta.

Et genus & proavos & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra puto.

Quibus ſuccenſenti id, quod Antigonus pigro cuidam militi ſtrenuo patre nato, ſtipendia petenti paternis æqualia reſpondit, pro fortitudine propriâ non pro paterna militibus præmia diſtribui, daturus ſum reſponſi, labore enim convenit devenire ad honoris augmentum, non etiam ambitione, *l. 14. C. de re milit. l. 1. C. de agent. in reb. l. 1. l. 2. C. de offic. magiſt. officior.* Heſiodus alibi.

QVÆ

657

QVÆSTIO X.

An filiusfam. Feudum accipere poteſt?

HAc de re nullam eſſe dubitationem, ait *Dom. Borcholt. de Feud. c. 5. n. 47.* Et ita tenent *Dd. commun. Zaſius. p. 5. de Feud. n. 64. Schrad. de Feud. part. 4. c. 3. n. 3. Weſenb. c. 5. de Feud. c 6. q. 7. Schneid. p. 3. Feud. n. 99. Vult. eodem c. 4. n. 8.* & verè quidem nam poſſumus conditionem noſtram meliorem facere etiam abſque conſenſu eorum, in quorum ſumus poteſtate, *arg. pr. Inſtit. de autor. tutor.* At verò filiusfam. accipiendo Feudum facit conditionem ſuam meliorem: beneficium enim accipit *c. unic. quib. mod. Feud. amitt. 2. F. 23. ibiq; Alvarot. Præpoſ. & Feudiſtæ vulgò.* at beneficium accipiendo locupletamur, *d. c. un. quib. mod. Feud. amittit. Ariſt. 9. Eth. 1. E.* Non urget, quod beneficium hoc datur propter officium Bartol. alibi & filiusfam. Vaſallus domino ad fidelitatem & alia ſervitia militaria tenetur, *c. un. per quos fiat inveſt. 2. F. 3. c. un. de form. fidel. 2. F. 6. c. un. de nova form. fidelit. 2. F. 7. c. un. in quib. cauſ. feud. amit. 2. F. 23. c. un, quæ fuit.*

Hbb 4. prim,

prim. cauſ. benef. amitt. 2. F. 24. & 1. F. 5. 7. 17. 18. 21. & paſſim Feudiſtæ. Nam ſervitia illa cum rarius contingant, & æſtimationi Feudorum non reſpondeant, illis non attentis nihilominus Feudum beneficium inſigne erit. Feudiſta *in d. c. un. in quib. cauſ. Feud. amit. 2. F. 23. ibiq́ Dd. 2.* nam & id, quod non omninò gratuitum beneficium in jure noſtro eſt, *l. 3. ff. de obſeq à liber. & libert. præſtan.* 3. Etſi forſan minorennis & infirmioris ætatis ſit, per ſubſtitutum ſervitia obibit idoneè, *arg. §. ſi minori. c. un. ſi de Feud. defunct. 2. F. 26.* Et de hoc (ut dixi) non magna inter Feudiſtas eſt concertatio; major verò cui illius Feudi uſusfructus acquiratur, patri ne an ſolio? quo de inferius.

CEN-

CENTURIÆ III.

DECURIÆ VIII.

Quæſtiones circa Auth. Habita. C. ne filius pro patre.

QVÆSTIO PRIMA.

Quis hujus Auth. Habita author?

QVia Divi Imperatores videbant homines honoribus ac ſpe præmiorum ad ſtudia & ardua quævis magis accendi, *Plato dialog. 9. de Repub.*

Quis enim virtutem amplectitur ipſam
Præmia ſi tollas? Juvenal. Satyr. 10.

honos namq; alit artes, omnesq; accëduntur ad ſtudia gloriâ, *Cic. 1. Tuſculan.* ideò & Studioſos bonis literulis incumbentes præmiis & privilegiis decorandos eſſe duxerunt: quæ ne ignoremus, paucula quædam circa *h. Auth. Habita.* de prærogativa & privilegiis Scholarium attingam. Aliàs ad hanc materiam vide ſatis copioſè Cuppenerium, Horatium Lutium, Rebuffum, & *ad d. Auth.* Accurſ. Bart. Bald. Jaſon.

 Cynum,

Cynum, Bolognet. Cuppen. Rebuffum, Scipion. Gentilem & alios. Cum verò Fridericus plæraq; *in h. Auth. Habita.* conſtitutione humaniſſima. Horatius Lut. *in præfat. de privileg. Studioſor. num. 3.* ſuccinctè ſit complexus, ex ea potiſſimas quæſtiones deſumemus. Et quia turpiſſimum non agnoſcere vel inquirere benefactorem; principio *hujus Auth.* paucis inveſtigabimus, quinam *hujus Auth. Habita.* ſit author? Nova Conſtitutio Friderici habet inſcriptio *d. Auth.* Plures verò Friderici cum fuerint, inde Doctoribus crux orta, an primus, an verò ſecundus illam ad bonum publicum promulgârit, *Franciſc. Ripa in c. 1. n 95. de judic.* Pro ſecundo diſputat *Rebuffus ad h. n. Auth. in pr.* &, quia Fridericus II. ſummus bonarum literarum fuit fautor, plures Academias inſtituit, eas inſignibus privilegiis ornavit, ac ll. plures de fide Chriſtiana, Eccleſiæ libertate, agricultura literarum ſtudiis tulit &c. *infr. titul. 1. de ſtatut. & conſuetudin.* contra libertatem Eccleſiæ, poſt uſus Feudorum. Pan. Sollenut. 4. Hiſtor. non admodum *ἀλόγως* & abſurdè. Urget quid & ejuſdem Frider. II. Conſtitut. Codic. inſertæ *dict tit. 1. Sollennut. dict, l.* At conje-

ćturis

cturis hiſce poſthabitis ad Auth. ipſam, ubi reſpicis, & quidem ejus ſubſcriptionem ſive datum, veritas pro Friderico I. nec II. erit. Cum enim Anno Domini 1158. Menſe Novembr. Roncaliæ hæc Auth. ſit facta ſub fin. Auth. Habita. haud dubiè is Imperator ejus erit author, qui eo Anno Roncaliæ curiam regni tenuit, conventus egit, ac plures Conſtitutiones ibidem fecit. At verò Hiſtorici fide digni, qui de rebus geſtis Friderici I. ſcripſêre, teſtantur, Fridericum I. & non II. Anno 1158. Roncaliæ eum imperio fuiſſe, ac ibi Conſtitutiones plures feciſſe, ut videre eſt apud Ottonem Friſing. Ottonem de S. Blaſio, Guntherum Poëtam in vita Friderici, & complures alios. Et ſi Fridericus I. adhuc anno 1160. Radevicus *l.3. cap. 16.* Hiſtor. Gunther. in vita Friderici I. adhuc anno 87. *infr. tit. de pace tenend. de incend. junct. tit. 1.* poſt uſus Feudorum in imperio fuit, huncq; inſecutus demum Fridericus II. & verò Roncaliæ Anno 1158. h. Auth. promulgata in fin. n. Auth. qui Fridericus II. ejus author eſſe poteſt? Superius quæ pro Friderico II. allata, conjecturæ ſunt, & idem de Friderico I. vel etiam majus teſtantur.

Otto

Otto Friſing. Otto de S. Blaſio, Günther. Radevicus & alii.

QVÆSTIO II.

An & Triviales gaudent h. Auth. privilegijs?

OMnibus, qui cauſa ſtudiorum peregrinantur, Scholaribus, inquit Fridericus Imp. At & Triviales, quos & Claſſicos vocamus, nomine Scholarium veniunt. Sciendum verò, per Scholares intelligi bonis literis operam dantes, more Italorum, ac Hiſpanis, Gallis & aliis recepto, qui licet Univerſitates nuncupent ſtudium, non tamen ab hoc in eo diſcentes appellitant, ſed à ſchola Scholares. Ad hæc cum rationes ſubjectæ *in d. Auth.* eodem modo militent in Claſſicis ac in Academicis, cur idem jus, & in iis non militare dicamus, *argum. l. illud. ff. ad L. Aquil. l. adigere. ff. de jur. patron. cap. ceſſante. ibiq; Tiraquell. de appellat. in 6.* maximè cum aliàs Principum beneficia (in quantum ſcilicet beneficia) latiſſimè ſint interpretanda. *l. beneficium 3. Conſtitut. Princip.* Hoc negant alii, moti potiſ-

660

potiſſimum, quod Imper. Auth. ad Scholares, qui ſtudiorum cauſa peregrinantur, reſtringat; quales non eſſe putant in ſcholis particularibus ſtudentes: At 1. diſtinguere debebant inter cauſam finalem conſtitutionis, & occaſionem ſeu impulſivam ejuſdem: hac ceſſante, non ſtatim ceſſat effectus, ſecus verò in illa. 2. Et cum complures etiam è Trivialibus ſtudiorum cauſa peregrinentur, illorum collectio procedit à particulari. 3. Si illa verba ita crudè & ſecundum literam accipienda; quo colore & in patria ſtudentes hujus Auth. privilegiis gaudere aſtruunt. 4. Quia Imp. videbat in Academiis peregrinos eſſe frequentiores, ideò ut aliàs *l. 4. l. 5. ff. de legib.* ita & hîc ad id, quod ut plurimum fit, attendit. Interim verò Triviales Academicis nunquam exæquamus, nec poſſumus etiam.

QVÆSTIO III.

An & Clerici continentur ſub hac Authentica?

Qua

QVa de vide latè *Rebuff. ad h. n. Auth. à pag.* (mihi) *624.* ut paucis rem contraham cum *Calder. in c. ſi diligenti 12. de for. compet.* diſtinguendum, an Clericus cum conſenſu ſui Epiſcopi vel capituli in Academia ſtudeat vel minus. Sin hoc, non gaudet d. Auth. quoad privilegium fori, *c. 1. c. ſignificaſti. de for. compet.* coram ſuo enim Epiſcopo tantùm conveniendus *dict. cap. 1. dict. cap. ſignificaſti.* niſi forſan privilegium vel conſuetudo aliud velit, *cap. cum contingat. d. t.* alias rationes adfert *Rebuff. d. l. pag. 618.* Sin illud omninò ſub h. Auth. continebuntur, etiam quoad privilegium fori, *Speculat. in tit. de reo. in pr. verſ. ſed quid ſi Scholaris. Joan. Calderin. in d. c. ſi diligenti.* ita ut rectè conveniantur coram rectore, vel Doctore, aut Epiſcopo loci, ex præſumto conſenſu Epiſcopi vel Capituli ſui: ut qui Epiſcopus conſentiens, ut ſtudium ſuum in hoc vel illo loco Clericus continuet, videtur etiam conſentire in illa, ſine quibus is actus commodè concedi non poteſt, hoc eſt, ut ſubſit juriſdictioni Senatus Academici. *arg. l. 2. ff. de juriſdict. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred. l. fideicommiſſ. 1. §. ſi ſervo. ff. de legat. 3.* Nec obeſt, quod ex n. Auth. Dominus loci, qui ſecu-

ſecularis, ſit judex etiam Scholarium & moribus frequenter Rectores ſint Laici, in quos tamen nemo conſentire poſſit, *d c. ſi diligenti.* ne cum juramento etiam, *d. c. ſi diligenti.* non Epiſcopi vel Abbates etiam, *c. quod ſuper. de majorit. & obed. c. inolita. cum ſeqq. 11. q. 1.* nam cum habeant electionẽ judic. h. n. Auth. conventi coram non ſuo, h. e. Domino loci, vel Rectore Laico, *ex d. c. ſi diligenti.* opponant declinatoriam fori, ſeq; coram Epiſcopo conveniri petant, *n. Auth. in fin. ibiq; Dd.* ita verè in terminis *n. Auth.* quæ an mores & ſtylus noſtrarum Academiarum, in quibus beneficium Electionis ceſſat, admittant, ipſus videris.

QVÆSTIO IV.
An etiam vagabundi?

VAgabundos intelligo, qui otioſi nec cauſa ſtudii hinc inde divagantur, ac cauponas varias pererrant. Vaganden. Pro his diſputant *Bartol. in l. 1. in pr. C. de Tyron. Johan. de Imol. & Anchoran. in proœm. Decretal.* ac pro iis deciſum eſſe refert alibi Gemin. At indigni ſunt pietate Imperatoria, Studiorum enim gratia Scholaribus indulta ſunt beneficia, *h. n. Authent. in pr. Horatius Lutius paſſim,* & ob

utili-

utilitatem publicam, *Franciſ. Ripa in c. 1. n. 95. de judic. Rebuffus d. tract. pag.* (mihi) *27.* At ſtudia ceſſant in hiſce vagis & diſcolis. E. ceſſantibus enim cauſis, ceſſare etiam debet effectus, *l. adigere. §. quamvis. de jur. Patron. l. quod dictum. ff. de pact. d. c. ceſſante.* & non juſtior beneficii amittendi cauſa, quàm ſi id non præſtetur, ob quod beneficium conceſſum fuit, *c. un. quæ fuit, prim. cauſ. benef. amitt. 2. F. 24.* beneficium quippe omne datur propter officium Bartol. Et miles non gaudet privilegiis, niſi cum in expeditione eſt, *l. penul. C. de teſtam. mil. l. 1. l. 3. l. fin. C. eod. Don. 6. com. 28. Gail. 2. obſ. 118. n. 13.* vel ſervitia militaria ſubit, *arg. l. un. ff. de bon. poſſeſ. ex teſtam. milit. Conna. 9. comment. 5. n. 9.* E. nec Studioſus etiam, qui non eſt in ſtudio; donandus privileg. Scholar. procedit enim argumentum à milite ad Studioſos, *arg. l. 14. ibiq; Dd. c. de Advoc. diverſ. judic. fac. c. generaliter. ibi non divagantes 16. q. 1. c. gloria. 12. q. 2. c. cavetur 22. q. 5. l. ſi duas. in fin. de excuſat. tutor. l. 1. C. de Tyron. l. ſemper. §. pen. de jur. immun. l. 1. C. de collegiatis.* Hi tamen ſi reſipiſcunt, & ad frugem meliorem redeunt, iiſdem non amplius deſtituentur, *arg. l. ſi quis. C. de domeſt. in fin. lib. 12.* urget enim jam cauſæ enim Auth.

QVÆ-

662

QVÆSTIO V.

Quid de pigris & Pſeudo-ſcholaſticis?

ET hæc inutilia terræ pondera, quæ in Academiis non cum libris, ſed lintribus pugnant, & peregrina ſeu aliena, nec ſtudia adfectant; privanda noſtris beneficiis. Nam & in his deficit omnis ratio conſtitutionis, qua ſanè ceſſante, & ipſa ceſſat, *d. c. ceſſante. d. c. unic. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. 2. F. 24.* non enim Monachum facit habitus, ſed profeſſio, *c. porrectum. de regulat.* & non Hieroſolymis fuiſſe, ſed Hieroſolymis benè vixiſſe, laudandum, *c. gloria. 12. q. 2.* faciunt text. *in fin. q. præced.* allati. Et hoc in tantum verũ, ut tales Scholares infamia facti notari ſcribat, *per Beuſt. de jurejur. pag. 379. Speckhan. q. 71. centur. 1.* Excipiunt Canon. Barbat. Alexand. ad Bartol. eum, qui quidem non ſtudet, attamen aliàs honeſtè & decenter vivit. At dubito, an benè. vel enim & in hoc rationes, quas modo attuli, militant: & nota regula, privilegia extra perſonas privilegiatas non eſſe extendenda. *c. privilegia. diſtinct. 3. ac per notat. Bart. in l.1.C. de*

legib. ac in l.fin.ff.de conſtit Princip Cuppen. ad h.n. Auth. Verius non intrantem quidem Collegia, attamen privatim domi ſtudentem. Cæterum cum viva vox magis afficiat, Seneca. Profeſſores publici diligenter erunt audiendi. *Horat. Lutium. vid.d. tract. p. 432.* (mihi) privatim enim, ubi tu autodidactus, quid pro quo arripis indiſcretè, utilia & ſelecta tibi illi proponunt.

QVAESTIO VI.

An & ad pugiles ſe extendit pietas Friderici?

VIdemus in quibusdam Academiis & pugiles recipi ac albo ſeu matriculæ Studioſorum inſcribi & ſic de facto noſtris privilegiis quoq; frui. Dubito an jure & ex intentione Imperatoris: Putem referre, an quis cum pugilatoria etiam ſtudia exerceat, an verò minus, & tantùm pugil ſit. Illo caſu rectiſſimè recipiuntur *arg. l.3.§. 3. l.7. § 3. ad Senatus conſ. Macedon. l.non eſt.5. C. de legib* Studioſi quippe ſunt. Hoc dubito. Studiorum enim gratia & publicam ob utilitatem à liberalitate Imperatoria profecta illa beneficia, *h.n.Auth. Rebuff.*

& Horat.

& Horat. Lutius paſſim. at illa ceſſant hic. E. *arg. d. c. ceſſante. d. l. adigere* Nihilominus tamen cum & hi Studioſis inſerviant acceſſoriè, & verò beneficium conceſſum in principali etiam ad acceſſorium ſit extendendum, *Moller. 4. Semeſt. 21.* ac aliàs Principum beneficia latiſſimè ſint interpretanda. *l. 3. ff. de conſtit. Princip. c. olim. de V. S & ibi Abbas Cujac. in π. C. de ſent. paſſ.* putem & mores, quibus pugiles inter Studioſos recipiuntur, defendi poſſe.

QVÆSTIO VII.

Quid ſi qui ſtudeant in patria?

HOs arcent à beneficiis n. Authent. Bald. Salycet. ibid. moti, quod non peregrinentur, nec exules fiant, nec in patria injurias patiantur. At malè. Incivile quippe eſt, unica particula legis inſpecta de tota lege velle judicare vel reſpondere, *l. incivile. 24. ff. de legit.* Jam verò Divus Fridericus principaliter non movetur peregrinatione vel exilio Scholarium, cur eis det privilegia, ſed cauſa finalis & deciſiva eſt in verſ. dignum namq; exiſtimamus. (ſunt verba enim Conſtitutionis) ut

cum omnes bona facientes & noſtram laudem & protectionem mereantur, quorum ſcientiâ mundus illuminatur, & ad obediendum Deo & nobis ejus miniſtris vita ſubjectorum informatur, quadam ſpeciali dilectione eos ab omni injuria defendamus; quæ cauſa deciſiva, cum æquè in civitatenſibus ac in forenſibus militet, cur idem jus & in illis non ſtatuamus. *arg. l. illud. ff. ad L. Aquil. l. adigere. de jur. patronat.* Aliàs rationes vide apud Rebuff. *p. 6. 22.* Non obeſt, quod non peregrinantur, vel exules fiunt &c. Nam. 1. illæ horum privilegiorum occaſiones tantum, nec cauſæ finales ſunt: illis verò ceſſantibus, non ſtatim ceſſat effectus, *Tiraq. in d. c ceſſante.* 2. Sint etiam cauſæ veræ, non tamen iis ceſſantibus, ceſſabit ſtatim diſpoſitio, h. Auth. in civitatenſibus. Notum enim, quod, cum unius rei plures cauſæ & rationes ſunt, unâ ceſſante, non continuò ceſſet actus totus. *§. affinitatis. Inſtit. de Nupt. l. ſi ventri. §. in bonis ff de privileg. credit. l. ſi non. ff. de hæred. inſtituend.* 3. Cum peregrini in Academiis ſint plures, pauciores verò Civitatenſes (uti vocant) & hic ad id, quod ut plurimum fit more JCtorum, *l. 3. l. 4. l. 5. ff. de legib.* Imperator attendit. 4. Et qui

in pa-

in patria ſtudent, ſunt quodãmodo exules, cum circa ſtudium occupati res familiares non curant; inde Cicero alibi ait, eos in patria peregrinari, qui res patriæ ſuæ ignorant, vel non curant. Et ita ſentiunt Angel. Rebuff. Horat. Lutius, Cuppen Bolognet. & complures alii.

QVÆSTIO VIII.

An & famuli & Nuncii Studioſorum ſunt h. Auth inclusi?

DE nunciis hoc expeditum, h. n. Auth. in pr. de famulis & aliis, qui à Studioſorum manibus ſunt, res intricatior. At cum privilegium hoc ſine illis inutile eſſe poſſet, meritò & ea comprehenduntur, *c. licet. de privileg. in 6.* neq; enim absq; familia benè habitare poſſumus, *l. non alias. §. 1. ff. de judic. Felin in c. 2. de foro compet. Bald. Cyn. Cuppen. Rebuff. Gentilis hic.* Nec ſic tamen privilegia extendimus. Nam cum & famuli Studioſis inſerviant, & officia neceſſaria præſtent, ad inſtar nunciorum eos h. Auth. includimus: non enim legem extendit rationem legis qui ſequitur, *l. 6. §. 1. ff. de V. S.* Et cùm Muſæum purgent, cale-

faciant, aquam adferant, neceſſaria alia expediant, quibus aliàs ſæpius Studioſus à bonis literis avocetur, quomodo ſtudiorum cauſa diſcentibus non aderunt? In hanc conſtitutionem. Ergò Magiſtratus oppidanus impingit faciens famulum tabellionem capi. Idem defendendum in tabellionibus Academiarum publicis, quos hodiè Pedellos vocamus, in Scriptoribus, Compactoribus, Typographis & ſimilibus, qui communibus ſtudiis invigilant &c. *arg. l. un. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit. l fin. ff. de teſtam. milit. l. 1. l. 2. C. de Epiſcop. & Cler. l. 1. § familia. de Publican.*

QVÆSTIO IX.

An etiam Profeſſores?

QVis de his jure dubitet? maximè enim divinarum atq; ſacrarum legum Profeſſoribus hoc noſtræ pietatis beneficium indulgemus, ait Fridericus *in n. Authen.* Urget & ratio *in verbis Auth. Quorum ſcientia totus illuminatur mundus & ad obediendum Deo, & nobis ejus miniſtris* &c. illi verò nulli alii quàm in Scholis docentes. Et hoc de JCtis expeditum *h. n. Auth.* & quidem cum pluribus ad juſtitiam, quæ virtutum præclariſſima, & velut Heſperus cœteris aſtris

aſtris lucidior, *Ariſt. 5. Eth. Dom. Sot. de juſt. & jur. l. 3. art. 3. Bald. in c. venerabilem de Electionib. Joan. à Reberteria p. 1. Diſputat. l. Medicos. C. de Profeſſ. & Medic.* erudiant, non injuria. De aliarum Facultatum Profeſſoribus itidem non dubitandum, & propter voculam *(maxime)* quæ eſt incluſiva, & ob rationes *in d. Auth.* ſubjectas, ut ſic hoc in puncto Facultatum nullum ſit diſcrimen: interea verò exiſtimationi cujuslibet ſtudii nihil detrahimus, ſed & ſua Theologi, & ſua Jurisconſulti, ſuaq; Medici & cæteri habeant reſervata.

QVÆSTIO X.

Qui indigni noſtris privilegiis.

INdigni ſunt, qui nihil proficiunt in bonis literis, ceſſat quippe in his cauſa *Auth. finalis. vid. gloſ. in l. unicuiq; C. de proxim. ſacror. ſcrin. per c. gloria 12. q. 2.* Proximi, qui in fraudem Scholarum accedunt, *gloſ. in c. 2. in ver. ſedem, in fin. de privileg. in 6.* de quib. *Horat. Lut. d. l.* qui jactabundi & gloriæ inanis cupidi, contra quos *gloſ. in l. cum ea. C. de tranſact.* qui inobedientes & refractarii, *c. ex literis. de Conſtitut.* qui inhoneſtè contra decus & honorem ſtudii ver-

ſantur, *l. per id tempus. C. de Decur.* Sequuntur, qui, ut ait gloſ. viſitant Eccleſias, ut videant Dominas, *in c. odi. 24. q. 1.* contra quos Alexand. *in l. 1. C. de Tyronib.* qui indulgent gulæ, & quorum vox bovis an hominis ſit, difficulter diſcernitur, quibus de in Orat. de Pſeudoſcholaſt. elegant. Clariſs. Dn. M. Wolfg. Heiderus, Præceptor meus colendus, qui ludis dediti. Item meretriculæ, pro quibus tamen diſputat, alibi Bald. quaſi ſc. juvenes non vivant caſtè, *in l. ædium Locat.* ut & Damhouder. cui alibi ſatisfactum. Illas quippe vitæ vilitas dignas legum obſervatione non credidit, *l. quæ adulterium in fin. C. ad l. Jul. de adult. vid. Rebuff. d tract. pag. 91. Caſtrenſ. in l. nullus. C. de ſum. Trinit. Horatius Lutius in cap. fin. à n. 3.* Aliena itidem eſt hæc conſtitutio noſtra à leguleis & formulariis, quos Tullius ait circa ſtillicidiorum & parietum jura libellos conficere, vulgò rabulæ forenſes. Nam

Quis ferre poſſet ſcævolarum ſimios
Cordatus author? hos forenſeis cerberos;
Locutuleios furfures; pecuniam
Tantum peritos ſimplici plebeculæ
Crumeni mulgis eliquare fabricis:
Qui litium ſtrophas inextricabiles
Fingunt, refingunt, & reis clientulis
Semper cavillant: nam cavere neſciunt.

Cɪɴ-

CENTURIÆ III.

DECURIÆ IX.

QVÆSTIO PRIMA.

Quæ igitur ſunt privilegia?

HÆc multa & varia, ut videre eſt apud Dd. paſſim. Illorum 180. refert Rebuffus. 100. Horatius Lutius. *Auth. Habita.* quod attinet illa circa tria potiſſimum Studioſis proſpexit. 1. Ne alii injuriam Scholaribus inferre præſumant. 2. Ne ipſi eorumve res ob alterius cujuſcunque Provinciæ delictum ſive debitum aliquo damno adficiantur. Et 3. ut coram ſuo Magiſtratu conveniantur. Circa primum, inquit Fridericus, ut ad loca, in quibus literarum exercentur ſtudia, tàm ipſi, quàm eorum nuncii veniant, & in eis habitent ſecurè.

Ex his varia ſingularia pullulant. 1. Fabrum malleo obſtrepentem juxta domus Scholarium vel Scholas Studioſus expellere poteſt, *text. in l. un. in fin. C de ſtud. liberal. l. 11. Specul. in tit. de feriis. §. ſequitur. n. 4. Cæpoll. de ſervit. urban. præd. c. 43. n. 3. latè Horat. Lutius privileg. 46.* 2. Sartores, ſu-

tores, ne nimium manè ſint vocales, prohibere poſſumus *arg. d. l. un. in fin.* 3. Non poteſt quis juxta Scholas ædificare, ita quod luminibus earum officiatur, *Br. Cæpoll. de ſervit. urb. præd. c. 39.* de ſolo *fall. 10.* licet de jure communi ſecus. *l. altius 8. C. de ſervit. Dd. vulgo.* 4. Habens locũ Scholis aptum, eum vendere cogitur, *Johan. de Plat. in l. un. C. de ſtud. liber. Cæpoll. de ſervitut. urban. c. 82 circ. princ.* 5. Scholares è ſcholis non adducendi, *arg. eorum quæ habet Horat. Lutius in privil. 2.* 6. Scholam ſeu Collegium offendens committit ſacrilegium, *Jacob de Arena in l 1. n. 9. ſolut. matrimon. Bald. in n Auth. n. 13.* 7. Scholares gaudent privilegiis Eccleſiarum & Clericorum, *Bald. in l. 1. colum. 4. ſolut. matrim. Horat. Lut privil. 2.* 8. Abſens ſtudiorum cauſa, habetur pro præſente in commodis, *l quæſitum. legat. 3. l. Sejæ. §. Pamphilæ. ff. de fund. inſtruct.* 9. Non tenetur in Eccleſiis ſuis recidere, *c. relatum. & c. tuæ. de cler. non reſiden. Lutius privil. 97.* 10. Per ſubſtitutum dicit horas, *Joh. Andr. in c. 1. de celebrat. miſſ.* licet hoc non ſit abſq; contradictore, *Lutius privileg. 100. & fin.* 11. Coguntur cives Studioſis domos locare, *Alexand. & Jaſon in l. 1. ff. ſolut. matr. contra*

l. lici-

l. licitatio. §.1. ff. de publican. ſi aliàs non inveniant muſæa commoda, *Rebuff. pag. 32.* 12. Habens equum, quem conſuevit locare, cogitur Studioſo eum ſub cõſueta mercede concedere, *Jac. Rebuff. in l. curſum. C. de curſu publ.* excipe ignotum, *Rebuff. pag. 34.* & non invenientem fidejuſſores, *Rebuff. d. l.* 13. Pro Muſæo penſio ſolvitur, prout conventum, ſecundum diſpoſitionem, *l. contractus. ff. de R. J.* 14. Quæ remittitur pro rata, ubi quis ante locationem finitam recedere cogitur, *l. pen. ff. de migrando.* 15. Dominus indigens domo, non poteſt expellere Scholares, *Bologn. in n. Auth.* turpius enim ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, Ovid. *c. quemadmodum. de jurejur. vid. Rebuff. privil. 8.* 16. In locando præfertur Scholaris aliis, ſi æquam penſionem offert, *l. fin. C. de locat. prædior. civil. contra. l. nemo. C. Locati.* 17. Ut & bidellis, ut qui ſunt cauſa Scholarium, *arg. Auth. multò magis. C. de Epiſc. & Cler.* 18. Facultatum Studioſus inferiorum, *c. Clerici. de judic. Rebuff. pag. 28.* 19. Scholaris ob peſtem, vel aliam juſtam cauſam diſcedens, penſionem ſolvit pro rata temporis, *l. habitatores. §. fin. ff. Locat. Rebuff. privil. 11. p. 53.* 20. Idem eſt, ſi ob ſpectra: quæ tamen abſq;

limita-

limitatione non ſunt, *Rebuff. in pag.* (mihi) *53.* 21. Scholaris recedens alium ſubſtituit. *l. nemo. Locati.* non item hoſpes abſq; inhabitantium conſenſu, *Alber. in l. 2. ff. ad l. Rhod. de jactur.* 22 Pro hoſpitiis nullum agnoſcunt onus, & ſi quid præſtant, computatur in penſionem domus, *l. ædiles. ff. de via publ* 23. Eorum ſuppellex libraria non obligatur tacitè pro penſione, *per l nepos. ff. de V. S. l. 6. l. 7. ff. de pignor. Jaſon in §. item Serviana. Inſtit. de action* quo de latius alibi. 24. Quaſi Scholaris inducens meretriculas in domum conductam, non poſſit expelli ex privilegio ſingulari, opinatur *Bald. in l. ædem. C. Locati. cum Dd. in l. non aliter ff. de uſu & habitat.* at malè, ut latè deducit *Rebuffus privil. 20. ſub. num. 4.* maximè *à pag. 92.* 25. Sic non probo. Bald. & Bologn. hic, admittentes contubernalem invito altero in cameram ſuam meretricem ducere poſſe. Non enim valet privilegium adverſus ea, quæ ſunt juris divini prohibitivi, *Fachin. 1. contr. 1.* & lex moralis, dicens: *Non mœchaberis*, æterna juſtitiæ divinæ ratio eſt. Theologi paſſim. vid. eleg. *Rebuff. in privil. 21.* & ſi quæ ſunt alia, quæ vide apud *Rebuff. & Horat. Lutium d. l.*

QVÆ-

QVÆSTIO II.

Verba Auth. & in eis habitent ſecurè, an privilegii ſint, controvertitur?

ID aliis ridiculum, quia domus tutiſſimum cuique refugium atq; receptaculum ſit, *l. plærią; 18 ff. de in jus vocand.* Privilegium vero vel beneficium non eſt, niſi ubi quid novi & contra jus conceditur, *l. un. C. de theſaur. l. ſi quando. ff. legat. 1.* in privatos confertur, non in omnes, *l. 1. in fin. ff. ad municip. l. ſi quando. C. de inoff. teſtam. gl. in c. de conſtitut.* At privilegium inſigne eſt, Studioſi quod ſecurè habitare poſſunt, & ne ſuperiora obſtent, *Cuppen. in n. Auth.* dicta verba de gabellis accipit, quaſi ſenſus illorum ſit, Studioſos pro libris & ſuppellectile reliqua gabellam ſolvere non debere. Alii reſpondent, quod licet hoc ita obtineat de jure communi; tamen in Studioſis cum peculiari nota dignum fuerit, id ſpecialiter fuiſſe exprimendum, *argum. l. item. ap. §. hoc edictum. ff. de injur.* Paulò altius res omnis ex juris Romani hiſtoria repetēda. Olim in Italia, maximè verò Ro-

mæ in Academiis non licuit Studioſis abſque reſcripto principali vivere, nec viciſſim ſtudio conſumato abſq; eodem ab iis recedere, *Caſſiod. l. 1. & l. 4. variar. hiſtor.* & cum ſæpius magna mala à peregrinis darentur civibus, invitis & inſciis Magiſtratib. loci, in quo erant Academiæ peregrini, non recipiebantur, vid. *Bodin. 1. de Repub. c. 6.* Abſq; quibus omnibus, cum hodie Studioſi Univerſitates accedant, & viciſſim ab iis recedant liberrimè *ex h. Auth.* liquet, ſanè verba illa inſigne privilegium continere. Et ſic etiam non ſtringit diſs. argumentum.

QVÆSTIO III.

An libri Studioſi pro penſione hypothecari poſſunt?

ID negatur vulgò *Angel. Jaſon in §. item Serviana. Inſtit. de action Rebuff. privil. 19. Horatius Lutius & Dd. comm.* An verò dubito. ità ergo. Regulæ ſtandum, donec conſtet de exceptione, *l. 1. ibiq. Philip. Matthæi de Regul. Jur. Andr. Kohl. exercit. legat. 1.* At verò regula eſt, invecta illata tacitè pro penſione domino domus eſſe obligata *l. 3. & tot. tit. ff. & C. in quib. cauſ. pign. tacit. contrah. l. item quia. in pr. ff. de pact. l.* certi

669

certi juris. C. Locat. E. At verò ab hac non docetur exemta ſupellex libraria Studioſorum. E. & illa tacitè domino Muſæi erit pro penſione obligata. Verum pro exceptione quoad libros Studioſorum, Bar. Angel. Jaſon & Dd. comm. adducunt. *l. 6. l. 7. ff. de pignor.* ita argumentando: Nunquam obligantur tacitè, quæ non eſt veriſimile, quemquam ſpecialiter fuiſſe obligaturum & ſine quibus aliquis non poteſt, nec commodè nec honeſtè vivere, *l. 1. C. quæ res pignor. oblig. poſſ d. l. 6. & 7. ff. de pignor. Rebuff. d. privileg. 19.* Atqui non eſt veriſimile Studioſum ſpecialiter libros obligaturum, cùm honeſtè absq; iis vivere non poſſit. E. Neſcio an ſatis ſolidè. Et certè eorum intentioni *l. 6. l. 7. de pignor. & d. l. 1. C. quæ res pignor.* non ſatisfacit. Tantum enim probant, ſi quis habeat plures res, easq; generaliter oppignoret, quod non ea contineantur, quæ veriſimile ſit, quemquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe, ut ſupellex, item veſtimenta, relinquenda debitori, *d. l. 6.* Nihil ultra & hactenus nihil contra me. Hoc enim & ipſus largâ largior manu, quod ſi ſtudioſus plures res præter libros in ſuum Muſæum inferat, quibus ſatis de penſione domino

ædium

ædium ſit proſpectum ſub generali hypotheca, non venire libros, *arg. d. l. 6. & d. l. 7. & d. l. 1.* ſit ratio. Si ſub generali expreſſa conventione non veniunt ea, quæ quis propter ſingularem affectionem, vel quotidianum uſum non eſt facilè obligaturus. E. nec etiam ſub tacita generali: major enim vis expreſſi quàm taciti. *Dd. vulgò.* At prius. *d. l. 1. C. quæ res pignori. d. l. 6. & 7.* E. At hîc non ſubſiſto, ſed ulterius quæro, quod ſi libros ſolos (ut eſt ſtylus) inferat in ſuum Muſæum, an non tacitè illi ſint oppignorati? Et hoc dico: ob regulam, quia invecta & illata in prædium urbanum tacitè ſunt oppignorata, *d. l. 3 ff in quib cauſ. pign. tac. contrah.* à qua nullibi video Studioſorum libros excipi. Et ſi jure communi ſupellex, & alia uſui quotidiano deſtinata non veniunt ſub hypotheca generali, *d. l. 6. d. l. 1.* cur hoc in libraria Studioſorum, ut privilegium ſingulare notant *Dd. Rebuff. Horat. Lut. Angel. Jaſ. Alberic. d. l.* Mihi enim privilegium non eſt, niſi ubi quid novi & contra jus, publicam ob utilitatem autoritate conſtituentium in privatos confertur, *l. jus ſingulare. ff. de legib. l. jura. ff. eod. l. 1. in fin. ad municip. l. ſi quando. ubi gl. in pr. C. de inoff. teſtam. Bartol. in l.*

in l. ſi finita. § ex hoc edicto.ff.de damno infect. Nec relevat, ſi dixeris, veſtimenta Studioſorum, ut libri ſint ſalvi, tacitè eſſe oppignorata. Nam & hæc excipit JC. *in d. l. 6.* à generali hypotheca: nec enim ſine hiſce honeſtè & commodè hac in imperfectione vivimus, *d. l. 6.* Et quid ſi Studioſus unam tantum habeat veſtem, ut ſæpius forſan fit: quid ſi duas, quarum neutra tamen propenſione ſufficiat? Hic ſanè dominus jure inhærebit libris. Nec impedit, ſi dixeris, Studioſum ſine libris commodè eſſe non poſſe, & ideo eos non poſſe obligari, quod enim miles ſine armis, hoc Studioſus ſine libris. ℞. Nam 1. id quod eſt in quæſtione, pro probato aſſumitur: probandum enim, quod ea, ſine quib. quis commodè eſſe non poteſt, & quibus quotidiè opus habet, tacitè non oppignorentur. 2. Nec in totum verum, Studioſum ſine libris eſſe non poſſe: audiat lectiones publicas, frequentet Diſputationes &c. cum aliis conferat, & certè in ſtudio non erit totus fruſtra. 3. Et Studioſi ut plurimum cum plures habeant libros; quid ſi paucos & neceſſarios eis relinquamus, cæteros verò dicamus eſſe obligatos. 4. Nec Logicè etiam colligis, Studioſi ſine libris eſſe honeſtè non poſſunt.

E. non tacitè oppignorantur. Nam licet dicamus, eos eſſe tacite pro penſione oppignoratos, *d. l. 3.* nihilominus tamen librorum uſum liberum ei relinquimus, ut ſic omninò non ſit ſine libris. Urgebis, ubi non ſoluta fuerit penſio in libros executionem eſſe faciendam, & ſic Studioſos fore ſine libris contra honeſtatem. Dixerim, libri an veniant in executionem, alterius diſquiſitionis eſſe poſſe. Hypothecantur libri tacitè, donec ſatisfiat: ubi ſi omnis ceſſet ſolutio & pignoris liberatio, ad librorum diſtractionem devenitur absque omni injuria, nec enim hæc fit volenti, *Ariſt. paſſim. junct. l. 4. ff. de pact.* & jure ſuo qui utitur, eam nemini facit, *l. qui jure de R. J.* Non obeſt *l. 7. C. quib. mod. pig. contrah.* ℞. nam de executione quod ſc. inſtrumenta ruſtica non in eam veniant, loquitur tantum, non etiam de hypotheca, qua de jam nos principaliter. Si inſtas ſic nec libros venire in executionem, *arg. d. l. 7.* Reſpond. ſubeſſe rationem diverſitatis: utilitatis enim publicæ cauſa ne ager maneat incultus, hoc in inſtrumentis ruſticis receptum: Studioſi verò licet non habeant libros audiendo, conferendo, ſcribendo, cogitando &c. in bonis literulis benè progredi poſſunt ex dictis.

QVÆ-

QVÆSTIO IV.

Quæ ſunt privilegia Studioſorum quoad res?

Circa ſecundum ita Imperator: Hac igitur generali & in perpetuum valitura lege decernimus, ut nullus de cætero tàm audax inveniatur, qui aliquā Scholaribus injuriam inferre præſumat, nec ob alterius cujuſcunque provinciæ delictum ſive debitum aliquod damnum eis inferat &c. & in pr. ut ad loca in quibus &c. tàm ipſi, quàm eorum nuncii ſecurè veniant.

Hinc viciſsim varia privilegia res Studioſorum potiſsimum concernentia, & conſequenter etiam eorum perſonam. 1. Studioſi. E. immunes ſunt à cenſu & exactionibus quibuſcunque, *Rebuff. text in l. Medicos C de Profeſſ. & Med.* intellige impoſitis perſonis non etiam rebus, *l. 2 C. de ann. & tribut. l. 10.* 2. Non ſolvunt vectigal, portorium, ſive uti vocant, pedagium & gabellam, *h n. Auth. in verb. Securè ibiq; gl. Jacob. Butrig, Andr. de Iſernia, Albericus,* modò invecta apud Publicanum profiteantur; aliàs enim pœna commiſsi eſt, *l. fin. §. quoties. §. divus. ubi Paul. de Caſtro. ff. de Pu-*

de Publican. Inde ſuſtinetur mos exterarum nationum, quo ſcrinia vel arcas aperiunt, & fiſco ne fraus fiat, diligenter inquirunt, *Bald. volum. 2. conſ. 245.* ubi ſi illicitè quid inveniant, fiſco omnia vindicant, *l cotem. §. Dominus ff. Publican.* Æquior Baldus, illicita tantum concedens, *l. cum perſonas. C. de naut. fœnor.* Hiſce omninò non opus, ubi conſtat, quod res ſint Studioſorum. *arg. c. eum qui certus. de R. J. in 6.* Perverſa ergo conſuetudo quarundam regionum eſt, qua patriam repetentes, non niſi certis cum nummis dimittimur: Acceſſum ſi concedunt, cur non etiam receſſum, *arg. l. fin. ff. de ſepulch. violat. l. 4. ff. de vacat. & excuſ. mun.* 3. Publicanorum, ſi quid à nobis extorquent, præter dati reſtitutionem, pœna quadrupli eſt, *n. Auth. ibiq; Salycet.* 4. Excuſantur à muneribus perſonalibus, *l. 1. l. 2. C. qui ætate.* tàm in patria, quàm extra patriam, *d. l. 1.* Quouſq; verò hæc procedant, quæſtionis dubiæ eſt? Alii dicunt, tantum ad 25. annum uſque, *d. l. 1. Cod. qui ætat.* & inde privilegia hæc potius ætati quàm ſtudiis data eſſe volunt. Malè. Competent enim ſic etiam non Studioſo, ſi modò ſit minor, & Auth. n. ſatis clara. Sola *l. 1. C. qui ætat.* difficilis eſt, at res expedita, ſi in

ſi in caſu dubio, ubi ſc. nondum conſtat, quos ſint facturi progreſſus, eam exaudiveris. 5. Legatum incertum ſtudii cauſa valet, *Alexand. in l. ita ſtipulatus. n. 28. de V. O. ibid. Jaſon n. 13. Horat. Lut. privil. 61.* 6. Teſtari poſſunt filiifam. Scholares, *poſt Rebuff. Horat. Lutius priviłeg. 59.* 7. Quomodo volunt, & quomodo poſſunt, *Horat. Lutius privileg. 60.* 8. Adverſus uſucapionem reſtituuntur abſentes ſtudiorum cauſa, *gl. in l. fin. ff. de in integr. reſtitut.* 9. Si emunt libros defectuoſos, habent redhibitoriam vel quanto minoris adverſus Bibliopolas, *Chalder. in repetit. l. 2. coll. 39. C. de reſcind. vendit.* cum aliàs deceptio modica ſit licita, *c. dilecti. de emt. l. in cauſa. ff. de minorib.* 10. Non poſſunt pro repreſſaliis capi, *h. n. Auth. Bart. in tract. de repreſſ. c. 7. & Dd. omnes, Rebuff. privil. 150.* 11. Per repreſſalias verò intelligimus & pignorationes, clarigationes, arreſta, tum quaslibet manuum injectiones, impedimentavè, quibus ob alterius delictum quis poteſt detineri, licet non ſit ignorandum illarum longiſſimum eſſe diſcrimen. Clarigatio apud Romanos fiebat, quando populus Roman. ante bellum res raptas repetebat, quæ publica eſt; erat & privata, cum extra-

 neum

neum propriâ autoritate privatus pro debito vel injuria capiebat, vide *Plinium L. 22. c. 1. & Lib. 8.* Pignorationes fiunt ob juriſdictionem contentioſam, man⁹ injectio cauſas certas non habet. His ſimilis Androlepſia, qua interfecti cognatis poteſtas erat repetere homicidã à civitate, ad quam aufugiſſet, quem ſi non concedebat civitas, ab ea duos vel tres (non plures) per hanc Androlepſiam cognati capiebant, donec homicida daretur. *Poll. & Demoſth. in orat. contra Ariſtocrat.* 12. Typographi & Bibliopolæ Academiarum jurati non poſſunt detineri in nundinis ob alterius delictum vel debitum. *Rebuff. privil. 150.* Non parentes viſitantes filios ſtudioſos, *Rebuff. dict. l.*

QVÆSTIO V.

De competentia fori Studioſorum?

Circa tertium Imperator. Veruntamen ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negotio movere voluerit, hujus rei optione datâ Scholarib. eos corã Domino vel Magiſtro ſuo, vel ipſius civitatis Epiſcopo, quibus hanc juriſdictionem dedimus, conveniat,

niat, qui verò ad alium judicem eos trahere tentaverit, etiamſi cauſa juſtiſſima fuerit, à tali conamine cadat, verba Auth. ſunt. Hinc ratione fori Studioſi ſunt privilegiati. 1. Quod coram ſuis judicibus, h. e. poteſtate, Doctore vel Epiſcopo ſunt conveniendi, *h. n. Auth. in fin. vid. Rebuffum privileg. 152. Hornt. Lut. privil 64.* qui ibidem, quis ſit Dominus, qui Magiſter, explicant. 2. Eligit ex his, quem velit, *d. Auth* cũ aliàs hoc penes actorem ſit, *l. cum Clericus. C. de Epiſc. & Cler.* cujus privilegii ampliationes & limitationes habet *Hornt. Lut. privil. 65.* 3. Inde Scholares unum ex his ordinariis recuſare poſſunt, & alium eligere, *h. n. Authent. contra l. apertiſſimi. C. de judic.* an moribus noſtris obtineat, ipſus videris. Rector enim ſolus hodie competens eſt. 4. Præventio illorum trium judicum non procedit in Studioſis, ſed cognitio ab uno in aliũ transfertur, *h. n. Auth.* 5. Scholares recuſantes non jurant de calumnia, *arg. n. Authent.* 6. Citati à non ſuo non tenentur allegare privilegium ſuum, *gl. ſingul. in c. ſuper literis. de reſcript.* quod aliàs ſecus, *l. 2. ſi quis in jus voc. non ierit. vid. latius Pet. Rebuff. privil. 154.* 7. Ter citandi ſunt, antequam priventur matricula, *gl. in clem. 1 in*

verb.Tertiò.de vit. & honeſt. cùm aliàs una citatio pro tribus ſufficiat, *l. tres denunc. C. quomòd. & quand.judex.* 8. Filius agere poteſt contra patrem, *Caſtrenſ. in l.ſed Julianus. §. quanquam. n. 3. ff. ad SC. Macedon. l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Carbon. edict.* 9. Inde filius compellere poteſt patrem, ut ſibi ſubminiſtret ſumptus in ſtudia, *Luc. de Penna in l. un. C. de pericul. ſucceſſ. & in l. 1. C. qui ætat. Bolognet. in n. Auth. vide latiſſ. Horat. Lutium privil. 16.* 10. Appellat Studioſus à quolibet onere, *Bald. n. 14. Cyn. n. 13. in n. Auth.* 11. Statim ad Imperatorem omiſſo medio *h. n. Auth. Socin. in tr. fallent. regul. 39.* 12. A ſententia lata in favorem Studioſi non appellatur, *Decius in l. fin. C. de edend. n. 19. Horat. Lut. privil. 73.* 13. Conveniens Scholares coram alio quàm ſuo cadit, cauſam licet juſtiſſimam etiam foveat *text. in n. Auth.* 14. Studioſus poteſt coram Rectore actorem civem reconvenire, ſi ad quid ſibi obligatus, *Panorm. in c. 1. de mut. petit.* contra quicquid velint *Salicet. Jacob. de Arena, Cynus, Bald.* infirmis admodum rationibus. Nec enim ſequitur, actor *ex h. Auth* cogitur Studioſum coram Rectore convenire. Ergò non habet locum reconventio: nam actor ſemper cum

forum

forum rei ſequi teneatur. *l. C. de edend.* tolletur omnis reconventio. *Auth. C. de ſentent. & interlocut.* 15. Aliquæ Academiæ etiam ad ſuum forum Reum trahunt, quod admodum ſingulare ita eſt in Laudenſi, in Patavia, *Donell 17 comm. 20.* 16. In ambiguo pro Scholari reſpondendum, *Franciſ. Ripa in l. 1. num. 129. in fin. ff. ſolut. matrim. Alexand. in l. un. §. fin. num. 2. C. de ſtud. liberal.* 17. Indiſtinctè Scholares coram Rectore conveniendi ſunt, ſive in loco Academiæ, ſive alibi contraxerint, *h. n. Auth. in fin. Cyn. in l. 2. C. de juriſdict. omnium jud. q. 2.* Et quoad locum Univerſitatis hoc inter Dd. expeditum. Tantum ſi extra Academiam debitum contractum, an & tunc coram Rectore conveniendus ſit, dubium eſt? Hoc negat *Baldus in dict. Authent. nu. 43. Salicet num. 27. Pacius hic cap. 9. nu. 14.* Placet *Donell. 17. comm. 20.* nec enim beneficium eſt, ut quis in loco contractus conveniatur: hoc enim juris communis eſt. Ne ergo Imper. fruſtra ſit circa forum, dicendum indiſtinctè Studioſum coram Rectore conveniendum, ubicunque etiam contraxerit: aliàs enim conſtitutio hæc admodum ſterilis erit. Et hæc inſtantia Scholaribus, cum propter ſtudia

& perſonam ipſorum ſit conceſſa, cur eam ex contractu æſtimamus. 18. Scholares mitius puniendi ſunt. *Raph. Fulgoſius conſ. 123. Jaſon in l. cum quid ff. ſi cert. petat. text. in l. ad beſtias ff. de pœn.* ſi modò ſit excellenter doctus, *d. l. ad beſtias. l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tutor.* 19. Inde ſi damnetur Studioſus ad mortem naturalem: Princeps conſultus propter ſingularem ejus eruditionem, ei gratiam facere debet: *ob d. l. ad beſtias. d. l. ſed &.* Et ita ſe aliquando obtinuiſſe, ait *Oldendorp. in tract. de jure ſingul. Rubr. de privileg. quæ bonarum literarum Profeſſoribus &c.* Et opifici excellenti in arte quadam cum gratia fieri ſoleat, *dict l. ad beſtias.* Cur non etiam literato, qui utilitati publicæ præeſſe poteſt. 20. His privilegiis & deletos è matricula gaudere volunt, donec alteri ſint inſcripti, *per l. un. ff. de bon. poſſeſ. ex teſtam. milit.* de aliis vide *Pacium in h. n. Authent. Salicet. ibid. Donell. 17. comm. 20. Oldendorp. d. l. Rebuffum Horatium Lutium paſſim & alios ab illis allegatos.*

QVÆ-

675

QVÆSTIO VI.

An Inſcriptio Studioſorum probanda?

ID aſſerunt *Dd. commun. Bart. in fin. ff. de teſtam. milit. Salicet. in l. 1. C. de Advoc. diverſ. judic. Pariſien. conſ. 159. n. 16. volum. 4.* Quæ ſententia dubia ſive potius falſa viſa eſt Horat. Lutio *c. fin. n. 20.* Ante omnia verò hîc videndum, quo in cardo quæſtionis verſetur non verò in hoc an inſcriptio hæc utilis & ferè neceſſaria ſit? hoc enim & Horat. Lut. ipſus fatetur *d. n. 20.* ſed hoc, an Inſcriptio hæc in jure noſtro civili fundata? Et hoc affirmo: ut enim miles ex eo tempore incipit habere privilegia militum, ex quo in numeros relatus eſt, non ante, *l. ex eo 42. ff. de teſtam. milit.* ita mihi Studioſus erit civis & membrum Academiæ, ſi inſcriptus ſit, & non ante, *argum. d. l. 42.* procedit enim argumentum à milite ad Studioſos, *argum. l. 14 C. de Advoc. diverſ. Jud. Everhard. in Topicis à milite.* Reſpondet Horatius Lutius *d. n. 20.* milites neceſſariò in numeros referri, ne fraus fiat, & non milites ſtipendia recipiant, vel Duces Dominos ſuos defraudent.

Quo-

Quomodo an ſatisfaciat *l. oppoſita*, dubito. Nam & Studioſorum cum ſint inſignia privilegia *h. n. Auth.* ea non cuivis volenti nondum tamẽ recepto vel inſcripto erunt tribuenda: nec enim magaritæ ſuum ſunt eſſe; *Tholoſan. Lib. 18. c. 9. n 9. de Republ.* Et quæ fraus erit circa vectigalia, gabellas, portoria judiciã non adhibita matricula. Quomodo adhuc inſcriptio in jure noſtro erit fundata, ex ll. enim eſt, non tàm quod ex verbis quàm quod ex ſententia illarum eſt, *l. 6. §. 1. ff. de V. S. ibiq; Gœdd.* In locis ergò, quibus ita legibus Academicis cautum eſt, qui nondum in numeris ſunt, milites dici nequeunt, *l. 1. in fin. d. l. 42. ff. de teſtam. milit. l. ſcriniarios. ubi Decius n. 15. C. eod.* & ideo nondum inſcripti privilegiis Academiæ non gaudebunt, *arg. d l. 42.* non enim ei ſubvenit lex, in eam qui commiſit, aut eam ſprevit, *l. auxilium. 34. ff. de minorib.* Quæ veriſſima, ex contumacia & contemtu, matricula ſi negligatur. Aliud dicendum, ubi qui inſcriptionem non dolo malo contemſerit, ut ſi quia recens in Academiam venerit, diligenter ſtuduerit, non petierit inſcriptionem, vel non in longum tempus petere diſtulerit, *Alexand. in l. ſi quis inde. ff. de jurisdict. Bart. in l. 1. §. ſed*

nec

nec Caſtrenſe. ff. de collat. bonor. de proximo enim ſcribendus, habetur pro inſcripto. Conſule Sotum *l. 4. de juſt. & jur. q. 6. in fin.*

QVÆSTIO VII.

Quis eſt Senatus Academici Judex competens?

QVoad alia æquè Senatus Academicus privilegiatus, ac Scholares ipſi *h. n. Auth. ex dictis.* Quomodo ergo res Scholarium, ut & Scholares ipſi ſunt immunes à vectigalibus, muneribus perſonalibus, oppignorationibus, repreſſaliis, ita & eadem privilegia Senatus Academ. & illius res conceſſa habent, *h. n. Auth. ibid. Bald. Cyn. Salic. Cuppen.* De Judice etiam ſatis Scholaribus proſpectum *in Auth.* is verò cum hodiè ſit Senatus Academicus, & verò hic in ſua cauſa non poſſit eſſe Judex *l. 10. ff. de jurisd. t. t.* ut nemo in ſua cauſa, quæſtionis eſt, coram quo ſit conveniendus? Quæritur verò non de Profeſſore uno, hic enim ſortitur forum apud Magnificum: ſed de corpore toto ſeu ſenatu ipſo, ubi diſtinguendum, an lis concernat ſtatum & privilegia Univerſitatis, an verò tantum Senatum

natum vel res ipſius. Priori caſu Imperator eſt competens, *arg. n. Auth. ibiq; Bald. & Salicet.* de privilegiis enim Imperator cognoſcit, *c. cum veniſſent. extr. de judiciis* ut, de Statutis ſtatuentes, *c. ex parte diſtinct. 3.* jus enim qui conſtituit, & id interpretatur *l. fin. C. de legib. c. inter alia. de ſentent. excomm.* Poſteriori alius eſt medius, alius ſupremus. Is eſt Patronus ſeu fundator Academiæ. *c. monaſterium. c. filiis. 16. q. 7. & c. Abbatum. 18. q. 2. Andr. Barbat. volum. 3. conſ. 69. n. 1.* Quomodo Dominus loci, erit Senatus Academici Judex regulariter. Fundator verò utrum ipſe, an verò per conſilium jus dicat, parum intereſt. Summus eſt Imperator, ad quem omiſſo medio, ſtatim appellari volunt, *Bald. Saliç. in n. Auth. Tholoſan q. 169.* Aliàs ſi de rebus ſit controverſia, docent actionem rem ſequi, *l. un C. ubi in rem actio. vid. Rebuff. privileg. 164.*

QVÆSTIO VIII.

An Studioſus coram ſuo Judice conventus ſæpius variare poteſt?

ACcurſius hoc indiſtinctè largitur, donec lis fuerit conteſtata. Quo admiſſo Studio-

Studioſus firmiter nunquam convenietur, & penes eum erit judicium ſuſcipere vel non. Verum judicium in invitum etiam cum reddatur. *l. inter ſtipulantem. ff. de V. O.* malè ſcilicet conventus Scholaris habet beneficium electionis. Unum ergò eligit coram quo reſpondeat. Semel verò electus, evitari deinceps non poteſt, *arg. l. 2. §. Scævola, de eo quod certo loco.* unum quippe eligendo, videtur alterum reprobare, *Auth. offeratur. C. de litis conteſt. l. apud. ff. de adopt. legat. Pacius in n. Auth. c. 10. n 3. Scipio Gentil. de juriſdict. c. 17.* Idem in Rectore de moribus, non admittunt Dd. commun. propter jusjurandum, quo Studioſi ei obſtricti. At hoc non tollit, nobis quæ de jure communi conceſſa. Et non tàm Rectori, quàm Univerſitati præſtatur, quin nec ubivis exigitur, nihilominus non facilè illo ſpreto, eligitur jam alius, *Coler. ad c. olim. n. 29. extr. de exceptionib.* niſi ſuſpectus, *l. apertiſſimi C. de judiciis.* Hodiè etiam non clericus Rector eſſe poteſt. Bartol. Nec impedit, quod clerici non niſi coram Epiſcopo, *c. 1. c. ſignificaſti. c. 12. de foro compet.* conveniri queant. Nam & Magiſtratus Academici eis non abſimilis, *vid. clem. 1. extr. de Magiſt.* Præfectus tamen aut

Rector

Rector locorum ſeu Quæſtor Judex Studioſorum non eſt: nec enim præter tres nominatos in Auth. ſub gravi pœna ſunt ad alium vocandi Studioſi, *d. Auth.* inter illos verò non eſt Quæſtor vel loci Rector. De facto tamen ad alium quàm ſuum Judicem, ſi quis Studioſum vocet, cadit à conamine, licet cauſa juſtiſſima ſit, *h. n. Auth.* Hoc eſt, ad incompetentem Judicem Scholarem citans non tantum perdit inſtantiã, ſed etiam omne creditum, omne jus, quod contra eum habebat, (cadere enim actionem amittere eſt, *l. extat, ff. quod metus cauſa)* Nec obeſt, quòd hoc obtinet communiter, *l. 5. C. de juriſdict.* ut ſic, ut ſingulare in Studioſo non fuerit annotandum. Nam in Auth. noſt. etiam punitur affectus tantum *in d. l. 5.* verò demum ſi ſequatur effectus, & hic cadit ipſo jure à conamine ſecus verò *in d. l. 5.* ibi enim ſemper ſententiâ aliquâ opus, non verò etiam hic *in noſt. Conſtitut.* Inde Actor poſtmodum Studioſum ob eandem rem coram Rectore convenire nequit: nec enim ei reliqua eſt actio. Cecidit enim illa *h. n. Auth.* ſine actione verò nemo agit. Et illa in tantum vera; ut licet deſiſtat Actor actionem perſequi coram incompetente, nihilominus tamen

privetur

privetur cauſa. Ut enim tentavit Scholarem vocare, delictum eſt conſumatum; quoad hoc vero pœnitentia parum prodeſt, *l. qui ea. ff. de furtis.* hæc enim inconſumata tantùm tollit, *l. qui falſam. C. ad L. Cornel. de falſ.* non conſumata etiam. In foro quidem poli pœnitentia expiat omnia, at non item in foro fori aliter ſcil. Paulus, aliter itidem Papinianus quandoq; loquitur. In edicto Prætoris de vocando in jus, cum pœna non præſtituta ſit conatui & pro injuria libertus remittat actionem ſuam. *l. 11. ff. de in jus vocand.* his non obſtabit, quæ & ipſa exceptionem dat, ſi Studioſus ſciens & volens in incompetentem cõſentiat.

QVÆSTIO IX.

Quo tempore noſtra incluſa ſtudia?

HUjus quæſtionis uſus inſignis; pono enim, pater in ſuo elogio vult, ut filio ex hæreditate communi ad ſtudia ſumptus ſubminiſtrentur absque definitione temporis, quæritur, ad quot annos hæredes teneantur? Tempus ſtudii hodiè certum & definitum non eſt. Alii quinquennio id

definiunt; *l. omnem.* § *ſed quia. ubi gloſ. verb. quinti anni in Proœm.* π. & inde forſan ad 25. annum tantum immunitas à muneribus data Scholaribus, *in l. 1. C. de his qui ætat.* Alii propter multitudinem librorum ſeptennio, *c. cum ex eo. de Elect. in 6. Abbas volum. 1. conſ. 88. in fin.* alii decennio, *Cagnol. in Proœm.* π. *n. 226.* Potius eſt, ut tempus ſtudii extendamus usq; ad vocationem publicam, aut Judicis arbitrio etiam hoc committamus. *Weſenb. conſ. 80. n. 14.* Et ſanè res hæc definitionem certam non admittit; cum ob librorum incrementum, tum ob naturarum, ingeniorum, inſtitutionum diverſitatem; ut certum quid hîc determinare, ſit naturæ legem præſcribere. Abſurdè. Inde alii ſerius, alii citius pro naturę bonitate vel defectu ad aliqualem perveniunt eruditionem, *Jaſon. in l. quidam cum. in fin. ff de V. O.* tradit profunditates, juris vix 40. aſſequi annorum ſpatio. Contrà Coraſius vix annum. 21. natus miſcellanea ſua eruditiſſimè defendit Patavii, ſi verus Typographus. Et ita tenet etiam univerſalis Scholarum conſuetudo, quæ legi derogat. *l. de quibus ff. de ll. Weſenb. d. l. n. 12.* ubi ſatisfacit etiam *d. l. omnem.* Aberrant, qui poſt 25. annum ſera noſtra eſſe

ſtudia

ſtudia narrant, *Specul. in tit. de reo n. 9. Alex. & Dd. vulgò in d. l. 1. C. de his qui ætate*. Nulla enim eſt ætas ad diſcendum ſera, *l. apud Julianum. ff. de fideicom. libert.* & omnes magis diſcere decet, quam ignorare. Auguſtin. ad Hieronym. Ipſe quoque Servius Sulpitius jam ætate majori juri operam dare cœpit, *l. 2. ſi Servius. de O. I.* Scio quoq; Profeſſorem alibi publicum demum poſt 27. annum. Jurisprudentiæ animum applicaſſe. Summus Accurſius itidem circa annum 28. literas degustare incœpit, *Alexand ad Bart. in l. 1. C. qui ætat.* ſc. Muſæ omnibus ſunt amicæ, nec quem deſerunt, niſi prius deſerantur.

QVÆSTIO X.

An ex noſt. Conſtitutione Rectores Academiarum merum habent imperium?

AFfirmant Bart. *in l. imperium 3. n. 7. ff. de juriſdict. Bald. in prœm. ff. in fin. Accurſ. h. n. Auth. Oldend. de jure ſingulari p. 529. Rebuff. Horat. Lutius & Dd. commun.* Diſtinguit Cynus & Rectori juriſdictionem criminalem tribuit in criminibus le-

verb. Tertiò. de vit. & honeſt. cùm aliàs una citatio pro tribus ſufficiat, *l. tres denunc. C. quomòd. & quand. judex.* 8. Filius agere poteſt contra patrem, *Caſtrenſ. in l. ſed Julianus. §. quanquam. n. 3. ff. ad SC. Macedon. l. de bonis. §. non ſolum. ff. de Carbon. edict.* 9. Inde filius compellere poteſt patrem, ut ſibi ſubminiſtret ſumptus in ſtudia, *Luc. de Penna in l. un. C. de pericul. ſucceſſ. & in l. 1. C. qui ætat. Bolognet. in n. Auth. vide latiſſ. Horat. Lutium privil. 16.* 10. Appellat Studioſus à quolibet onere, *Bald. n. 14. Cyn. n. 13. in n. Auth.* 11. Statim ad Imperatorem omiſſo medio *h. n. Auth. Socin. in tr. fallent. regul. 39.* 12. A ſententia lata in favorem Studioſi non appellatur, *Decius in l. fin. C. de edend. n. 19. Horat. Lut. privil. 73.* 13. Conveniens Scholares coram alio quàm ſuo cadit, cauſam licet juſtiſſimam etiam foveat. *text. in n. Auth.* 14. Studioſus poteſt coram Rectore actorem civem reconvenire, ſi ad quid ſibi obligatus, *Panorm. in c. 1. de mut. petit.* contra quicquid velint *Salicet. Jacob. de Arena, Cynus, Bald.* infirmis admodum rationibus. Nec enim ſequitur, actor *ex h. Auth* cogitur Studioſum coràm Rectore convenire. Ergò non habet locum reconventio: nam actor ſemper cum forum

674

forum rei ſequi teneatur. *l. C. de edend.* tol-letur omnis reconventio. *Auth. C. de ſen-tent. & interlocut.* 15. Aliquæ Academiæ etiam ad ſuum forum Reum trahunt, quod admodum ſingulare ita eſt in Laudenſi, in Patavia, *Donell 17 comm. 20.* 16. In ambi-guo pro Scholari reſpondendum, *Franciſ. Ripa in l. 1. num. 129. in fin. ff. ſolut. matrim. Alexand. in l. un. §. fin. num. 2. C. de ſtud. li-beral.* 17. Indiſtinctè Scholares coram Re-ctore conveniendi ſunt, ſive in loco Aca-demiæ, ſive alibi contraxerint, *h. n. Auth. in fin. Cyp. in l. 2. C. de juriſdict. omnium jud. q. 2.* Et quoad locum Univerſitatis hoc in-ter Dd. expeditum. Tantum ſi extra Aca-demiam debitum contractum, an & tunc coram Rectore conveniendus ſit, dubium eſt? Hoc negat *Baldus in dict. Authent. nu. 43. Salicet num. 27. Pacius hic cap. 9. nu. 14.* Placet *Donell. 17. comm. 20.* nec enim bene-ficium eſt, ut quis in loco contractus con-veniatur: hoc enim juris communis eſt. Ne ergo Imper. fruſtra ſit circa forum, dicendum indiſtinctè Studioſum coram Rectore conveniendum, ubicunque et-iam contraxerit: aliàs enim conſtitutio hæc admodum ſterilis erit. Et hæc in-ſtantia Scholaribus, cum propter ſtudia

& perſonam ipſorum ſit conceſſa, cur eam ex contractu æſtimamus. 18. Scholares mitius puniendi ſunt. *Raph. Fulgoſius conſ. 123. Jaſon in l. cum quid ff. ſi cert. petat. text. in l. ad beſtias. ff. de pœn.* ſi modò ſit excellenter doctus, *d. l. ad beſtias. l. ſed & reprobari. ff. de excuſat. tutor.* 19. Inde ſi damnetur Studioſus ad mortem naturalem: Princeps conſultus propter ſingularem ejus eruditionem, ei gratiam facere debet: *ob d. l. ad beſtias. d. l. ſed &.* Et ita ſe aliquando obtinuiſſe, ait *Oldendorp. in tract. de jure ſingul. Rubr. de privileg. quæ bonarum literarum Profeſſoribus &c.* Et opifici excellenti in arte quadam cum gratia fieri ſoleat, *dict. l. ad beſtias.* Cur non etiam literato, qui utilitati publicæ præeſſe poteſt. 20. His privilegiis & deletos è matricula gaudere volunt, donec alteri ſint inſcripti, *per l. un. ff. de bon. poſſeſſ. ex teſtam. milit.* de aliis vide *Pacium in h. n. Authent. Salicet. ibid. Donell. 17. comm. 20. Oldendorp. d. l. Rebuffum Horatium Lutium paſſim & alios ab illis allegatos.*

QVÆ-

QVÆSTIO VI.

An Inſcriptio Studioſorum probanda?

ID aſſerunt *Dd. commun. Bart. in fin. ff. de teſtam. milit. Salicet. in l. 1. C. de Advoc. diverſ. judic. Pariſien. conſ. 159. n. 16. volum. 4.* Quæ ſententia dubia ſive potius falſa viſa eſt Horat. Lutio *c. fin. n. 20.* Ante omnia verò hîc videndum, quo in cardo quæſtionis verſetur non verò in hoc an inſcriptio hæc utilis & ferè neceſſaria ſit? hoc enim & Horat. Lut. ipſus fatetur *d. n. 20.* ſed hoc, an Inſcriptio hæc in jure noſtro civili fundata? Et hoc affirmo: ut enim miles ex eo tempore incipit habere privilegia militum, ex quo in numeros relatus eſt, non ante, *l. ex eo 42. ff. de teſtam. milit.* ita mihi Studioſus erit civis & membrum Academiæ, ſi inſcriptus ſit, & non ante, *argum. d. l. 42.* procedit enim argumentum à milite ad Studioſos, *argum. l. 14 C. de Advoc. diverſ. Jud. Everhard. in Topicis à milite.* Reſpondet Horatius Lutius *d n. 20.* milites neceſſariò in numeros referri, ne fraus fiat, & non milites ſtipendia recipiant, vel Duces Dominos ſuos defraudent. Quo-

Quomodo an ſatisfaciat *l. oppoſita*, dubito. Nam & Studioſorum cum ſint inſignia privilegia *h. n. Auth.* ea non cuivis volenti nondum, tamē recepto vel inſcripto erunt tribuenda: nec enim magaritæ ſuum ſunt eſſe; *Tholoſan. Lib. 18. c. 9. n 9. de Republ.* Et quæ fraus erit circa vectigalia, gabellas, portoria judicia non adhibita matricula. Quomodo adhuc inſcriptio in jure noſtro erit fundata, ex ll. enim eſt, non tàm quòd ex verbis quàm quod ex ſententia illarum eſt, *l. 6. §. 1. ff. de V. S. ibiq; Gœdd.* In locis ergò, quibus ita legibus Academicis cautum eſt, qui nondum in numeris ſunt, milites dici nequeunt, *l. 1. in fin. d. l. 42. ff. de teſtam. milit. l. ſcriniarios. ubi Decius n. 15. C. eod.* & ideo nondum inſcripti privilegiis Academiæ non gaudebunt, *arg. d l. 42.* non enim ei ſubvenit lex, in eam qui commiſit, aut eam ſprevit, *l. auxilium. 34. ff. de minorib.* Quæ veriſſima, ex contumacia & contemtu, matricula ſi negligatur. Aliud dicendum, ubi qui inſcriptionem non dolo malo contemſerit, ut ſi quia recens in Academiam venerit, diligenter ſtuduerit, non petierit inſcriptionem, vel non in lõgum tempus petere diſtulerit, *Alexand. in l. ſi quis inde. ff. de juriſdict. Bart. in l. 1. § ſed*

nec

nec Caſtrenſe. ff. de collat. bonor. de proximo enim ſcribendus, habetur pro inſcripto. Conſule Sotum *l. 4. de juſt. & jur. q. 6. in fin.*

QVÆSTIO VII.

Quis eſt Senatus Academici Judex competens?

QVoad alia æquè Senatus Academicus privilegiatus, ac Scholares ipſi *h. n. Auth. ex dictis.* Quomodo ergo res Scholarium, ut & Scholares ipſi ſunt immunes à vectigalibus, muneribus perſonalibus, oppignorationibus, repreſſaliis, ita & eadem privilegia Senatus Academ. & illius res conceſſa habent, *h. n. Auth. ibid. Bald. Cyn. Salic. Cuppen.* De Judice etiam ſatis Scholaribus proſpectum *in Auth.* is verò cum hodiè ſit Senatus Academicus, & verò hic in ſua cauſa non poſſit eſſe Judex *l. 10 ff. de jurisd. t. t.* ut nemo in ſua cauſa, quæſtionis eſt, coram quo ſit conveniendus? Quæritur verò non de Profeſſore uno, hic enim ſortitur forum apud Magnificum: ſed de corpore toto ſeu ſenatu ipſo, ubi diſtinguendum, an lis concernat ſtatum & privilegia Univerſitatis, an verò tantum Se-

natum

natum vel res ipſius. Priori caſu Imperator eſt competens, *arg. n. Auth. ibiq; Bald. & Salicet.* de privilegiis enim Imperator cognoſcit, *c. cum venissent. extr. de judiciis* ut, de Statutis ſtatuentes, *c. ex parte diſtinct. 3.* jus enim qui conſtituit, & id interpretatur *l. fin. C. de legib. c. inter alia. de ſentent. excomm.* Poſteriori alius eſt medius, alius ſupremus. Is eſt Patronus ſeu fundator Academiæ. *c. monaſterium. c. filiis. 16. q. 7. & c. Abbatum. 18. q. 2. Andr. Barbat. volum. 3. conſ. 69. n. 1.* Quomodo Dominus loci, erit Senatus Academici Judex regulariter. Fundator verò utrum ipſe, an verò per conſilium jus dicat, parum intereſt. Summus eſt Imperator, ad quem omiſſo medio, ſtatim appellari volunt, *Bald. Salic. in n. Auth. Tholoſan q. 169.* Aliàs ſi de rebus ſit controverſia, docent actionem rem ſequi, *l. un C. ubi in rem actio. vid. Rebuff. privileg. 164.*

QVÆSTIO VIII.

An Studioſus coram ſuo Judice conventus ſæpius variare poteſt?

ACcurſius hoc indiſtinctè largitur, donec lis fuerit conteſtata. Quo admiſſo Studio-

Studioſus firmiter nunquam convenietur, & penes eum erit judicium ſuſcipere vel non. Verum judicium in invitum etiam cum reddatur. *l. inter ſtipulantem. ff. de V. O.* malè ſcilicet conventus Scholaris habet beneficium electionis. Unum ergò eligit coram quo reſpondeat. Semel verò electus, evitari deinceps non poteſt, *arg. l. 2. §. Scævola, de eo quod certo loco.* unum quippe eligendo, videtur alterum reprobare, *Auth. offeratur. C. de litis conteſt. l. apud. ff. de adopt. legat. Pacius in n. Auth. c. 10. n 3. Scipio Gentil. de juriſdict. c. 17.* Idem in Rectore de moribus, non admittunt Dd. commun. propter jusjurandum, quo Studioſi ei obſtricti. At hoc non tollit, nobis quæ de jure communi conceſſa. Et non tàm Rectori, quàm Univerſitati præſtatur, quin nec ubivis exigitur, nihilominus non facilè illo ſpreto, eligitur jam alius, *Coler. ad c. olim. n. 29. extr. de exceptionib.* niſi ſuſpectus, *l. apertiſſimi C. de judiciis.* Hodiè etiam non clericus Rector eſſe poteſt. Bartol. Nec impedit, quod clerici non niſi coram Epiſcopo, *c. 1. c. ſignificaſti. c. 12. de foro compet.* conveniri queant. Nam & Magiſtratus Academici eis non abſimilis, *vid. clem. 1. extr. de Magiſt.* Præfectus tamen aut

Rector

Rector locorum ſeu Quæſtor Judex Studioſorum non eſt: nec enim præter tres nominatos in Auth. ſub gravi pœna ſunt ad alium vocandi Studioſi, *d. Auth.* inter illos verò non eſt Quæſtor vel loci Rector. De facto tamen ad alium quàm ſuum Judicem, ſi quis Studioſum vocet, cadit à conamine, licet cauſa juſtiſſima ſit, *h. n. Auth.* Hoc eſt, ad incompetentem Judicem Scholarem citans non tantum perdit inſtantiā, ſed etiam omne creditum, omne jus, quod contra eum habebat, (cadere enim actionem amittere eſt, *l. extat, ff. quod metus cauſa)* Nec obeſt, quod hoc obtinet communiter, *l. 5. C. de juriſdict.* ut ſic, ut ſingulare in Studioſo non fuerit annotandum. Nam in Auth. noſt. etiam punitur affectus tantum *in d. l. 5.* verò demum ſi ſequatur effectus, & hic cadit ipſo jure à conamine ſecus verò *in d. l. 5.* ibi enim ſemper ſententiâ aliquâ opus, non verò etiam hic *in noſt. Conſtitut.* Inde Actor poſtmodum Studioſum ob eandem rem coram Rectore convenire nequit: nec enim ei reliqua eſt actio. Cecidit enim illa *h. n. Auth.* ſine actione verò nemo agit. Et illa in tantum vera; ut licet deſiſtat Actor actionem perſequi coram incompetente, nihilominus tamen

privetur

privetur cauſa. Ut enim tentavit Scholarem vocare, delictum eſt conſumatum: quoad hoc vero pœnitentia parum prodeſt, *l. qui ea. ff. de furtis.* hæc enim inconſumata tantùm tollit, *l. qui falſam. C. ad L. Cornel. de falſ.* non conſumata etiam. In foro quidem poli pœnitentia expiat omnia, at non item in foro fori aliter ſcil. Paulus, aliter itidem Papinianus quandoq; loquitur. In edicto Prætoris de vocando in jus, cum pœna non præſtituta ſit conatui & pro injuria libertus remittat actionem ſuam. *l. 11. ff. de in jus vocand.* his non obſtabit, quæ & ipſa exceptionem dat, ſi Studioſus ſciens & volens in incompetentem cōſentiat.

QVÆSTIO IX.

Quo tempore noſtra incluſa ſtudia?

HUjus quæſtionis uſus inſignis; pono enim, pater in ſuo elogio vult, ut filio ex hæreditate communi ad ſtudia ſumptus ſubminiſtrentur absque definitione temporis, quæritur, ad quot annos hæredes teneantur? Tempus ſtudii hodiè certum & definitum non eſt. Alii quinquennio id

ſtudia narrant, *Specul. in tit. de reo n. 9. Alex. & Dd. vulgò in d. l. 1. C. de his qui ætate.* Nulla enim eſt ætas ad diſcendum ſera, *l. apud Julianum. ff. de fideicom. libert.* & omnes magis diſcere decet, quam ignorare. Auguſtin. ad Hieronym. Ipſe quoque Servius Sulpitius jam ætate majori juri operam dare cœpit, *l. 2. ſi Servius. de O. I.* Scio quoq; Profeſſorem alibi publicum demum poſt 27. annum. Jurisprudentiæ animum applicaſſe. Summus Accurſius itidem circa annum 28. literas degustare incœpit, *Alexand ad Bart. in l. 1. C. qui ætat.* ſc. Muſæ omnibus ſunt amicæ, nec quem deſerunt, niſi prius deſerantur.

QVÆSTIO X.

An ex noſt. Conſtitutione Rectores Academiarum merum habent imperium?

AFfirmant Bart. *in l. imperium. 3. n. 7. ff. de juriſdict. Bald. in proœm. ff. in fin. Accurſ. h. n. Auth. Oldend. de jure ſingulari p. 529. Rebuff. Horat. Lutius & Dd. commun.* Diſtinguit Cynus & Rectori juriſdictionem criminalem tribuit in criminibus le-

 viori-

vioribus, quorum pœna ſit multa; carcer vel relegatio; non itidem in gravioribus, ubi pæna ſanguinis infligenda, argum. verb. Epiſcopi. *in n. Auth.* quaſi de hiſce non poſſit cognoſcere, *Nov. 29.* Placet Vult. *ad l. 10. n. 3. C.* ubi cauſæ fiſcales negans Rectorem in criminalibus juriſdictionem habere, præterquam ſi ex conceſſione ſpeciali eam conceſſam. Quod ita firmo. Quæcunque ſpecialiter lege, vel Senatusconſulto, vel conſtitutione Principum tribuuntur; mandatâ juriſdictione non transferuntur, verba ſunt Papiniani *in l. 1. ff. de offic. ejus. l. ſolent. 6. ff. de offic. Proconſ. l. nemo ff. de R. J.* At verò merum imperium lege datur, *d. l. 1. circa fin.* E. hoc mandata juriſdict. non transfertur. Subſumo. At verò *in n. Auth. Habita* tantùm mandata Juriſdictio, quibus hanc juriſdictionem dedimus, verba Friderici ſunt. E. ſub ea non tranſit imperium merum, & per conſequens, Rectores Univerſitatum *ex h. Conſtit.* non habebunt merum imperium. Huic argum. neſcio an ſatisfeceris, ſi cum Scipione Gentil. per inverſionem argumenteris: Lege tranſire merum imperium, *d. l. 1. de offic. ejus.* At verò hîc eſſe legem ſeu conſtitutionem Principis, *Rubr. h. n. Auth.* ℣. nam in hac conſti-

conſtitutione tantùm fit mentio juriſdictionis datæ, nec etiam ſpecialiter imperii meri tantum. E. hæc conſtitut. Rectoribus dat jurisdictionem. Juriſdictione verò mãdata non transſeunt, quæ lege ſpecialiter transferuntur *d.l.1. in pr.* At verò imperium merum ſpecialiter lege tantum transfertur. E. in hac Conſtitut. non veniet ſub jurisdictione nuda & ſola. Imperii meri ſi facta eſſet mentio, res omnis foret in vado. Si inſtes cum Bald. Accurſ. & aliis, omnes ſpecies ſub ſuis generibus æqualiter contineri, *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtand. Dd. vulgò in l. ſi duo. ff. de adminiſt. tutor.* Et verò juriſdictionem eſſe genus meri imperii, *l. 1. de off. ejus.* E. & hoc ſub juriſdictione in n. Auth. transferri. Dixerim, te petere principium, & id quod dubium vel falſum pro certiſſimo ponere. Supra enim nullam eſſe juriſdictionem generalem oſtendere conatus fui. Et ſanè in jure noſtro generalis non occurrit, ac nihil minus facit, *d. l. 1. de offic. ejus*, quàm ut eam ſuſtineat, ut viſum ſupra. 1. Nec ſi detur generalis, ſtringit, quando enim genus etiam pro ſpecie accipitur, tunc in ſpecie potius, ſi dubii ſumus, capi oportet, *Bartol. in l. hoc legatum ff. de legat. 3.* 2. Idq; eò magis hic,

cum in hac materia ſpecialiter cautum: mandatâ juriſdictione non tranſire, quæ ſpecialiter lege danda, quale & imperium merum, *d. l. 1. de offic. ejus*. Nec impedit, ſi ex præſuppoſita juriſdictione generali (quæ tamen in jure nulla) dicas Principum beneficia latiſſimè eſſe intelligenda, *l. pen. ff. de Conſtit. Princip. Cappen. paſſim.* & ideò in n. Conſtitut. potiùs generalem & omnem intelligendam, quam ſpecialem tantùm. ℞. Nam Principum beneficia latiſſimè interpretanda in quantum ſcilic. ſunt beneficia & de mente concedentis liquet. Sic cum Rectori in cauſis civilibus data ſit juriſdictio, eam latiſſimè, hoc eſt, quoad omnes cauſas civiles, & omnes Scholares intelligimus: at jam oſtendatur, beneficium hoc & intentionem Imperatoris etiam extendi quoad imperium merum. Sanè in dubio regulariter reſcriptum Principis ita interpretandum, ut ſit conforme legibus. Semper enim ſecundum ll. reſpondere præſumitur. At verò lex eſt, mandatâ juriſdictione non venire imperium, niſi in ſpecie mandetur, *d. l. 1. de offic. ejus*. Ergo quomodo nec illa divinatio Baldi: Intentio Friderici eſt ampliſſimis beneficiis Scholares affice-

afficere, & exilium illorum lenire &c. E. etiam quoad criminalia eos privilegiavit, obſtabit, cum ob dicta, tum quia hæc non cohærent. Et 3. quia imperii meri conceſſio non ex conjecturis, ſed lege vel conſtitutione, nominatim transfertur, *d. l. 1. de offic. ejus cui mand. juriſd.*

Nec juvat, quod in criminalibus maximum Studioſorum verſetur periculum, & ideò quoad ea Scholaribus maximè ſit ſuccurrendum, *l. 1. §. 3. ff. de vent. inſpiciend.* Nam reatus cum omnem honorē & privilegia tollat, *l. ult. C. ubi Senatores, & Magiſteria. C. de juriſdict. Dd. comm.* hoc nihil concludit. Et Studioſus facinoroſus cum in legem delinquat, fruſtrà auxilium ejus implorabit, *l. auxilium 37. ff. de min.* & miſeris nec facinoroſis ſuccurrendum, *l. 1. ff. ad SC. Vellejan.* Inſtabis, poſt Accurſium ob nullum delictum Scholares coram alio eſſe conveniendos, *n. Authent.* Ergo & quoad criminalia Rectori tributa juriſdictio, *junct. l. 3. ff. de juriſd.* At fruſtra apud illos, qui verba illa (nec ob alteri' &c. delictum) non agnoſcunt. Verùm ea à vulgaribus Codicibus cum non abſint, hoc effugio non utimur. Non tamen pro-

pterea ſtringit argumentum, nam in illis verbis (nec ob alterius cujusq; Provinciæ delictum ſive debitum) non agit de competentia fori, ſed tantum de repreſſaliis ceſſandis contra Studioſos cavet hæc ſacra ſua conſtitutione. Et cum ex perverſa conſuetudine hæ etiam in Scholares exercerentur antiquitus *b. n. Auth.* hic Auth. verſic. (nec ob alterius cujuscunq; provinciæ delictum) non eſt ſine inſigni privilegio. *Bald. Cyn. & Dd. vulgò.* In ſeq. verſic. (veruntamen ſi litem eis quiſpiam ſuper aliquo negotio movere voluerit) incipit agere de foro Scholarium quod includit & cōcludit cauſis civilibus, arg. verb. negotii & litis, quæ vulgariter ad cauſas pecuniarias & privatas reſtringuntur, non ad criminales etiam, *l. litis. l. Labeo. de V. S. l. 1. de teſtib. l. ſolent. de præſcript. verb.* Nec obeſt, ubi dicis, nomen negotii, litis, actionis, eſſe generis, & ad criminalia etiam extendi, *l. 20. ff. de accuſat. l. in criminalib. C. de jurisdict. Cujac. 9. obſervat. 23. Cicero in Epiſt.* hoc enim in jure noſtro fit rarius, *d. l. 20.* crebrius verò de pecuniariis & civilibus accipitur: jam verò in dubio verba in vulgari & propria ſignificatione

682

tione ſunt accipienda, *l. non aliter. ff. de legat.3. l. fin. C. de his qui ven. ætat. Donell. 5. comm. 20. Morla p. 1. t. 8. de reb. credit. pag. 313. n 5.* Taceo quid imperium merum tantum nominatim Lege transfertur. *l. 1. de offic. ejus cui,* nec ex conjecturis qualibus qualibus colligitur. Non diffiteor etiam, quin complures Academiæ habeant jus gladii, ut Tubingenſis, Ingolſtadiana Lipſenſis, Heidelberg. in Germania, in Gallia verò olim Pariſienſis &c. an verò ex n. Cõſtit. Habita, an verò ex ſpeciali conceſſione illæ id habeant ad quæſtionem noſtram propius eſt: & hoc cum Vult. aſtruimus: cur enim id non omnibus tribueremus ſimiliter; ex Conſtit. Habita, id ſi æſtimaremus, eam quippe cum Dd. comm. generalem fecimus. Cum verò hoc ne ipſi diſſentientes etiam admittant (omnes enim jus gladii non habent) liquet hoc non æſtimãdum eſſe ex n. Conſtit. ſed potius ex ſpecialiori quadam conceſſione. Nec exinde quod Epiſcopus ſuper humano ſanguine ſtatuere non poſſit, infringes, Rectorem etiam ex ſpeciali conceſſione merum imperium habere non poſſe. Nam cum plures meri imperii ſint gradus, *Calliſtr. in l. 28.*

ff. de pœn. Bartol. Zaſius, Muſcorn. in ſuo tract. num. 113. ex negatione unius gradus, hoc eſt, gladii materialis, non neganda continuò reliqua, quæ ſunt meri imperii membra; & quoad hæc *text. clar. in cap 1. extr. de cálumn.* nec pro 3. Rectores ſunt merè Eccleſiaſtici, ſed politici Magiſtratus etiam. Ex quibus cum aliis facilè occurri poſſe credam, alia non addo. vide *Scipion. Gentil. d. l. Vultej. d. l.* Et tantùm de hac Quæſtione.

CEN-

CENTURIÆ III.

DECURIÆ X. ET ULTIMÆ.

QVÆSTIO PRIMA.

An Emphyteuſis eſt juris gentium vel juris civilis?

QVod ſit juris gentium, diſputant *Coraſ. Hotoman. Mynſing. ad §. adeo. Inſtit. Locat. Bronchorſt. cent. 1. aſſert 50. edit. 1. Domin. Arum. Diſp. Juſtin. 14. th. 12.* quorum fundamentum ex cæteris eſt: Regula autem hæc ſtatuitur *in l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur.* omnes contractus ferè jurisgentium eſſe. Ergò donec excipi Emphyteuſin non doceatur, meritò eam ſub regula comprehendimus. Verùm videbo, an non verior ſententia ſit illorum; qui ſtant à jure civili. Oportet ergò ut fundemus quoad Emphyteuſin exceptionem. Illa verò eſt *in d. §. adeo. Inſtit. Locati.* ex quo ſic colligo: A quocunq; res habet ſuam formam, illi & origo eſt aſcribenda. At Emphyteuſis à Zenoniana conſtitutione ſuam habet for-

formam, *d. §. ſi adeo. l. 1. C. de jur. Emphyt.* E. Forma verò & natura mihi hîc eadem ſunt. Non eſt ſi dicas, illi quidem eſſe additum, ſed in materia ſive accidentibus, non item in formâ. Nam Zeno propriam naturam Emphyteutico contractu cum adjecerit, *d. §. adeò.* quid ni & formam. & 2. ſi ante Zenonem habuit ſuam formam, quomodo antea non diſtinguebatur à Locatione & Emtione: cum poſita forma ponatur exiſtentia rei, diſtinctio rei, operatio rei, Philoſophi vulgò. At v. ante Zenonianam Conſtitutio[illegible]m non diſtinguebatur à Locat. Emtion[illegible]E. Non ſtringit, quando dicunt, contractum Emphyteuticum eſſe affinem locationi, imò perpetuam Locationem dici, *l. ſi ager vectigalis.* & verò locationem eſſe jurisgentium, *arg. l. 5. ff. de juſt. & jur.* Nec enim ſimile eſt idem: & ſimile omne currit quatuor pedibus: Sufficiat, quod quædam ſpecialia ex dicta Conſtitutione intellige naturam propriam, *d. §. adeò.* Scripturam, *d. l. 1.* & alia plura, quæ vide *in d. l. 1. & d. l. 2. C. de jure Emphyteut.* habeat. An urgeat, quod non ſolùm apud Romanos, ſed & alias gentes Emphyteuſis uſitata fuerit, *Ariſtot. 2. Oeconom. 12.* dubito. Nec enim apud

684

apud Ariſtotelem dicitur, quod habuerint Emphyteuſin. Et quî, cum illo tempore non habuerit ſuam formam, addita enim à Zenone *d. §. adeò. d. l. 1. & 2.* Qui verò quid erit abſque forma, quæ rei dat éſſe. Fuit E. antè Zenonem Emphyteuſis tantùm rude & informe negotium, quo de dubitabatur, eſſetnè Locatio, an emtio, venditio, cui poſtmodùm à Zenone addita forma, ſive natura propria, *d. §. adeò.* per quam Emphyteuſis facta eſt contractus diſtinctus & peculiaris, & inde etiam ſuam habet originem. Alias enim contrà ſententium recepta opinione aut danda origo rei abſque forma, aut rei forma abſque diſtinctione. Sin enim dixeris Emphyteuſin fuiſſe ante Zenonem, neceſſum, ut & eam formam habuiſſe fatearis: nec enim in factis datur eſſe abſque forma. *Plato, Ariſtot. Scalig. paſſim*, illam verò ſi habuit, quomodo non etiam à Locatione & Emtione potuit diſtingui: forma quippe omnis diſtinguit, & poſita forma, ut dixi, ponuntur tria exiſtentia rei, diſtinctio rei, operatio rei, quæ ſunt potiſſima formæ officia. Vana verò mihi forma eſt, quæ non diſtinguit. Ad hæc attendendum etiam eſt, num aliæ gentes eodem modo illo negotio

informi (tantum enim negotium Emphyteuſeos, non etiam Emphyteuſin ipſam habuerunt) uſi fuerint, ac Romani poſt Zenonem. Non enim ſequitur; & alii populi uſi Emphyteuſi: E. illa eſt jurisgentium, videndum enim omninò, an eodem modo, eâdem formâ etiam illa fuerint uſi, & hactenus non negandum, Emphyteuſin eſſe jurisgentium. At verò eâdem formâ non alii ſunt uſi: addita enim demum à Zenone *d.* §. *adeo. d. l.* 1. *l.* 2. qui ergò alii ante eum ea uti potuêre. Nec hîç peto principium, ut liquet ex dictis. Quod alii habuerint umbram, non diffiteor: at inde non concludendum, eam eſſe jurisgentium. Non enim res eſt, niſi per formam: & exiſtentia rei abſque forma eſt pejor Platonis idea. Et certè doctiores nunquam ſeparant rei originem à forma, ut ſemper inepti ſint, dicentes hoc vel illud eſſe jurisgentium quoad originem, juris civilis verò quoad formam. At verò Emphyteuſis formam & naturam habet à jure civili, *d.* §. *adeo.* E. Quomodo videmus Dd. rectiſſimè colligere à negatione formæ ad negationem rei eſſe, fallere dicentes; Emphyteuſin inde juris civilis perhiberi, nec poſſe nec debere, quod ex conſtitutione Zenoniana

niana ei forma à Locatione & Emtione ſecreta ſit addita, *d. §. adeo.* Cum enim concedant, ei demum diſcretam formam à Zenone eſſe additam, quomodo ante eundem eam fuiſſe, aſtruere poſſunt? Num verò eſſe rei, & abſque forma: imò hæc eſt, rei quæ dat eſſe, *c. quia propter. de electiõn. l. Julianus. § ſi quis. ff. ad exhib. l. Scjæ ff. de auro & argent. legat. Alexand. in l. 1 ff de liber. & poſthum. Scalig. & Phil. communit.* Nec contrà facit, ſi dicis, teſtamentis ſimili modo plura eſſe addita, & habere jam peculiarem formam, *d. §. 3. Inſt. de teſtam. ordin. ibiq; Johan. de Plat. Johan. Fab. & Dd. commun.* nec tamen ob eam ea eſſe jurisgentium. Nam petitur principium: & id quod in controverſia eſt, pro certo aſſumitur: & dubito, an non contra ſentientium opinio ſit verior, ut alibi oſtendo. Nec obeſt, quod & aliæ gentes ultima condiderint elogia, *Plutarch. in vita Solon. Laërt. in vita Ariſtotel. Cicer. de Finib. Reuſner. de teſtam. p. 1. c. 4. n. 2.* licet aliud de Germanis atteſtetur Tacitus: Aliud enim eſt quærere, an non etiam aliæ gentes ſua habuerint teſtamenta, ſeu an non materia teſtament. & aliis fuerit cognita, & hoc aſſero, hocq; tantùm probant allata *ex Plutarch. Laërt.*

Cicer.

Cicer. & aliud, an teſtamentum, quo utuntur cives Romani, ſit juris gentium? & hoc nego, *arg.* §. *1. 2. 3. Inſtit. de teſtam. ordin.* ad contraria te facilè expedies, ſi notaveris, in iis fieri πολυζήτησιν, & confundi teſtamentum in genere, cum teſtamento Romano in ſpecie, quo de alibi.

QVÆSTIO II.

An judex, qui ad injuſtum Principis mandatum aliquem ſuſpendit, vel plus debito caſtigat, excuſandus?

QVa de conſule, quę latè habent *Farina. in pract. crimin. p. 3. q. 97. Petr. de Anchoran. conſ. 313. incip. In Chriſti nomine, Amen. Socinus conſ. 120. incip. Memini me aliàs conſuluiſſe. Thomaſius Grammaticus Neapolitanus & alii.* Primâ facie poteſt videri, imò Principi indiſtinctè quidvis mandanti eſſe obtemperandum. Nam cum omnia jura dicatur habere in ſcrinio pectoris ſui, *l. omnium. C. de teſtam. c. 1. de conſtitut. in 6. poſt Bartol. Jaſon. in l. præſcriptione. C. ſi*

686

C. ſi contra jus vel utilitatem publicam, non videtur poſſe aberrare, & ſic pro eo, quod juſta decernat, præſumitur. Juſta verò decernenti omninò obediendum. 2. Legi omninò rectè obtemperat judex. *arg. l. 1. l. 2. ff. de legib.* & in pœnis inprimis ad eam illi attendendum, *l. unic. C. de privat. carcerib. l. ſervos. C. ad l. Jul. de vi public. l. 3. C. ne ſanctum Baptiſma iteretur. l. proſpexit. ff. qui & à quib. manumiſ. l. divi. 27. de pœn. l. fin. C. de deſertor. l. Divi 27. de pœn. Hoſtienſ. in ſumma tit. de pœnit. §. quæ ſit pœnitentia. in 6. Jul. Clar. l. 5. ſent. §. fin. quæſt. 85. Bernard. Dias de Luco, ubi Salcedo in regul. 171.* At verò Imperator ſive Princeps (quantum enim poteſt Imperator in imperio, hoc Princeps in principatu, Ducatu ſuo, *Roland. à Valle conſ. 4. n. 3. lib. 3. & conſil. 29. n. 24. Tiber Decian. conſ. 2. n. 120. Gail. de pace public. c. 6. n. 10. Raudenſ. de analog. l. 1. c. 34. n. 115. Alexand. conſ. 2. n. 9. l. 1. Ruin. conſ. 200. n. 2. l. 2. & conſ. 130. n. 2. l. 5. Cuch. de moratoria præſcript. n. 1. c. 231. & ſeqq.*) ſive civitas libera imperialis (nam & in his idem eſſe volunt, *Gail. d. l. n. 11. Andr. Knichen. in privileg. Duc. Saxon. verb. Ducum Saxon. c. 1. fol. 69. & c. 4.*) eſt lex animata in terris, *§. fin. Auth. de conſul. in collat. 4.*

Mmm Facit,

Facit, quod Deus Principi ll. ſubjecerit, *d. Novel.* de conſulib. & legib. ſit ſolutus, *c. cuncta per mundum. 9. q. 3. l. Princeps. ff. de legib. c nos ſi incompetenter. q. 7. Thom. 2. 2. q. 96. art. 5. Menoch. de arbitr. jud. quæſt. 1. q 7. n. 70. Vaſq. 1. controv. 1. Fachin. 1. contr. 2. Alber. Gentil. latè in Diſputat.* Regia 1. nec eſt, qui Principi dicere poſſit, Cur ita facis, *c. quamvis de pœn. diſtin. 3. Bald in præiud. feudorum. c. in memoriam, diſtinct. 18.* & non obediens morte moritur, *c. 1. de major & obed. Bartol in l. 15. cui ff de verbor. obligat.* Cæterum quod non teneatur obedire Principi injuſtum mandâti potius eſt. Equidem magnus eſt Cæſar, ſed major eſt ratio & veritas, *Bald. in l. Æmilius. ff. de minorib.* à qua judici nunquam declinandum. *Exod. 24.* Sic concludo. Contra ea quæ ſunt juris divini, naturalis vel gentium nihil ſtatuere poteſt Princeps. *c. 1. extra de probat. Bald. in l 31. ff. de legib. Calvin. in tract. de Principe Bart. in l. fin n. 2. C. ſi contra jus vel util. publ Domin. Sotus l. 4 de juſt. & jur. q 4 art. 1. Vaſq. de contr. 1. Gentilis d l. 1 ult in §. 7. ibiq; Dd. vulgò de J. N. G.* ne ex rationali cauſa etiam *Bodin. de Repub. l. 1. c. 8. Pruckman in §. ſoluta poteſtas. Theſ. ſaur. decis. 91.* At admiſſo ei injuſta mãdanti, puta

587

puta ut ſuſpendatur innocens &c. eſſe obtemperandum, ſtatuere poſſet, quid contra jus divinum, quod prohibet homicidia & jus gentium, quod innoxium non damnat. Ergo & per conſequens, ſi tale quid de facto attentat, ei non obediendum. Non enim dedit Deus jurisdictionem peccandi, nec auferendi alienum, *Bart. in d. l. fin. C. ſi contra jus vel util. public. n. 2.* Principium mens talis eſſe debet, qualis eſt legum candor, & integritas rationis naturalis. *Bald. in c. 1. Colum. 2. apud quos controverſ. feudi in uſib. feudorum.* Et Magiſtratus ſive Princeps cum ſit Dei miniſter, *Roman. 13.* & vicarius, *gloſ. in Auth. de hæreditat. & Falcid. collat. 1.* (per me, inquit Deus, Reges regnant, & legum conditores juſta decernunt, *Proverb. 8.*) ei contra Deum vel naturam quid tentanti non erit obtemperandum. Deo enim obediendum magis quàm hominibus, & miniſter non eſt ſuper Magiſtrum: quin talis refractarius miniſter non eſt: inde reſcripta contra jus impetrata ab omnibus judicibus ſunt refutanda, *l. reſcripta. C. de precib. Imper. offeren.* quin & aſſiſtentes in officiis debent ſuo Superiori reſiſtere, ſi injuſtè agat, *l. omnes. judices. C. de appellat.* Unde prudentes mini-

ſtri, ſi quid Princeps per iracundiam & inadvertenter decernat, non ſtatim exequi debent, maximè ſi executum dolere poſſit, *Pontan. in ſuo tract. de obedient. lib. 4. Rubr.* an parendum ſit decreto, quod injuſtum videtur. *vid. c ſi quando. extra de reſcriptis.* quæ cum fuſius probet & declaret Thomaſius Grammaticus in votis ſuis, hic plura attexere, ceſſo. Superioribus facilè occurres, ſi diſtinguas inter ea, quæ ſunt juris ſuperioris & inferioris cum Tholoſan. 7. *de Repub. 20.* ita ut contra ea nil poſſit Princeps, *Bald. in d. l. 31. ff. de legib. Andr. & Canoniſt. vulgò in d. c. 1. extr. de probat. Thomaſ. Grammat. d. l. Curt. ſen. conſ. 48. coll. fin.* hactenus enim miniſter imperaret Magiſtro, & inferior ſuperiori, *contra l. 4. ff. de recept. arbitr.* & rationem omnem, ne ex plenitudine poteſtatis etiam, quam nullam cum Bartol. *in d. l. fin. n. 2. C. ſi contra jus vel utilit. publ.* Bald. & Dd. vulgò agnoſco: an & quomodo contra inferiora ſtatuere queat, alibi docui, & videre poteris *apud Thomam d. l. Coraſ. 2. miſcell. 25. Mynſing. in comment. ſuis ad t. de probat. Fachin. Vaſq. d. l. & alios ſuprà allatos.*

QVÆ-

688

QVÆSTIO III.

An vita hominis in dubio præſumitur 100. annorum?

ITa communiter credimus gl. *in l.ſi emancipati in 2. notab. C. de collat. ibiq; Jaſon. Accurſ. & alij in l.2. §. ſi dubitatur. Quemadmod. teſtam. aperiant. Weſenb. in π. n. 15. arg. l.56. ff. de uſufr. l fin. C. de SS. Eccleſ.* & ut aliqui pro vita hominis 100. annos præſumunt, *gl. d. l.* ita ultra eoſdem eam non extendunt, *arg. l. proponebatur. de judiciis. C. de collat. in 2. col. in 2. not. & Decius in 3. colum.* At indiſtinctè neutros probare poſſum, nec illos, quibus vita hominis eſt 100. annorum præſumptivè, nec hos, qui eam ultra 100. non extendunt. Hi quidem veriſſimi, ſi de præſumtione & regula loquũtur. *text. in l. proponebatur. ff. de judic.* faciunt, quæ diſputat Menoch. *6 præſum. 49.* at falſi, ſi indiſtinctè & excluſivè: nam & noſtra ætate quandoque homines 100. annos attingere certum, licet rarius hoc fiat, ut ſit illimitatè non ſit dicendum, homines 100. annos vivere non poſſe. Non illos: hac enim ætate reſpiciendo ad communem vitam rariſſimè & ne centeſimi etiam

100. annos attingimus, *Alexand. conſ.90. vol.6.col.4* ut ſic pro 100. annis omninò non ſit præſumendum, ſed potius contrarium quod homo non vivat 100. annos. Quæ enim plærunq; ac ita communiter eveniunt, illa ſunt veriſimilia & præſumenda, *arg. c. extr. in Rubr. de præſumt. Alciat. tract. de præſumt. part. 3. incipit. veniamus. n. 1.* & eorum, quæ habet Weſenb. *de probat. à n. 14.* At verò communiter non vivit homo 100. annos. Nec contrarium probant, *l.56.ff. de uſufr. l. 8 ff. de uſufr. legat. l.fin. C. de SS. Eccleſ.* tantum enim volunt, hominem 100. annos vivere poſſe, nil ultrà. At inde non ſtatim eſt facienda præſumtio & regula, quod homo 100. annos vivat: nec enim quod poſſibile, ſtatim veriſimile. Hoc dandum hominem 100. vivere poſſe annos, *d. l.56. d. l. 8.* modò viciſſim detur, hoc rariſſimè fieri, & inde non faciendam præſumtionem, quæ in dubio habeatur pro veritate *Alciat. d. l.* Et certè præſumtio juris non eſt, nulla enim lex eſt, quæ ita de hominis vita præſumat, quæ eſt præſumtio juris, *Alciat. d. tract. part. 2. Panor. & Felin. in c. quanto. extr. de præſumt.* Et licet dicatur 100. poſſe annos vivere, *d. l.56. d. l. 8.* tamen (præterquam

quod

quod his legibus modò reſponſum) & alibi dicitur non tot poſſe vivere, d. l. proponebatur, *ff. de judic.* ut ſic hîc præſumtionem juris pro 100. ann. aſtruere præcisè non poſſumus. Non etiam hominis: nam & hæc ipſa eſt conjectura veriſimilis, & de eo, quod plerumq; ita contingit, *arg. l. ea, quæ rarò ff. de R. J. l. 4. l. 5. ff. de legib. Weſenb. in π. de probat. d. n. 14.* Cum verò frequentius infra 100. annos emoriantur homines, bonus judex præſumet, ad 100. annos hominis vitam non extendi. Eſto, quod alius 120. annos vixerit, *Novell 5. c. 2.* alius ultra 200. ut Abraham, Noë & complures patres alii: tamen id cum ſuperiori ſeculo (quo de jam nihil) & rarius ac noſtra ætate rariſſimè contingat, *Alexand. d. l.* præſumtionem juris, Hominem 100. annos vivere non inducet, ſed potius in contrarium cum Pſalmiſta concludendum: *Dies annorū noſtrorum in ipſis ſeptuaginta ſi autem in potentatibus octoginta anni, & amplius labor & dolor.* Pſal. 90. v. 10. & 11. noſtræ enim ſortes multæ ſunt, & caſus, qui nec dici nec numerari poſſunt, *l. fin. C. de præſcript. 30. annon l. corruptionem C. de uſufr.* maximè verò in ſenectute.

QVAESTIO IV.

An damnati ad mortem, puta gladiū, laqueum, rotam &c. teſtari poſſunt?

UT verò & hîc diſtinctè procedam ritè ſtatus controverſiæ formandus. Non ergò hîc quęro de jure Digeſtorum & tempore JC. de hoc enim expeditum, quod teſtari non poſſint, *text. in l. ejus 8 §. ſicui. ff. qui teſtam. fac. l. 6. §. irritum. ff. de injuſt. rupt. l. 29. ff. de pœn.* ſed novo; & hic viciſſim non de omni, etiam jure Saxonico (de hoc enim & id ipſum clarè deciſum ab Auguſto *part. 3. Conſtit. 6. in verbis.* So conſtituiren/ordnen vnd ſetzen wir daß die jenigen/ ſo auch gleich zur Todesſtraff verdammet vnd verurtheilet/ jhrer Güter halben vnd von allen deme/ das ſie verlaſſen/ Teſtament machen mögen etc. quæ & ſervatur in praxi) ſed jure Auth ſive Novell. tantum: & de hoc etiam, ut ſic jus Novell. cum jure Electorali & moribus conſentiat, (non enim facilè jurium diſcrepantia admittenda, *arg. c. 1. de oper. nov. nunc.*) idem dicere tentabo. Etenim omnes teſtari poſſunt, niſi qui prohibentur, *arg. tit. Inſtit. Quib. non*

eſt permiſſ. fac. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. & ſeqq. ff. qui teſtam. fac. Dd. vulgò. At hodiè damnati ad mortem naturalem per gladium, concremationem &c. nullibi prohibentur. E. ad *d. l. ejus. 8. §. ſi cui. ff. qui teſtam. fac. l. 6. §. irritum. ff. de injuſt. rupt.* forſan me obligabis: ſed fruſtra, jus enim antiquatum & correctum allegatur. Sic ergò *ex d. l. 8. d. l. 6.* diſputo. Quia ad ferrum, ad beſtias aut in metallum damnati libertatem perdebant, bonaq; eorum publicabantur, amittebant teſtamenti factionem; ſunt verba Gail. *in d. l. 8. §. fin. l. 6. §. irritum. de injuſt. rupt.* At vero hodie nullam amittunt libertatem, *Auth. ſed hodiè. C. de donat. inter vir. & uxor. Novel. 22. c. 8.* bonaq; eorum non publicantur. *Auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript. Novel. 134. c. fin.* Ergo correcta quippe ratione legis, lex ipſa cenſetur correcta, *gloſ. in l. 1. in pr. in verb. Providentia & ibi Alexand. in addit. Bartol. ff. de legitim. tut. & l. 1. C. eod. fac. l. dictum ff. de pact. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. Patron.* eſt quippe ratio legis mens ejus, *Br. & Bald. in l. non dubium C. d. legib.* At verò *per dd. Auth. & Novell.* ratio, *d. l. 8. §. fin. & d. l. 6. §. irritum.* eſt correcta. E. Nec eſt, ſi excipis, *d. Auth. ſed hodiè. C. de donat. inter vir.*

 & uxor.

& uxor. non loqui de damnatis ad mortem, ſed qui poſt ſententiam vivi remanet, poſt Decium Domin. Arumæus *Diſput. Juſtin. 7. th. 7. Novell. ipſa 22. c. 8.* enim eſt ſatis generalis in verb. *nullum ex ſupplicio permittimus fieri ſervum.* Non in contrarium facit *verſ. manet igitur. fin. d. c. 8.* Juſtin. enim Imper. ad conſultationem propoſitam reſpondet Joanni Præfecto prætorio. quæ conſtit. omninò extra caſum extendendæ, *arg. l. 12. C. de legib.* Sed & ratio *d. Novell. 22. eſt* generalis, & militat etiam in damnatis ad mortem naturalem: juxta quam ſi idem jus & in his recipimus, hanc Conſtitutionem non extendimus, *arg. gloſ. in c. 1. in verb. Italiæ. de tempor. ord. in 6. Bald in l. data opera. in 9. colum. C. de his qui accuſat. non poſſ. l. 6. §. 1. ibiq; Gœdd. de V. S.* Objicis, bona non apud damnatum, ſed hæredes ejus & quidem legitimos maſere, *d Novell. 134. c. fin.* & ideo de iis damnatum non poſſe teſtari, *arg. l. 120. de V. S.* ℞. Verum hoc equidem dandum bona damnatorum manere apud hæredes legitimos & ab inteſtato, *d. Nov. 134 c. fin.* ſed ſi inde ſubſumere velis, illa non poſſe pertinere etiam ad hæredes ex teſtamento; ad mentem Imperatoris non attendes. Sic

paſſim

69H

paſſim dicitur ad ſuos pertinere hæreditatem ipſo jure etiam citra aditionem *l. 14. de ſuis & legit.* & poſt ſuos ad conſanguineos, *l. 1. §. 9. eod.* poſt hoc ad agnatos, *l. 2. in pr. d. t. t. de ſucceſſ. ab inteſt.* ſed inde non concludendum eandem non pertinere ad ſuccedentes ex teſtamento &c. *vide Weſenb. d. l.* ubi de moribus hoc teſtatur *Gregor. Tholoſan. in ſyntag. l. 42. c. 8. Covar. & ab his allatos plures.*

QVÆSTIO V.

An pupillus obligatur naturaliter?

ET quod obligetur, & contrà quod non obligetur, probabiliter diſputari poſſet: verum pro nunc exercitii gratia tentabo, eum nec naturaliter, nec civiliter obligari regulariter. *text. in l. 9. ff. de aut. tut. l. 59. ff. de O. & A. l. 1. § fin. ff. commodat.* Non n. ſine conſenſu oritur obligatio, *l. 1. ff. de pact. l. 1. 2. 3. ff. de O. & A. l. Labeo 19. §. contractum. ff. de V. S.* At pupilli conſenſus ad obligandum nullus eſt, *l. 1. §. fuit 13. ff. ad SC. Trebell.* Nec infringis hoc ſi per inverſionem dixeris: In pupillum pubertati proximum cadit injuria, furtum, *l. 111. de R. J.* Ergo etiam conſenſus, *arg. l. illud. §. 1. ff. de injur.* Jam verò conſenſus ubi, ibi & obligatio

gatio eſſe poteſt, *l. 1. de pact. d. l. 1. & 2. de O. & A.* A poſſe enim ad eſſe non valet conſequentia. 2. Pupillus conſentit quidem naturaliter; at non legaliter: hoc eſt, pupillus quidem, ut homo conſentit; (habet enim voluntatem: at hæc ubi, ibi & velle, ibi conſentire:) verùm cum leges noſtræ, cum admodum ſit infirmus, *l. 1. §. 13. ff. de O. & A. arg. l. 1. in fin. ff. de minorib.* non ita attendunt, ut velint inde indiſtinctè oriri quandam obligationem, *d. l. 9. de autor. tut. l. 59. ff. de O. & A.* Dico non indiſtinctè: quandoq; ſiquidem Leges noſtræ conſenſum pupilli, ſi è re geſta præſumptivè appareat, omninò obligare volunt: puta: ſi rem ſuam meliorem fecerit, quia boni patrisfam. officio functus eſt, leges præſumunt, eum conſenſiſſe, ut etiam ſi deliquerit, cum dolus & προαίρεσις ejus arguat conſenſum, *l. 3. §. 4. de negot. geſt.* Nec ſequitur, in his caſibus leges conſenſum ejus, ut obligetur, attendunt. Ergo indiſtinctè. Nam in his præſumptivè elucet: & deinde ſpecialis hic eſt ratio, cum ne cum damno alterius locupletetur, *contra l. 14. ff. de condict. indeb.* cum ne ex dolo & maleficio ſuo quid lucretur, & in malo confirmetur, *contra l. 12. ff. de dol. mal.* Extra

692

tra hos duos caſus ergò cum leges pupilli conſenſum non præſumant, vel attendant, dico eum extra eos naturaliter non obligari, *d. l 9. de autor. tut. l. pupillus 59. de O. & . A.* nec enim abſq; conſenſu eſt obligatio, *d. l. 1. de pact.* Naturaliter. E. Phyſicè intellige, pupillus ſemper conſentire poteſt, non vèrò naturaliter legaliter. Quomodo enim furioſus naturaliter & potentia habet rationem, & ſic ea uti & obligari poteſt, actu verò & legaliter ea uſus eſſe dicitur, ſi in rem ſuam contraxerit, *l. 46. de O. & A.* ita & pupillus, qui proximus furioſo, *d l 1. §. 13. de O. & A.* naturaliter conſentire poteſt, actu verò & legaliter conſenſiſſe præſumitur, ſi vel geſtionis bonitas, vel inſignis malitia id arguat. Et ex effectibus ſeu notis naturalis obligationis idem liquidò apparet, quæ ſunt, ſi actio detur, vel indebiti ſoluti ceſſet condictio. Sic ergò: ubicunque naturalis ſubeſt obligatio, ibi datur actio vel indebiti ceſſat repetitio, *l. 10. ff. eod.* At extra duos prædictos caſus neque in pupillum datur actio, nec ei indebiti ſoluti condictio denegatur. Ergò extra duos illos caſus naturaliter in jure noſtro non obligatur pupillus. Nec obeſt; quod civiliter debitum ſolutum etiam

iam pupillus repetat, §. *fin. quib. alien. lic. l. 29. de condict. indeb.* id enim fit, quia nihil alienare, neque ullam obligationem contrahere poteſt, *d.* §. *fin.* ut ſic *d.* §. noſtram ſententiam ſuſtineat. §. *præterea. Inſtit. quib. mod. toll. oblig.* eſt difficilis, in quo inquiunt, cum pupillus novarit, ſequitur eum fuiſſe obligatum: Omnis ſiquidem novatio præſupponit obligationem ſive naturalem ſive civilem, *l. 1. ff. de novat.* Alii dicunt, ibi præſupponendum, pupillum factum eſſe locupletiorem. At non ſine divinatione: & ſi pro libitu quid addere vel detrahere legibus licet, quodlibet ex quolibet efficietur, ut alibi ait Weſenbec. Nec vox *Inutilis*, vox *Nulla*, id patiuntur: nam eo in caſu, cum ipſi ex D. Pii reſcripto agnoſcant actionem, *l. 3. ff. commod. l. 5. ff. de autor. tut. l. 3. §. 4. ff. de neg. geſt.* quomodo poteſt dici inutilis vel nulla. Si excipias *Juſtin. in d.* §. *præterea* ad tempus, quod fuit ante D. Pium reſpexiſſe. §. *cumq; hoc proœm. Inſtit.* tibi reſpondebit. De delegatione ergò *d.* §. *præterea* cum Clariſs. Dn. Johan. Suevio accipio: ibi enim aliena accedit perſona: hæc verò ubi intervenit, delegatio eſt, *l. delegare 11. ff. de delegat. Cujac. in parat. C. de novat.* Titius ergo, quod

debet

 693

debet Cajus, à pupillo nullo jure Cajo obligato abſque tutoris autoritate ſtipulatur, & quidem, cum pupilli conditio non facta melior inutiliter. Inquies, ſic priorem debitorem non potuiſſe liberari, cum & delegatio ut ſpecies Novationis, cujus *d.l.* Althuſ. *1. J. R. c. 69.* ſemper aliam obligationem requirat. At cum creditor ſcire debuerit, *l. 19. de R. J.* pupillum ſine tutoris autoritate obligari non poſſe, *d. l. 9. d. l. 59.* & nihilominus eum admiſerit, & prior debitor liberatur & ſuſtinetur ex jure prætorio prior ſtipulatio. *l. 1. §. 1. de novat.* Nec audiendus Titius creditor allegans errorem. Is enim quia juris, *d. l. 9.* ei non prodeſt, *l. 1. de jur. & fact. ignor* Idem *d. §. præterea*, non decidit in ſervo: quia hic juris civilis, ut eſt ſtipulatio, eſt incapax, *l. 32. de R. J. §. 6. Inſtit. de inutil. ſtipul. Ad l. Stichum 95. §. à Titio 2. de ſolut.* Reſpond. *Ranchin. 3. variar. lect. 3. Gædd. de contra. ſtipul. c. 7. n. 253.* quod ſcilicet aditio hæreditatis, pro ſolutione cedat. Cujac. corrigit, *d. l. 95.* quod nõ placet Ranchin. *d. l. ſi. ex d. §. 2.* inſtes; ubi eſt creditum, ibi & dandum debitum ex natura relatorum. At *in d. §. 2.* ubi pupillus non factus locupletior, datur creditum. E. & debitum: & per conſequens

etiam

etiam danda obligatio : ubi enim debitio, ibi & obligatio. Dico id jure aditionis fieri, quod aliàs non ſubeſt ; aut (ſi hoc non placet) de facto vere in pupillo eſſe debitum (datum enim verè mutuum, hoc verò ubi, ibi & debitum & obligatio) id verò ut debitum ſit etiam civiliter, hoc eſt, legaliter, in jure noſtro regulariter non attendi. *vid. Gœdd. d. l. l. cum illud 25. §. 1. quando dies legat. ced.* Cujac, inferendo particulam *(Nec)* an ſatisfecerit dubito : nihilominus tamen correctionem illam [illegible]am *Borchol. c. 23. n. 42. de V. O.* placere v[illegible]o. Ipſa lex ſe explicat: diſtinguit enim inter tempus præſens, hoc eſt, vel teſtamenti vel mortis Teſtatoris, quo aliàs cedit legatum. *§. 2. & 20. infra de legat.* & hactenus, quia pupillus non factus locupletior, nullum eſt id legatum : & futurum, quo ſc. ex mutuo, quod in negociationem forſan contulit, locupletatur, & de hoc non eſt inutile : quæ cum benè Papinianus per exempla ibid. illuſtret, Solem face non illuſtro.

QVÆSTIO VI.

Ad l. diffamari 5. C. de ingenuis manumiſſis.

Qua

QVa de vide latè *Cagnol. in d. l. diffamari. Gail. 1 obſer. 9. 10. 11. 12. Mynſing. 5. obſ. 81 6: obſ 90. 3. obſ. 78. Boërium deciſ. 255. Blarer. in repetit. d. l. diffamari Matth. de Afflict. deciſ. 268. Fab. ad d. l. diffamari. Urſen conſil. 95 n. 6. Gylman. in proceſſ. Camer. & in votis p. 1. tit. 9. de conſtit. l. diffamari.* Eſt verò diffamare tacitè provocare ad judicem ordinarium ipſius rei poſt Alexand. *conſ.* 52. *vol. 2. Mynſ. d. obſ. 81.* beneficium. *l. diffamari*, eſt mihi partis adverſæ ad judicem meum (ſive Rei) ob inquietudinem factam vocitatio, ut aut contradictionem faciat, aut ab inquietudine deſiſtat. Clarius eſt actoris ad judicem rei ob inquietudinem factam vocitatio, ut aut contradictionem faciat, aut ab inquietudine deſiſtat, *text. in d. l 5.* Genus eſt vocitatio & habet fundamentum *in d. l. 5.* addo actoris, hoc eſt, diffamantis, quod intellige ex communi Dd. ſententia, quibus diffamans eſt actor, diffamatus verò reus, *Blarer. in ſumma dict. l diffamari. n. 14. Gail. 1. obſ 9. n. 7.* vel ratione cauſæ principalis, nec *l. diffamari. Gail. d. n. 7. Mynſ cent. 6. obſ. 90.* Nam licet communis ſit Dd. ſententia, diffamatum in proceſſu L. diffamari eſſe Reum non Actorem: diffamantem

contra Actorem, nec Reum, & ideo diffamati nec diffamantis etiam judicem velint adiri, *Blarer. d. l. & latè in c. 4. n. 3. & ſeqq. Mynſ. d. obſ. 90. Gail. d. obſ. 9. Anton. de Butrio in c. diligente. & c. ſi quis contra de foro compet. Alexand. conſ. 103. in c. conſideratis. l. 5.* tamen in contrarium eſt veritas, & quoad judicium Diffamari Actor eſt diffamatus & diffamans eſt Reus, *Panorm. in c. in præſentia. de probat. Boër. deciſ. 255.* Sunt enim hîc duo judicia, ſcilicet Diffamatorium, & deinde cauſæ principalis, ut ipſe *Gail* etiam *d. l. 1. obſ. 11. n. 2.* agnoſcit: in illo ergò Diffamatus eſt actor, Diffamans vero Reus: prior enim qui ad judicium provocat Actor, qui vocitatur, Reus eſt, *l. tribus. ff. de judic. c. forum. §. accuſator. de V. S. & Dd. vulgò.* In judicio diffamatorio verò prius diffamatus partem adverſam, hoc eſt, diffamantem vocitat ad Præſidem, & vocatur diffamans, *text. in d. l. 5. Gylman. in Proceſſ. Camer. tit. 33.* Nec tamen quia Actor Rei forum ſequitur, & judicium diffamatorium coram judice diffamantis & non diffamati fuit inſtituendũ, ut opinantur *in l. criminali. n. 3. C. de juriſdict. om. jud. Caſtr. in cap. in præſentia de probat. Panor. in deciſ. 268. Matth. de Afflict.*

Nam

Nam cum diffamans prius de re aliqua diffamatum traduxerit errore ſive malitia, *d. l. 5.* videtur tacitè diffamati elegiſſe judicem. (diffamare enim tacitè provocare ad judicem ordinarium, eſſe Mynſ. & Alexand. diximus) & id, de quo eum traduxit, coram illo perſequi voluiſſe: quomodo cum tacitè in eum conſenſerit, ibi conventus nullam patitur injuriam, vide quæ diſputat Gail. *d. obſ 9. à n 7.* facit, quod judicium diffamatorium ſit acceſſorium judicii principalis. Ob hoc enim & ab hoc id eſt, *arg. d. l. 5. Gail. d n 7. Mynſing. d. obſer. 81. obſ. 90.* acceſſorium verò principale ſequi notum, *c. acceſſorium. de R. J. in 6. quo de vid. Hippol. de Marſil. in ſingul. 17.* In cauſæ principalis verò actor eſt diffamans, diffamatus Reus, traductione enim rei diffamans prius ad judicem tacitè provocat: hic verò Actor non Reus eſt, *d. l. in tribus d. c. forus. vide Gail. d. l* Et ſic ſatisfecimus etiam verbis in definitione noſtra ad judicem Rei. Subjicitur ob inquietudinem, ut indicem judicium hoc ortum & ſecundum, nec primum & principale eſſe. Non addo ſtatus (ut reſtringitur *in d. l. 5.*) vel criminis etiam, ut notem moribus judicium diffamari, latiſſimum eſſe, & in omni

genere cauſarum tàm civilium quàm criminalium habere locum, *Blarer. d. l. c. 1. n. 5. & c. 2. n. 2. Gail. d. obſ. 9. Mynſ. d. centur. 5. obſ. 81. Boër. deciſ. 255.* quomodo ſi quis quempiam de ſtatu ſuo, pro ingenuitate, nobilitate, familia, ætate, fama, infamia, debito, poſſeſſione &c. traducat, implorato judicis officio petere poteſt citari diffamantem, & de jure ſuo intra certum terminum docere ſub comminatione, ſi non compareat, quod amplius non ſit audiendus, & perpetuum ſilentium ipſi ſit impoſitum. *Gylman. in proceſſ. Camer. tit. 33. Pacian. de probat. l. 1. c. 55. n. 24.* & ſic remedium *L. diffamari* & in perſonalibus ac realibus, petitorio & poſſeſſorio ac delictis habebit locum, *Gail. cum pluribus allegat. d. obſ. 9. in fin. n. 2. Mynſ. d. l.* Non obeſt, quod hoc remedium extraordinarium ſit, *part. 3. Ordin. Cam. tit. 3. Gail. d. obſ. 9. Gylm in proceſſ. Camer. t. 9.* & ideo præſente Ordinario, non uſurpandum, *arg. l. in cauſa ubi Dd. ff. de minorib.* Nam illud Dd. Procur. nō deveniendum eſſe ad extraordinarium, ubi ordinarium ſuppetit: limitandum; niſi extraordinarinm ſit plenius, brevius, & expeditius ac magis utile, ibi enim extraordinarium cum ordinario concurrit electivè non

vè non cumulativè etiam, *Zaſius in reſponſ. ſingul. c. 20. l. 1.* Et licet ratione proceſſus, Weil *in l. diffamari* nicht ordentlicher weiſe wie *in ordinariis cauſis* gehandelt wird/ *Gylman. in tit. de Conſtitut. l. diffamari*, judicium *ex d. l. diffamari* extraordinarium ſit, *d. art. 3.* non tamen ob id ſequitur, quod ut plenius & brevius *Zaſ. d. l.* ac condictio ex *L. arg. l. un. de condict. ex l. Blarer. d. c. 1. n. 5.* cum alia actione ordinaria electivè concurrere nõ queat, hocq; non cõcedere velle, eſt experientiæ & communi voto ſe opponere, ut liquet ex notatis à *Blarer. Gail. d. obſ. 9. Mynſ. dd. ll.* Quod verò de poſſeſſorio etiam diximus, id fallit, ſi diffamans poſſideat, & ratione illius poſſeſſionis diffamatum nullum in re à ſe poſſeſſa jus habere dicat, nec etiam diffamatus, *Boër. d. deciſ. 255. n. 10. Weſenbec. conſ. 96.* in dubio enim ſemper potior cauſa eſt poſſidentis, & quiſq; jure dominii poſſidere præſumitur, ut iniquum ſit, ipſi commodum poſſeſſionis, ac ſi non poſſideat, eripi, eumq; onere probandi contra leges gravari. *vid. Contard. c. 4. n. 19.* In Camera tamen judicium diffamatorium reſtringitur ad cauſas fractæ pacis injuriarum & ſimilium, *p. 2. ordin. Camer. art. 25. in verbis :* Demnach

 ſetzen

ſetzen vnd ordnen wir / daß *Lex diffamari* an dem Cammergericht verſtanden vnnd gebraucht werden ſoll in friedbrüchtigen Schmach vnd andern dergleichen Sachen / *Gail. d. c. 9 Mynſ. d. obſ. 81. centur. 5.* ut etiam in judiciis provincialibus ad cives tantùm ne forſan per indirectum cauſæ criminales ad curiam devolvantur contra receptam conſuetudinem, id quod eſt verum in Camera, *Gail. 1. obſervat. 10. in fin.* Tandem in definitione appone verba: ut aut contradictionem faciat, aut ab inquietudine deſiſtat, quibus ad finem judicii diffamatorii alludo, qui disjunctivus eſt: non enim præcisè diffamans cogitur agere: (ut ſic nec in L. diffamari, fallat regula: Invitus nemo agere cogitur) ſed habet electionem, ut aut ſi defenſionibus ſuis confidat, *d. l. 5.* agat, aut de æterno taceat: id quod & ex formula ſupplicationis pro citatione ex L. diffamari, quæ talis eſſe poteſt: Iſt Anwalds vnterthenige Bitt vnd rechtlich Anruffen / ſeinem Principaln / wider A. diffamantem vmb die Reichs *Conſtitution. ex L. diffamari citationem in communi forma* mit zutheilen / zu hören / daß ihm der vermeynten Sprüch / Förderung etc. nach / in Rechten vorzubringen / ein benanter Termin ange-

angeſetzet / oder im fall ob ſie ſolches nicht theten / als dann dero darüber ein ewig Still ſchweigen mit Recht vnd vrtheil aufgelegt werde etc. & ſententiæ, ut, daß Beklagten dieſer Sachen halben ein ewig Stillſchweigen auffzulegen / als wir jhme hiermit auff legen etc. liquet, ut videre eſt latiſs. apud Gylman. *d. l. Gail. 1. obſ. 12.* ut ſic intentio omnis hic ſit, aut ad contradictionem aut ad ſilentium. Sequitur proceſſus judicii diffamatorii. Cum verò is ſine ſupplicatione non detur, de hac prius quid monendum. Quæ verò libellus continere debeat, habes, apud Gylman. *d. tit. 9. Mynſing. d. d. obſervat. 81.* ut & varias ejus formulas apud eundem Gylman. *d. l.* An verò duo libelli ſint neceſſarii, unus pro præfigendo termino ad dicendam cauſam, & alter elapſo termino, nec comparente diffamante ad indicendum ſilentium perpetuum, Ein ewig Stillſchweigen auffzulegen / habes apud Fabrum *ad d. l. diffamari. n. 2. Blarer. d. c. 5* Praxis cumulat in uno libello petitionem termini cum comminatione ſilentii perpetui, *arg. d. l 5.* quæ clarè fundata *in d. art. 25. l. 2. Ord. Cam. in verbis:* Eine genante zeit ſeine Klag vorzubringen / mit dem Anhang / wann er das nicht thete / daß

ihm ein ewig Stillſchweigen auffgelegt ſeyn ſoll/ angeſetzt etc. qualiter & ſupplicationes concipi ſolent, ut videbis apud *Gylman. d. l.* Citationem verò judex non decernat niſi de diffamatione conſtet, *d. art. 25. in verbis.* Daß auch Cammerrichter vndt Beyſitzer / ehe vnd zuvor ſie ſolchen Proceß erkeñen/ der diffamation halben/ durch ſchrifftliche oder andere gleubliche vrkund vnd Anzeig informiert vnd bericht ſein etc. Et cũ hîc præjudicium cauſæ totius verſetur, diffamans ſub pœna ſilentii & amiſſione juris ſui citetur, ac diffamatio fundamentum ſit hujus judicii, *d. art. 25. Didacus l. 1. c. 38. variar. reſolut. Gylman. d. l. Gail. d. l.* ita rectiſſimè. Commodè verò diffamationem probabit diffamatus ſupplicans per documenta, literas, teſtes vel alias probationes, Durch ſchrifftliche oder andere gebürliche Vhrkunden vnd Anzeig/ *d. art. 25.* quibus judicem de diffamatione informet, *d. ar. 25.* & abſq; illa diffamationis cognitione proceſſus ex l. diffamari non concedendi. Reviſores Cameræ, Daß Cammerrichter vnd Beyſitzer in hinfürder keinẽ Proceß *ex l. diffamari* anders wan aus Grund der gemeinen

meinen Rechten / *ut aliqua cauſa cognitione*, ſolcher Diffamation halben erkennen vnd ausgehen laſſen. Reichs Abſchied zu Regenſpurg Anno 32. *vide Bartol. in l. vitia ff. de accuſat. Salicet in l. noſt. diffamari. Boër. d. deciſ. 255. Blarer. c. 1. Gail. 1. obſerv. 10.* Qui ſtylus Cameralium an etiam in judiciis inferioribus obſervetur neſcio: ita quidem debebant, cum ob d. Conſtitutionem imperii *d. l. 5. d art. 25.* de Receſſu Anno 32. tum ne levi & ludicra de cauſa proceſſus *ex l. diffamari* decernantur. Quid verò ſi de facto Judex imperitus absq; cauſæ cognitione diffamato citationem decernat. *Boër. deciſ. 255. n. 8.* vult eſſe appellandum. Blarer. ait. ſi ex tenore citationis conſter, eam factam abſq; diffamationis cognitione, ohne ſchrifftliche oder andere gleubliche Vhrkund vnd Anzeig / intra terminum præfixum adeundum judicem, & ab inſtantia liberationem petendam, *arg. l. 2. ff. ſi quis in jus voc. non.* Hæ equidem cautelæ non nocent & forſan in Electoratu Saxonico neceſſariæ: ſed in terris imperii citatio illa non arctat: eſt quippe nulla, *d. art. 25. l. 5. C. de legib.* & ideo Proteſtans de nullitate aget. Ubi verò

 Sup-

Google

Supplicans diffamationem probavit, in citatione judex terminum certum, intra quem Diffamans traductionem ſuam perſequatur, præfigat, Soll eine genante zeit ſeine klage vorzubringen angeſetzt werden/ *d. art. 25. Boër. decis. 255. n.* 8. qui tamen non debet eſſe nimium anguſtus, *Boërius d. l.* alias ſecus ſi fiat, appellandum, *Boër. d l.* An peremtoriè citatio hæc fieri poſſit, quæſtionis eſt? An Protonotarii inter judicium hoc diffamatorium & alia in formandis citationibus diſcrimen obſervent, neſcio. Sanè *ex conſtitutione L. diffamari* id non licet, & ad primam citationem non comparente Diffamante reo, ſemper à Judice petenda citatio ſecunda, ſub comminatione ſilentii perpetui, *Gylman. d. art. 33.* & ideo ſi maximè Diffamatus petat Diffamanti in prima citatione contumaci ſilentium perpetuum imponi, Man ſoll jhme ein ewig Stillſchweigen aufflegen / non auditur, ſed per interlocutionem pronunciandum. Do kleger wider Beklagten ferner/ wie ſichs gebürt/ handeln wolle daß er jhn/ wie recht/ darzu citiren laſſen ſolle. Et certè fruſtra peremtoriè citatur: Impunè enim primum terminum ſpernit, & ſi contumax non imponitur ſilentium, *Gail. 1. obſer. 12.*

Gylman.

Gylman. d. art. 33. ſed denuò petitur citari annexâ comminatione ſilentii perpetui, *arg. d. l. 5. d. art. 25. Gylman. d. l. Gail. d. obſ. 12.* ut ità fruſtrà ſimus contra ll. eum ſi ita arctemus. Cujus doctrinæ bonam rationem habes apud Gail. *d. obſer. 12. n. 5.* Et hæc forſan veriſſima ex ſententia Dd. *Blarer. c. 6. n. 122 & d. c. 6. n. 5. & 6. Gail. d. obſ. 12. n. 4. cum* allegat & de conſtitutione *d. l. diffamari 5.* an etiam de ordinatione Cameræ neſcio. videtur enim aut 25. velle ut aut ad præfixum terminum diffamans cõpareat, aut ſilentium perpetuum patiatur abſq; ulla nova citatione: quia tamen & prior ſententia æqua, *Gail. d. l. & in d. l. 5.* fundata ac minimè mutanda, quæ interpretationem certam ſemper habuerunt, ab ea non recederem. Quin verò & per edictum citatio hæc fieri poſſit neceſſitate urgente, puta ſi incerti citandi, ſi plures, ſi non habent domicilium clarum, ex iis, quæ habet Dom. Gylmannus *dict. tit. 9.* ubi itidem tradit, quod propter unius, aut aliquorum diffamationem generale iudicium contra omnes cæteros contradicere volentes, remedio *d. L. diffamari* intentari poſſit à n. 10. Ad citationem autem legitimè factam diffamatus, aut comparet,

paret, aut non comparet. Si non comparet in primo termino, non punitur, facit enim hoc permittere lege, *dict. l. nu. 5. argum. dict. artic. 25. Blarer. dict. l.* ſed Diffamatus, demum eum citari curat ſub comminatione ſilentii perpetui, Wird jhm ein Tag vor einen endlichen Gerichtstag vnd alſo *peremptoriè* angeſetzt vnd ernennet/ſeine Klage anzubringen mit dieſem Anhang/, wenn er das nicht thete/ daß jhm ein ewig Stillſchweigen aufferlegt ſeyn ſoll etc. Dd. vulgò, ad quā ſi adhuc diffamatus non comparet, accuſata ejus contumacia pronunciatur, Daß Beklagten ſolcher Sachen halben ein ewig Stillſchweigen auffzulegen / als wir jhme ſolches hiermit aufflegen/darzu die Gerichtskoſten nach richtlicher Ermeſſigung jhme dem Kläger zu entrichten etc. *vid. Gail. prædict. loc.* Si comparet, ſcilicet in primo ſive in ſecundo termino refert, an̄ neget ſe diffamaſſe, an verò affirmet vel convincatur. Sin negat, & diffamatus deficit documentis, Diffamans liberatur ab inſtantia cum refutatione expenſarum, Vnnd mus jhm der Kläger die

die Gerichtskoſten wieder erſtatten / Sin verò affirmat vel etiam convincitur, expirat judicium diffamatorium, & certus terminus ad judicium ordinarium præfigitur. Nus Beklagter ſeine Klage vnd Zuſpruch vff künfftigen Termin rechtlich (ſi idem ſcilic. ſit forum & cauſæ principalis) einbringen vnd ausführen / in Verbleibung deſſen / jhme als denn hiermit ein ewig Stillſchweigen aufferleget ſeyn ſolle etc. In noſtris terris forſan hic proceſſus non attenditur, ſed ſecundum ſtylum Curiæ, h. e. ut non comparens in primo termino condemnetur in juſtum impedimentum, Daß Kläger Beklagten biß auff Ehehafft erſtanden vnd erlanget / & ſi nec in ſecundo, daß er Kläger Beklagten biß auff die Hülffe erſtanden / quo de vide *Zobel. p. 1. differ. 15. 16. &c.* proceditur, an benè, dubito. Hoc certum judicium hoc diffamatorium plura habere ſingularia & proceſſui Saxonico ferè contraria, ut non immeritò quis dubitet, an ſecundum hunc in illo procedi queat. Nam 1. in judicio *ex L. diffamari* non decernitur proceſſus, niſi ſummaria cauſæ præceſſerit cognitio, *d. art. 25. p. 2, Ord. Cam. Receſſ. Ratiſb.*

Ratiſb. Anno 32. Gylman. Gail. d. l. 2. Terminus non poteſt eſſe peremptorius ex dictis. 3. Impunè in primo termino Diffamans non comparet, *d. art. 25. & l num. 5.* 4. Nec in ſecundo comparens juſtum allegat impedimentum: in ejus enim arbitrio prima fuit citatio, *arg. d. l. 5. Gylman. d. t. 9.* 5. Exceptio hîc non fit in pecunia aut corpore, aut ſolutione, aut recantatione &c. ſed præſtatione ſilentis, *d. l. 5. d. art. 25. Gylman. d. t. 9. Gail. d obſerv. 12.* quod ſi non teneat judex illum cogit, ac immorigerum pró qualitate diffamationis carcere, proſcriptione, relegatione punit, nullâ habitâ primi & ſecundi decreti ratione. 6. Executorialibus hîc non eſt opus, ſed præſumitur Diffamans ſententiæ parere, donec probetur contrarium, ac refractarius punitur, *Blarer.* 7. Invitus quaſi quis hîc agere cogitur, quæ & alia plura cum diverſa à ſtylo Curiarum non erit hîc in judicio diffamatorio obſervandus. Jure Saxonico Reus non condemnatur in die Ehehafft/ niſi trina vel una peremtoria citatio præceſſerit, *Zobel. art. 49. lib. 3. & art. 24. l. 2.* At verò Diffamans peremtoriè citari non poteſt, & ſi maximè fiat pro voluntate comparere, vel non impune poteſt, *d. l.*

diffa-

diffamari. E. nec diffamator condemnatur in die Ehehafft / & ob hanc ipſam cauſam nec poteſt condemnari biß auff die Hülffe. Semper enim duæ ſunt neceſſariæ citationes, *d. l. 5. Gail. Gylman. d. l.* facit, quod proceſſus actioni famulatur, nec proceſſui actio, ob hanc enim is eſt: ut ſic non ſimus inconſiderati, ſi ſpreto ſtylo Curiæ ſecundum Conſtitutionem *d. l. diffamari.* quam & Camera & communis Dd. ſententia alit, in judicio diffamatorio procedamus.

QVÆSTIO VII. ET VIII.

Ad Conſtitutionem religionis Anno 1555. zu Augſpurg auffgericht.

IN ſuperiori quadam Decuria ſcio me hac de re quid egiſſe, jam illam telam pertexam: verùm paucis. Quæro ergò, num & Calviniani ſint hac conſtitutione comprehenſi, ejusq; beneficiis gaudeant? De Proteſtantibus & Pontificiis hoc expeditum, per totam Conſtit. Religion. in tantum; ut ſoli includantur, aliis excluſis, *text. in* §. Doch ſollen alle andere / ſo obgemelter beyden Religionen nicht anhengig/ in dieſen Frieden nicht gemeynt / ſondern gentzlich ausgeſchloſſen ſeyn/ *d. conſtit. Relig. Anno 55.* De Calvinianis ergò quæſtio non

levis

ſevis. Jam liceat pro hiſce diſputare. Affirmant hoc cum aliis Wolffius & Franciſcus Burgkhard. olim Cancellar. Colonienſis Archiepiſc in libello Jeſuitico de Autonomia, von Freyſtellung mehrerley Religion vnd Glauben. Verum ut in illius teſtimonio non eſt acquieſcendum, teſtis enim in cauſa propria eſt; ita non video, cur ab hujus ſit recedendum: Pontificius enim cum ſit, non præſumitur in favorem & gratiam Calvinianorum mentiri, hocq; ipſum clarius patebit ex dicendis. Solus §. Doch ſollen alle andere ſo der beyden nicht anhengig/ nicht gemeynet / ſondern gentzlich ausgeſchloſſen ſeyn / *d. Receſſ. anno 55.* & §. Auff daß aber in mitler zeit / in fin. in verbis: daß ſolcher Secten etc. ſo ſich von beyden der alten Religion vnd Augſpurgiſchen Confeſſion abſondern oder derſelben zuwider ſeyn / vermög Religions Frieden kein gelitten noch gedultet / ſondern allenthalben der Gebür vnd dem Religion Frieden gemes/gentzlich abgeſchafft werden/ Reichs Abſchied zu Wormbs Anno 1556. auffgericht/ difficultatem faciunt, & negativam non leviter videntur ſuſtinere At non eſt, ut iis moveamur. Sub Auguſtanis enim Calvinianos in *d.* §. Doch ſollen / & §. Auff daß aber/ cõprehen-

prehendo, quomodo illis incluſis & hi cō-tinebuntur. Dices hos ab illis in articulis fidei diſſentire, illis contrariari. Et ideo ſub iis non poſſe comprehendi, urgent verba *d* §. Auff daß aber / *in verbis:* Oder denſelbigen zu wieder ſein. Verum & hunc §. Auff daß aber / de non comprehenſis accipio. 2. Calviniani quidem in multis à nobis diſſentiunt, attamen non in omnibus. 3. Non ſunt quidem fratres Auguſtanæ confeſſionis confeſſione & ſecundum veritatem ac eſſe, attamen ſecundum opinionem 4. dici: Et ſufficiat nobis, quod in Comitiis Auguſtanis, ubi facta conſtitutio religionis Anno 55. & repetita Anno 66. Wormatiæ ſeſe aliis junxerint in iisq; ſeſſionem & electorium habuerint. An formulæ ſubſcripſerint, neſcio, nec ulterius in hæc inquiro, rem ipſam tamen altius ago. Sic ergò de quibus Imperator & ſtatus imperii cum Friderico III. Palatino in Comitiis Auguſtanis Anno 55. & Wormatiæ Anno 66. factis convenerunt; & hic cum illis: ea pertinent etiam ad Fridericum, cum enim jus ſeſſuræ, votandi ſive ſuffragandi cum aliis Electoribus habuerit, arg. eorum, quæ habet Paurmeiſter *l. 1. c. 6. de jurisdict. Knichen. Ducum verbo, c. 2. n. 1. de*

 Saxon.

Google

Saxon. non provand. jure Ruland. l. 5. c. 4. Sleidan. l. 1. circa fin. paſſim in aurea Bulla & Receſſib. omnibus &c. quis de hoc dubitet? At verò de pace Religionis, de benefic. emigrandi, de mutanda religione, de non turbanda &c. & aliis in iis Imperator & cæteri Status cum d. Frider. convenerūt; & hic viciſſim cum illis. E. aliàs enim claudicaret contractus. Minor probatur §. vnd nach dem eine Vergleichung/ § In ſolcher fürgezogenen *& in fin. d. Receſſ. Anno 55.* Et ne Fridericum exceptum putes, facit cathalogus Statuum *in Receſſu Anno 66.* ſub finem appoſitus, ubi nominatur Fridericus Tertius Elector Palatin & interfuit etiam religioſæ pacificationi, & ſic cum aliis Electorium ſuffragium habuerit, quomodo nòn incluſus. Idem arguit princip *in d. receſſu Anno 66.* Wormatiæ celebrato in verbis: Haben wir vns mit allen Ahnweſenden verglichen. At verò & præſens fuit Fridericus Palatinus. E. Quia verò non nominatim Calviniani ibi ſunt expreſſi, eos includo ſub Auguſtanæ confeſs. ſociis, non quod verè tales ſint, ſed quia iis ſe junxerint, quod ſuadet §. vnd nach dem *d Receſſ. 66, in verbis:* So der Augſpurgiſchen Confeſſion anhengig vnd verwandt.

An

An Dominus Auguſtanæ confeſsionis, Vaſallos Pontificios vel ut Auguſtanam Religionem amplectantur, vel emigrent, cogere poſsit? quæritur. Neſcio, an ſuprà hac de re egerim. Potior tamen negativa. Conſtitutio noſtra equidem nominatim vaſallorum Feudorumq; non fecit mentionem attamen tacitè, §. In ſolchen Frieden ubi ſub Nobilibus Vaſallos includo, *d. Receſſ. 55. & clarius in* §. In ſolchen vorgezogenen etc. ibi, Daß die ſtände und unterthanen etc. Et cum non cadat Feudo vitam temporalem Domini ſaluti præferendo, *c. unic. de form. fidel. c. un. de nova forma fidel. Feudiſtæ vulgò.* multò minus ſi propriam animæ ſalutem Domini: hæc enim quibuscunq; etiam pretioſiſsimis rebus anteferenda, *l. ſancimus. in fin. C. de SS. Eccleſ. vid. And. de Iſermia in c. un. quib. mod. feud. amit.* Quid verò ſentiendum de Inquiſitione Hiſpanica? Illa eſt contra omnia jura, omnemq; humanitatem. Chriſtus noluit zizania extirpari, ſed unà cum tritico creſcere juſsit. Piè Heinricus III. Franciæ Rex ſuadentibus hanc animarum carnificinā: Corpus potius languidum volo, quàm totum mortuum, non cogam conſcientias ſubditorum, modò corporis præſtiterint

officia; reſpondebat: Non pejus Veneti Pontifici eandem obtrudenti: Velle ſe in religione peccantes, punire: ſed non Hiſpanorum more. Et ſanè religio neceſsitatis quæ eſt, mihi religio non eſt. Quid de Judæis, an illi pacificatione comprehenſi: Omninò non d. §. Doch ſollen alle andere. Tolerandi tamen ex ordinatione politiæ, ſi modò pacificè vivant, nec venenum ſuũ diſſeminent. *Oldradus conſ. 87. & conſil. 264.* & aliàs præſcriptum uſurarum modum non excedant. Policeyordnung *de anno 1530. tit.* von Jüden vnd jhrem Wucher. *& tit* von Jüden vnd jhren Kleidern. *Receſſu item anno 1577. tit. 20. Aurea Bulla Caroli IV. tit. 9. vid. tot. tit. C. de Judæis, ibiq; Sichard. Azon & Dd.* An verò aut cogendi, ut ſtatutis diebus verbum Dei purum in templis Auguſtanorum vel Pontificiorum audiant, controverti video? Diſtinguerem hîc inter ſuaſionem, admonitionem, & inter coactionem. De illa conceſſerim, & hoc concludunt etiam affirmantium argumenta. Magiſtratus enim eſt, ſubditos in territorio ſuo commonefacere de religione, *l. 3. C. de ſumma Trinit.* Roman. II. verſ. 25. & 26. De hac negarim.

Exor-

Ex ordinatione enim Politiæ habent his in terris ſalvum conductum, *dd. Receſſib. ut & tot. tit. C. de Judæis*, qui igitur cogendi vel vexandi, Status imperii enim cum domicilia eis concedant, etiam in religionem eorum conſentiunt, arg. eorum, quæ habet Cicero alibi & Ariſt. in libro de cœlo. Admonendi tamen ſunt ſæpius: idq́; non fuit ſæpius ſine fructu. *Græveus l. 2. com. 5. in coron. miſcel. n. 8.* non cogendi: pietatis enim ara armis inimica Lactan. Religio nō vi, non injuriâ cogi poteſt, verbis agendum, non verberibus, argumentis, non armentis: delubris & ludibriis eorum non credimus, ſicut nec ſævientibus quidem cedimus. *Lanctant. lib. 5. c. 20.*

Non eſt etiam conſtitutio Religionis per cōcilium Tridentinum ſublata, *Chemnit. in illo Receß. Imperij de anno 1532. in §.* Haben wir angeſehen / Receſſu anno 1541. §. vnd dieweil. §. vnd nachdem vnſer Begird / Receſs. anno 1555. §. vnd damit. §. vnd nachdem. & in fin. Wo dann ſolche vergleichung / durch wege des general concilium national verſamlung / Colloquien oder Reichshandlung nicht erfolgen würde / ſoll dieſer Friedſtand ſtehen vnd bleiben / & Receſſu de anno 1564. §. vnd nach dem / in fin.

Wir wollen / es erfolge die viel gemelte Religions vergleichung vber kurtz oder lang / oder aber (welchs nicht zu verhoffen) zumal nicht / das nichts weniger obgemelter Religion vnd Landfrieden etc. in allen ſeinen kräfften beſtendig bleiben / auch ſtet / feſt / vnd vnverbrüchlich gehalten etc. Facit, quod concilium id non fuerit Chriſtianum, ut requiritur tamen in Conſtit de anno 1529. §. vnd anfenglich de anno 1532. §. vnd wiewol. de anno 1542. §. Ob aber & de anno 1557. §. Als nun dieſelbigen. nec liberum contra dd. conſtitut. Schleidan. l. 22. nec generale, Schleid. l, 25. Non urget, quaſi libertas Chriſtiana non ſit licita, deq; ea paciſci non queamus, ut videb. apud. Waremund. ab Erenberg. in medit. pro fœder. L. 2. c 1. Johan. Gerhard. in Diſput. polit. final. Impium & abominandum eſt: Hoſti fidem non eſſe ſervandam, *per c. noli ſi fides. 23. q. 1. l. 2. de captiv. & poſt limin. Bodin. 5. de Repub. c. 6 Franc. Patrit. 8. de reg. c. 10. circa princip. Peck. in c. mutare. conſ. n. 5. de R. J.* aliud viſum Joſuæ, *Joſ. c. 9.* Carolo V. *Schleid. l. 3.* Juſto Lipſio *2. Polit. 14.* Non prius etiam fidem fregerunt Proteſtantes, quando concilio non interfuerunt nam pater cauſas allatas pontifex non habuit

buit jus Concilii, *Geſner. l. 3. de concil. contrà Bellarmin. cap. 12. 13. Paul. 2. Corinth. 6.* Benè Beuſt:

Aula decet Reges, Chriſti decet arma miniſtros.

Regum cũ Chriſto non habet orbis idem.

An Imperator poſſit Conſtitutionem illam abrogare, quæri poteſt? Solus non poteſt, nihil enim tàm naturale, quàm unumquodq; eo modo tolli, quo eſt colligatum. *l. nihil. de R. J.* At verò Imperator ſolus Conſtitutionem Religionis non fecit, ſed ipſe cum omnibus Statibus *d. Conſtit. Relig. de anno 1555. & de anno 1566.* Nec etiam contra pacta, contra fidem & juramenta venire debemus, *d. c. noli. l. 1. ff de pact. l. 2. de captiv. & poſtlim. tot. tit. de jurejur.* At verò Imperator in LL. imperii, ut ſic & in Conſtitutionem Religionis, quod illas velit ſervare, tueri &c. jurare cogitur, *Schleidan. l. 1. circa fin.* E. Aliud forſan dicendum communi conſenſu, ab illa ſi recedebatur, *arg. d. l. illud.*

An cum Camera Imperator vel ejus aula in cauſis Religionis concurrat, acriter controvertitur? Viſum Autoribus **der beſtendigen** Information facti & juris, **der Donawertiſchen Relation.** *Ludolph. Schra-*

der. de feud. Tom. 2. c. 12. concl. 1. Imperatorem cum Camera non concurrere. Contrarium probatur Autoribus Der Donawertiſchen Relation/ *Juſto Springero ad Cõſtit. Relig. c. 14.* & hoc veriùs, ſi & ad Conſtitutionem Religionis, & ad Ordinationem Cameræ reſpicio. Sic E. ubicunq; eſt prȩventio, ibi & juriſdictio. At Imperator & ejus aula des Reichs Hoffraht ſæpius in cauſis Religionis Cameram prævenit, Reichwein *in formul. p. 216. & 217. & Vot. Camer. p. 304.* E. Qui idem notat, Camerales cauſam Religionis ad Imperatorem remiſiſſe: remiſſio verò fori competentiam arguit. *Formul. p. 301. 303.* Urgeo §. Wir wollen. Receſs. imperii de anno 55. & ibid. Wie wir dann als Römiſcher Keyſer/ vnnd das Oberheupt im heiligen Reich menniglichen auch bey ſolcher Religion vnnd gemeinen Frieden/ vnſerm tragenden Keyſerlichem Ampt gemes/ zu ſchützen vnd zu handhaben/ ſo viel jmmer menſchlich vnd müglich etc. cum quo ferè incidit §. Wir wollen auch vnſer Cammerrichter etc. Receſſu de anno 1566. in fin. Wie wir dann als Römiſcher Keyſer; in quibus §§. fundat quidem juriſdictionem Cameræ in Conſtitut. Relig. interim ſibi etiam eandem reſervat.

Et verba in eis cum ſint imperativa, judicialia, Als dran ſeyn/ handhaben/ ſchützen/ non poſſunt accipi de conſilio & adhortatione Imperatoris, Als ſol er ſie erinnern/ anmahnen: Et particula ETIAM, Auch/ in *d.* §. Wie wir dann menniglichen auch bey ſolchen / quæ multiplicativa ſeu implicativa, *Bart. in l. 1. C. etiam per procurat. cauſſ. in integr. reſtitut. & in l. ſuus ff. de hæred. inſtit. Gœdd. in l. 99. in pr. n. 6. ff. de V. O. Giphan. in l. ſancimus 39. nu. 26 C de donat.* manifeſtè concurrentiam jurisdictionis cum Camera fundat. Et frivolum eſt, Cameræ ab Imperatore & Statibus conceſſa jurisdictio in cauſis Religionis. E. abdicativè: non enim in plenitudinem poteſtatis, ſed partem laboris & ſollicitudinis id factum, *Heigius p. 1. q. 9.* & in dubio cumulativè quoad concedentem intelligitur conceſſa, *Natta conſ. 987 n. 24. Muſcorn de juriſdict. n. 34. Duar. ad l. 24. § ſi quis 2 ff. legat. 1. Cagnol. ad l. 2. num. 190. de O. I. Surd. conſ. 210. n. 56.* non privativè. Nec quod habent eam ex contractu vel conventione, *tit. 1. p. 1. Ord. Cam. d.* §. Wir wollen. aliud dicendum: apud me enim verum non eſt: conceſſa jurisdictio per contractum. E. privativè, ut exemplo Electorum alibi illu-

 ſtro.

ſtro. Quin tamen ea privativè concedi poſſit, non dubito: an verò id in dubio præſumendum neſcio. Certè hîc id non poteſt fieri, cum Imperator ſe ſatis explicavit in reſponſo Anno 601. 20. Auguſti, & 607. 2. Auguſti ad ſupplicationem Statuum in verbis: Daß ihre Keyſ. Majeſt. niemand geſtatten oder einreumen können / wann im Römiſchen Reich vber den auffgerichten Religionfried zwiſchen den Ständen ſtreit fürfallen / daß einem Römiſchen Keyſer die cognition oder deciſion benommen / vnnd allein ans Cammergericht gehöre / ſondern daß vielmehr ihre Keyſ. Majeſt. vnnd dero hochgeehrte Vorfahren / jederzeit ſo ein Theil vmb Hülffe angeruffen / darin gebürenden Außſchlag gegeben vnd noch zu geben befugt: Gedencken auch nicht / ihr vnnd ihren Nachfahren am Reich zu Verkleinerung vnnd Nachtheil davon zu weichen etc. Id non ſtringit: reſervavit ſibi Imperator Regalia, cauſam fractæ pacis. E. non alias, ut ſuprà oſtendi. Attendendum enim, quomodo ſibi illa reſervarit, non ſcilicet quaſi aliis ſe abdicarit, ſed ne Camera in illis etiam cognoſcat. Alia illorum argumenta probant, fundatam eſſe juriſdictionem in cauſis Religionis: inde verò malè ſubſu-
mis.

mis. E. non etiam juriſdictio Imperatoris: benè enim hæ cumulari poſſunt: ut ſic fiat petitio principii. Aliis ſatisfactũ in Quæſt. An Imperator in juriſdictione cum Camera concurrat.

QVÆSTIO IX. ET X.

An filiofamilias Feudi dati uſusfructus acquiritur patri?

SUprà hac de Quæſt. me acturum dixi: dicto ergò jam ſtabo. Ita verò voluit *poſt Bald. in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. Sonſuer. p. 7. n. 8. de Feud. Fachin. 7. controv. 77. & alii.* Ratio illorum ſtrictiſſima ſecundum Curtium juniorem, *part 3. in 2. membr. n. 46. de Feudis*, eſt. Quoties caſus in jure Feudali non deciſus, ſtandum diſpoſitioni juris communis *2. F. 1. arg. c. un. quæ fuit prima cauſ. benef. amit. 2. F. 24.* At verò caſus hic cui acquiratur uſusfructus feudi conceſſi filio, non eſt in jure feudali deciſus. E. At verò de jure communi pater in liberis conceſſis habet uſumfructum, *l. 1. C. de bon. matern. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber. t. per quas perſon. nob. acquiritur.* Verum ſtrictiſſimum hoc argumentum, ut ait *Curt. d. l.* nos non ſtringit, hocq; contra

ejus

ejus autores ita ſtringimus. Quoties caſus feudalis in jure feudali deciſus, toties ejus diſpoſitioni ſtandum, nō juris communis, *d. c. un. de feud. cognit. 2. F. 1.* At verò hic noſter caſus in eo deciſus, *2. F. 23. in fin.* ubi in conceſſione Feudi dominium, manet penes dominum concedentem, uſusfructus verò tranſit ad Vaſallum. Vaſallus verò hîc eſt filius, non pater. E. filio nec patri cedet uſusfructus. Nec urget, quod Feudum ſit uſusfructus, *dict. 2. Feud. 23.* Uſusfructus verò patri nec filio acquiratur, *l. fin. Cod. de uſufruct. l. 1. Cod. de bon. matern. d. l. cum oportet.* Fit enim confuſio uſusfructus feudalis cum civili, qui longiſſimè inter ſe diſtant, *ut notant. Dd. vulgò ad definitionem Feudi, & c. un. 2. F. 23.* ille cedit accipienti. *d. 2. Feud. 23.* hic non item. *d. l. 1. d. l. cum oportet.* Et 2. non indefinitè verum, uſumfructum cedere patri, ſed tantum in adventitiis & profectitiis, non in caſtrenſibus, item *l. 6. C. de bon. quæ liber. §. 1. Inſtit. per quas perſon.* At verò Caſtrenſis peculii, eſt Feudum, *arg. l. 1. C. de caſtrens. pecul. junct. c. un. de nova forma fidel. c. un. in quib. cauſ. feud. amitt.* E. in eo etiam de jure Feudali pater non habebit uſumfructum, *arg. d. l. cum oportet. C. de bon.* *quæ*

quæ liber. d.§.1. Nec impedit feuda non tantùm occaſione militiæ,ſed etiam ſæpius alias ob cauſas dari, ac non eſſe ſic caſtrenſia, ut in his videatur patri cedere uſusfructus. Nam 1. nos verſamur in regula. 2. Non ſequitur non eſt caſtrenſe. E. uſusfructus acquiritur patri: fallit quippe quoties concedens peculiariter eum vult habere accipientem. *Auth. excipitur. C. de bon. quæ liber.* At verò hic Dominus hoc voluit. Ponimus enim Filiofam. eſſe conceſſum Feudum. E. intelligitur eidem etiam conceſſus uſusfructus: Feudum quippe nihil aliud eſt, quàm uſusfructus. *2. F. 23.* & Feudiſtæ vulgò. Quin aut concedendum filiofam. eſſe acquiſitum uſumfructum nec patri: aut dandum poſſe concedi Feudum absq; uſufructu. At hoc abſurdum: eſt enim jus utendi fruendi re immobili fidei gratia, eſſentia Feudi. *d. 2. F. 23.* Eſſentia verò ab eo cujus eſt eſſentia, non eſt ſeparata. E. non datur feudum absq; uſufructu: & per conſequens ſi ponimus Feudum datum eſſe filiofam. ponendum eidem etiam datum eſſe uſumfructum. Ex quibus vides, ineptã eſſe collectionem Fachinei: In allodialibus uſusfructus patri acquiritur. E. etiam in Feudis, non enim in allodialibus de jure civili

civili dicitur tranſire uſusfructus ad filium, ſed ad patrem: *d. l. 6.* ſecus verò in Feudis. *d. 2. F. 23.* quorum ſubſtantia q. ut uſusfructus tranſeat ad accipientem, *d. 2. F. 23.* Nec ſi commodè Domino abſq; uſufructu illius Feudi inſervire queat, dicendum aliud ſecundum opinationem *Fachin. d. l.* non enim ob copiam vel inopiam filii, Feudi conceſſi uſumfructum ei aſſcribimus: ſed quia Feudi natura & ſubſtantia ita exigente aliud dicere non poſſumus: Feudum enim cum ſit uſusfructus, *d. l. 2. F. 23.* & vero id ſit datum filio, quomodo non etiam uſusfructus: num verò eſſentiale ab eo cui eſt eſſentiale, poteſt eſſe ſeparatum. Dices non ſequi uſusfructus in Feudo relictus eſt filio. E. non acquiretur patri. Cum & in allodialibus detur filio, & nihilominus tamen cedat parenti. At huic jam ſatisfactū. Et præter dicta in allodialibus non dicitur uſusfructus tranſire ad accipientem filium ut in Feudis, *2. F. 23.* ſed ad patrem. Et deinde concluditur à particulari ac à ſpecie ad ſpeciem. Ex quibus cum de aliis facile poſsit fieri judicium hîc ceſſo. per otium conſule quæ habet *Zaſius p. 5. de Feud. n. 64. Schneid. part. 3. n. 90. Rittershuſ. 1. F. 6. §. 7.*

5. *7. Schrader. p. 7. cap. 6. num. 6. de Feud. Gœdd. Diſputat. F. 4. theſ. 7. Arumæus Diſput. feudal. 3. Niell. Johan. Suevius.*

FINIS.

Google

INDEX RERUM ET VERBORUM MEMORABILIUM

A.

Abbates & alii prælati quibus caſibus de cauſis matrimonialibus poſſint judicare. 626.
Academiæ quæ jus gladii habent 25. unde illud habeant. ibid.
Academici Senatus judex competens quis. 895.
Accreſcere quid. 782.
Actionibus criminalibus quanto tempore præſcribatur. 411.
Actor an olim reum reluctantem obtorto collo in jus vocare potuerit. 404. 43.
Actus dubii, quorum natura videtur eadem, ex ſignis dignoſcuntur. 22
Actus contentioſæ jurisdictionis ne partium conſenſu diebus feriatis fieri poſſunt. 577.
Adoptionis nomen generale. 690.
Adulterium ſolvit matrimonium. 284. 600. non tantum quoad thorum & menſam, ſed & quoad totum. 285.
Adulterium conjecturis ferè probatur. 546. de Adulterio ſuſpectus, ſi poſt factam à magiſtratu interdictionem, tempore ſuſpecto, in domo ſuſpectæ mulieris reperiatur, & vocatus in jus factum adulterium neget, an abſq; aliis indiciis torturæ ſubjiciendus. 545. & ſeq.
Advocatus ad decipiendum ſuum adverſarium an licite uti poſſit fallaciis & deceptionibus 22. in cauſa mala advocare non debet. 25. an die feriato ſuis clientulis poſſit conſulere & patroci-

Ppp nari.

nari. 577. cor poteſt per judicem ad ſuſcipiendum patrocinium. 579.
Æquitatis naturalis & civilis differentia. 411. & ſeqq. 899.
Ætas nulla fera ad diſcendum. 2.5.
Agathoclis Regis Siciliæ modeſtia. 239
Agnatio capitis diminutione amittitur. 140.
Agnationis & cognationis differētia ſublata.
Αἱματέδειξις an probet occiſorem 25. ad condemnationem non ſufficit. ib. ſed an ad torturam. ibid. variis ex cauſis contingere poteſt. 36.
Alere tenetur parens liberos, etiam naturales & ſpurios. 548.
Alimentis renunciari non poteſt. 548. 561.
Alimentorum nomine quid veniat. 548.
Androlepſia. 8.6.
Antichreſis quid ſit. 425. an ſit licita. ibid. contractus uſurarius & fœneratitius non eſt. 426.
Antichreſin habentes creditores expreſſam, an de fructibus rationem reddere, eosq; in ſortem computare debeant. 429.
Appellans à citatione ad ſententiam, an audiendus. 85. quomodo puniatur. 86.
Appellante Apoſtolos à judice à quo requirente, ſi is taceat, an cēſeatur expreſsè denegaſſe. 753.
Appellatio quid ſit. 512. die feriato interponi poteſt. 5 0. quando pro deſerta habeatur. 757.
Appellationem proſequi impeditus, an de impedimento termino durante proteſtabitur. 141.
Appellatione desertâ, an judex ad quem, temerè appellantem poſſit in pœnas temerè litigantis condemnare 144. an appellantem ſeu cauſam remittere ad judicem à quo. 146. an

illa

illa remiſſio fiat neceſſariò. 147. appellantem in expenſas condemnare debet. 148.

Appellationis tempus fatale quod 141. & ſeq. an partium conſenſu prolongari vel abbreviari poſſit. 755. quando currat. 756. in partium favorem introductum. 757.

Appellatus apud quem condictionem propter expenſas inſtituere debeat. 148.

Apoſtolos qui, à quo, & intra quod tempus petere debeant. 75.

Argumentum ab authoritate negativè non valet. 17.

Argumentum infirmum, à rubrica 197. 698. à notatione. 204.

Argumentum valet, à contractibus ad matrimonium. 601. ab emphyteuſi ad feudum. 639. à medicis ad advocatos. 579. à milite ad Studioſum. 864. 891.

Arioli & ſagæ, incantationibus ad bonum finem utentes, an, & quomodò puniantur 540. & ſeq. ſi aliis noceant, quæ eorum pœna. 542. in republica non tolerandi. 541.

Arreſta & pignorationes qui poſſint concedere. 655. & ſeq. an etiam Electores Imperii. 657.

Auguſtanæ confeſſionis dominus, an vaſallos Pontificios vel ad amplectendam religionem Auguſtanam, vel emigrandum, cogere poſſit. 947.

Aula Imp. in cauſis ad Cameram pertinentibus habet præventionem. 735.

Auth. habita C. nefil. pro patre. quis author. 857. quo tempore & ubi lata. 859. an à Friderico II. ibid. an ejus privilegiis etiam gaudeant triviales. 860. an & clerici. 861. an & vagabundi. 863.

 an

an & pigri & PſeudoScholaſtici. 865. an & pugiles. 866. an & ſtudentes in patria. 867. an & famuli ac nuncii Studioſorum 869. an & Pedelli, Compactores, Typographi. 870. an & Profeſſores. ibid.
Auth. habita verba : *in eis habitent ſecurè*, an ſint privilegii. 877. item, quomodo illa : *nec ob alterius &c. delictum*, intelligenda 903. & ſeq.
Αυτοχειρία an licita. 29. jure civili qualiter & an puniatur. 30.

B.

BEllum juris publici. 62. quis indicere poſſit. 656. an ob injuriam privatam maximam indici poſſit. 654.
Beneficiarius quo ſenſu dicatur debitor. 810.
Beneficia Principum in quantum latiſſimè interpretanda. 902.
Beneficium accipiens, an naturaliter obligetur ad antidora. 828.
Beneficium amittitur, ſi id non præſtatur, ob quod beneficium conceſſum. 864.
Bona naufragium paſſorum ut in commiſſo ſint, ſtatuto an rectè caveatur. 167. contra jus gent. & naturæ eſt. 168.
Bona ſua nemo jactare præſumitur. 340.
Blaſphemorum pœnæ. 514.
Bruta ſacra qs. habent. 61. conjunctiones illicitas averſantur. 610.

C.

CAdavera defunctorum arreſto an detineri poſſint. 804.
Cadavera eorum, qui ob facinora ſua puniti ſunt, an terræ mandanda. 295. cognatis petentibus an deneganda. 299.
In

In Cadavera eorum, qui conſcientia ſceleris ſeipſos interfecerunt, vel aliàs naturali fato in carceribus mortui ſunt, an animadverti poſſit. 450.
Cœcus an judex dari poſſit. 721.
Calviniani num pace religionis ſint comprēhenſi. 941. ſub Auguſtanis comprehenduntur. ibid.
Camera quando, à quo, & cur inſtituta 714. concurrentem cum Imp. cognitionem quibus in caufis non habeat. 738.
Cameræ aſſeſſores an ſint judices ordinarii. 723. jurisdictionem ex lege habent, & propriam. 724.
Cameræ præjudiciorum autoritas. 156. 157.
Canones in ſpiritualibus quatenus ſequendæ ſint. 249.
Capitulatio Cæſarea. 40. 39.
Caput præcipuum hominis membrum. 138.
Capitaneorum ſine permiſſu Imp. clam milites in imperio ſcribentium pœna. 179.
Caſtro in feudum conceſſo, cenſetur & datum territorium. 590. num & imperium merum. ib.
Choreæ an concedendæ. 400.
Citatio à Principe vel Pontifice an omitti poſſit. 230. 403. juris eſt naturalis. 231. ſpecies defenſionis. ibid. absq; commiſſione non rectè fit. 234. à parte fieri nequit. 235. an judicii ſit initium. 403. die feriato etiam inſinuari poteſt. 580. jurisdictionis eſt. 669.
Citationis à magiſtratu inferiore, & Imp. factæ, differentia. 670.
Citation bringt das Gleid mit ſich. 758.
Citatus ſimul & à ſuperiore & inferiore judice,

 coram

coram quo comparere debeat. 404.
Citatus à non habente jurisdictionem, eam licitè ſpernit. 668. fallit ut ibid.
Abſq; Citatione, ſi notorium per omnia eſt factum, an poſſit contra delinquentem procedi. 233.
Citationem commiſſam quis exequi poſſit. 234.
Civis quid. 112.
Civitates Aquenſes. 167.
Civem actorem Studioſus reconvenire poteſt coram Rectore. 888.
Clarigatio. 885.
Clerici jurisdictionem habent. 123. Laicorum jurisdictione quo jure exemti. 183. an Feudum accipere poſſint. 497. negotiis ſecularibus implicare ſe non debent. ibid. ſtudentes coram quo conveniendi. 862.
Conditio quid. 248. 278. quomodo implenda. 247. 251.
Cognatio ſpiritualis an impediat nuptias. 583.
Collationis jus teſtamento patris tolli poteſt. 547.
Collaterales in Feudo antiquo quando ſuccedant 260.
Cōparatio omnis fit aliquo modo à ſe diverſo 11.
Communis opinio an pro deciſione poſſit allegari 61. quando ſequenda. ibid. & ſeq. an Cameralium præjudiciis præferenda. 158.
Commiſſionis originale an citando transmittendum. 404.
Commiſſio ſtricti juris. 540. 538.
Commiſſarius Imp. vel Principis, an plurali vel ſingulari numero in citatione uti debeat. 405. partes contumaces an mulctare poſſit. 536. habet jurisdictionem in cauſa commiſſa. 539.
Con-

Concubitus jure civ. licitus. 31.
Conjunctio cauſa juris accreſcendi 793. duplex 795. forma ejus. 797.
Conjunctio hominis. 796.
In Conjunctione legali an prohiberi poſſit jus accreſcendi. 796.
Conjunctorum prælatio. 817.
Conjuncti re qui. 798. disjuncti dicuntur ib. ſolidum unusquisq; eorum quomodo dicatur conſequi. 798. & ſeq. an in iis ſit jus accreſcendi. 807.
Conjuncti re & verbis 801. quæ in illis partes. 807.
Conjuncti verbis 799. quales in iis partes 806. an re conjunctis præferantur. 818.
Conſenſus parentum in nuptiis liberorum an jure civil. neceſſarius 242. an & jure Canonico 246. an & jure Divino 249. 275. quando neceſſarius. 245.
Conſvetudo omnis rationi debet eſſe conſentanea. 306.
Copula carnalis de ſubſtantia eſt matrimonii. 256, ſignum ſufficiens non eſt fidei de matrimonio datæ. 413.
Corpora mortuorum quomodo dicantur tangi. 308.
Credentiales literæ. 106. 107.
Credita grandi pecunia, & viciſſim grandis pecuniæ ſolutione promiſsâ quid juris. 489.
Creditis certis corporibus, & iisdem ſolvendis promiſſis, quid juris. 490.
Creditis 100. Joachimicis, cujusq; valore expreſſo, & in ſpecie tot ſolutione promiſsâ, quid. 491.
Crimen morte extingvitur 452. fallit ut ib.

Culpa lata & levior quid ſint 13. quomodo differant. ibid.
Culpa levis dolo non comparatur. 9.
Curatores invitis an dentur adoleſcentibus 314. an & illuſtribus perſonis. 317.

D.

Damnati ad mortem an poſſint teſtari 910. quare olim jure ff. teſtari non potuerint. 921. poſſunt jure Saxon. 920. an & jure Novell. ib. nec libertatem amittunt, nec bona eorum publicantur. 911.
Debitum ſolutione ceſſat. 24.
Defenſio juris naturæ,, etiam brutis competens. 65. nemini adimi poteſt 231. nulla abſq; offenſione 344. omni die & loco licita. 579.
An pro defenſione pudicitiæ rectè quis occidatur. 66.
Ad defenſionem ſuam quem occidens, an in ſua conſcientia & foro poli tutus ſit. 129.
Defenſio an filio contra patrem citra omnem pœnam detur. 68.
Delegati Principis alium judicem dare poſſunt. 537.
Delicta ſæpius iterans, gravius puniendus. 7.
Ex Delicto duo jura oriuntur. 342.
Depoſitum quid ſit 15. ejus natura. 18. 19. eſt etiam rei immobilis. 14. 15.
Depoſitâ pecuniâ, ut ſi volet depoſitarius eâ utatur, an maneat depoſitum 18. an etiam quando ex mente contrahentium non conſtat, an mutuum vel depoſitum contrahere voluerint, uſus tamen pecuniæ conceſſus ſit. 22.
Deſertæ ſeu relictæ uxori, an vivente adhuc marito concedendum ſit, ut alteri nubat. 186.

Deſer-

Deſertio malitioſa juſta cauſa divortii. 286.
Deſertor ter citandus. 287.
Diffamare quid. 929. ejus beneficium quod ibid.
Diffamans reus, diffamatus actor. 929. & ſeq.
Diffamationem qualiter probare debeat diffamatus. 936.
Diffamatorium judicium coram quo inſtituendum. 930. eſt acceſſorium judicii principalis. 931. in cauſis civilibus & criminalibus locum habet. 931. extraordinarium eſt ibid. cum alia actione ordinaria electivè concurrere poteſt. 933. in poſſeſſorio etiam locum habet 932. fallit, ut 933. quales ad cauſas in Camera reſtringatur. 933. formula citationis & ſententiæ hujus judicii 934. 935. finis ejuſdem. ibid. proceſſus in hoc judicio. 935. libellus qualis in eodem eſſe debeat. ibid.
In Diffamatorio judicio citatio quando decernenda 936. eâ absq; cauſæ cognitione decreta, quid juris 937. citatio hæc an peremtoriè fieri debeat. 938.
Diffamatorii judicii ſingularia, quibus proceſſui Saxon. contrariatur. 941. & ſeq.
Diffamato ad citationem legitimè factam non comparente, quid juris. 939. quid item eo comparente. 940. & ſeq.
Diſciplina civilis & activa, quomodo ſint contingentium tantùm. 53.
Diſpoſitio principaliter perſonam reſpiciens, ad bona extra territorium ſita extenditur. 393.
Diſtinctionis membrum, tollens naturam diſtincti, affirmatè de diſtincto absq; contradictione prædicari non poteſt. 351.
Divinæ res in jure ut tradantur. 59.

Divini juris quæ ſunt, quatenus ab homine prohiberi non poſſint. 330.
Divites an melius præſint reipubl. quàm pauperes. 634.
Divortio ob adulterium facto, innocenti parti ad ſecunda vota, etiam vivente adultera, licet tranſire 284. an & nocenti. 286.
Doctor an ſit nobilis 850. 847. hic an ille primas in ſedendo, eundo, votando tenebit 850. absque prævio examine ne quidem ab Imp. vel Papa creari poteſt. 844.
Doctores bullati an gaudeant privilegiis Doctorum ſolenniter promotorum. 841.
Doctorum creandorum requiſita ſubſtantialia. 843. & ſeq.
Doctorum filii an ſuccedant patri in dignitate nobili. 849.
Dolus in dubio latam culpam comprehendit. 510. fallit ut ibid.
Dominica die an cum hoſte dimicare poſſimus. 524.
Dominium an aliud ſit dotis, aliud rei dotalis. 485.
Donatio omnium bonorum, tàm præſentium quam futurorum, an valeat. 560.
Donatione omnium bonorum, veniunt bona tantum præſentia. 561.
Donans omnia bona, tam præſentia quàm futura, ſemper intelligitur ſibi reſervaſſe alimenta. 563.
Donare res noſtras naturale & conceſſum ll. Ibid.
Donatio an ob ſupervenientiam liberorum revocetur 563. ſtricti juris eſt. 569.
Donatio inter virum & uxorem quare prohibita. 570. &

570. & quænam.573. an valeat in recompenſationem ſenectutis vel ignobilitatis. 572. quomodo morte confirmetur 573. & ſeq. an & juramento. 574. hoc modo firmata, an non præmortuo donatario ad donantem revertatur. 575.
Dormiens ſi delinquat, quâ pœnâ plectatur. 206. ſimilis furioſo. 208.
Dos an jus ſit, an verò ipſa res dotalis. 435.
Duo quomodò unum in matrimonio dicantur conſtituere. 618.

E.

EBrietatis incommoda. 1. genera. 2. 7. pœna ex Pittaco. 3. ea excuſat à dolo. 4.
Ebrius promittens an obligetur, delinquens an ordinariè puniatur. 1. dolo caret. 3. 6. deſtinatâ voluntate non committit delictum. 3. extraordinariè tantùm punitur. 4. ſimilis furioſo 5. civiliter non delinquit. ibid.
Eccleſiaſticæ perſonæ feudà concedere poſſunt 638. an autem rem in feudum dari ſolitam, & ad Eccleſiam reverſam, conſangvineis & aliis cognatis, in feudum concedere poſſint. ibid.
Ehehaffte Noth quomodo demonſtranda. 673. & ſeq. miſſis ad judicem literis non rectè allegatur. 675.
Electores & ſtatus habent jus in Camera ſuos præſentandi ſurrogatos. 633. anno 18 ætatis fiunt majores. 317. conſiliarii propriè non poſſunt dici 41. & ſeqq. eorum quæ poteſtas. 39. 41.
Emancipatio an & hodie jure noviſſimo capue minuat 235. quomodo hodie fiat. 236. ejus ſolennia quæ olim fuerint. ibid. an obligationes peremerit. 241.

Eman-

Emancipati habentur pro cognatis, non agnatis. 239.

Emendi verbum quid ſignificet. 309. & ſeq.

Emigrationis beneficium. 458.

Emphyteuſis, an jurisgent. an civilis 907. quæ ſpecialia habeat à locatione. 908. à Zenone formam habet. ibid. an & ante Zenonem fuerit. 909.

Equum abducens non ſalutato ejus domino, illocq; vehi aliquousque volens; in via verò deprehenſus ſe excuſans, quod putaret domino non invito ſe equum abducere, an excuſandus. 340.

Error communis an faciat ius. 158. an legem 159. an conſvetudinem. 160. excludit conſenſum, etiam juramento accedente 602. veritati non præferendus 437. qualis vitiet matrimonium. 603. Vox *etiam* multiplicativa ſeu implicativa. 953.

Exempla ad quid proſint 276. non reſtringunt regulam. 326.

Exheredari an poſſint liberi, ſine conſenſu parentum matrimonium contrahentes. 251. an ob crimen proditionis patriæ & perduellionis. 832.

Exheredatio an fieri poſſit ob cauſas graviores, vel æquipollentes in N. 115. c. 3. expreſſis. 830.

Exheredatio an teneat, filio, poſt injuriam quæ exheredationi cauſam præbuit patri reconciliato. 836.

Exheredationis cauſa à teſtatore exprimenda 833.

F.

FAbrum malleo obſtrepentem, Scholaris expellere poteſt. 873.

Faci-

Facinoroſus ubi conveniendus. 134.
Fallaciæ quando & quomodo licitæ 23. quando illicitæ. 24. 25.
Feram contra prohibitionem capiens, an capitali ſupplicio aſſiciendus. 332.
Ferias ſolum Imp. inſtituere poſſe, & quales. 531.
Feudales conſvetudines an jus ſint, ſeu vim juris habeant. 89. 90. an mereantur nomen artis. 151. earum authores. ibid. inconcinna diſpoſitio. 152. in artem redigi poſſe. ibid. quomodo certæ ſint, quomodo incertæ 153. an & clericos ligent 181. à Canonibus receptæ 182. iis deficientibus in decidendis controverſiis de feudis, an civ. vel Can. jus, ſi inter ſe pugnent, præferendum ſit 1:4.
Feudorum materia. 531. 588.
Feudum ligium an detur 261. quomodo ab aliis differat. 261. 264.
Feudum an nullum Francum 348. quid ſit ibid. ejus quæ requiſita. ibid. & ſeq.
Feudum proprium, improprium quid. 217. ejus ſubſtantialia quæ, item naturalia. 233.
Feudum emptum an proprium vel improprium. 217.
Feudum novum, antiquum quid. 259. quomodo differant. 260. novum an jure antiqui concedi poſſit. 259.
Feudum improprium an non in mobilibus cautione interveniente conſtitui poſſit. 591.
Feudum regale ad imperium devolutum, an Imp. absq; ſtatuum conſenſu aliis concedere poſſit. 688.
Feudum an filiusfam. accipere poſſit. 855.
Feudo vendito, an pecunia illa erit feudalis 591.

Feu-

Feudum eſt beneficium. 855. & ſeq. eſt uſusfructus. 957. ex tenore inveſtituræ legem accipit. 261. in eo nulla defuncti ordinatio locum habet. 509.
Feudalia jura an ad deciſionem cauſarum non feudalium allegari poſſint. 529.
Feudalibus in cauſis ut procedendum. 529.
Fidejuſſor in criminalibus an admittatur 746. reum non exhibentis, ſi cautionem de ſiſtendo præſtiterit, pœna. 748.
Filia absq; conſenſu parentum nubens, quando exheredari poſſit. 254.
Filius vaſallus an domino in juſta cauſa contra patrem adeſſe debeat. 31.
Filius in honore eminentiore poſitus, an patri privato vel inferioris conditionis præferendus 211. quoad publicum jus, non ſequitur jus poteſtatis. 214. patrem ad patriam delendam venientem licitè occidit. 594. non debet portare iniquitatem patris 648. fallit ut ibid. In cauſa patris jus dicere & judicare poteſt 717. fallit, ut ibid. compellere poteſt, patrem, ut ſibi ſumptus ad ſtudia ſubminiſtret. 888.
Filiofamiliâs feudi dati uſusfructus an patri acquiratur. 953.
Flumine, vel ſylva, vel fundo in feudum conceſſo, an intelligantur & beſtiæ & piſces in feudum datæ. 589.
Focariæ mulieres an rectè in exercitu tolerentur. 399.
Fœmina an ducis officio in bello quandoq; fungi poſſit. 149. an in magiſtratu eſſe & imperium tenere. 236. an feudum accipere 321. an præſentare. 481. an habens curatorem defuncto mari-

marito Eccleſiæ patrono præſentare ibid. an in feudo ſuccedere 481. cum Sejo absq; curatore utiliter a ſua parte contrahens, an contractus iſte ob defectum curatoris reſcindi poſsit. 520. alienare absq; conſenſu curatorum prohibetur. 522. ab eâ non conſentientibus curatoribus initus contractus, quando valeat. 522. an, ſi præſertim ulterioris gradus ſit, cum maſculis ad ſucceſsionem rectè admittatur. 5 5.
Formâ poſitâ, ponitur eſſe 192. eâ non ſervatâ, actus ſit nullus. 252.
Fori competentia Studioſorum. 8 6.
Furcæ, rotæ & patibula quomodo erigenda. 36 . qui ea erigere poſsint. 367.
Fur laqueo ſuſpenditur. 295. dicens ſe credidiſſe dominum conſentire eo diſſentiente, an liberetur. 3 . cum re ablatâ à judice deprehenſus, proteſtante domino rei ſuâ voluntate rem ablatam, an liberetur. 341. præſcriptione tutus non eſt. 412. cadens de furca vel patibulo, an liberetur. 462. ob unum magnum furtum an ſuſpendendus. 467.
Furioſus occidens aliquem, ordinariè non punitur 5 0 . ejus conſenſus in nuptiis liberorum non requiritur. 245.
Furtum à venatione ut differat 314. putans ſe contractare rem invito domino, cùm hoc faciat eo volente, an committat 336. absq; contrectatione fraudulosa non fit. 337.
Furti pœna, quæ eſt ſtrangulatio, an juſta 462. an in pecuniariam mutari poſsit. 467.

G

Genus cùm etiam de ſpecie accipitur, in dubio magis de ſpecie capienda. 01.

Gla-

Gladii pœnam dupliciter accipi. 730.
Gradus quid ſit. 613.
Gradus tot dantur, quot generationes. 613.
Gradus tot ſunt, quot perſonæ, una dempta. 615. abſurdam non eſſe hanc regulam. 616.
Gradu quoto diſtat una perſona à communi ſtipite, eodem gradu etiam inter ſe diſtant perſonæ de quibus quæritur. 618. quomodo accipienda ſit hæc regula. 619. & ſeq.
Graduum computatio Canonica, an Civili præferenda. 613.
Graduum prohibitiones an juris naturæ. 609.

H.

HEres ſuus nemini invito & ignoranti debet agnaſci. 244. In feudo ſuccedens, an teneatur ſatisfacere defuncti creditoribus. 401.
Hermaphroditus an feudum poſsit accipere. 312. ex ſexu prævalente æſtimatur. ibid.
Hiſpani lapſa in mare vel ſalutis cauſa ejecta, pro commiſsis habent 166. an verò rectè 167. & ſeq. legibus Roman. non tenentur. 167. ſtatuta contra jus gent. facere nequeunt ibid.
Homicidium quale pœna L. Cornel. ſubjacent. 3. 27. in confinio duorum territorium factum, cujus de cognoſcere 133. quid ſi in via regia 13.
Homo τῇ φύσει ζῶον πολιτικόν. 112. 215. & ſeq. nullo forinſecus aſſumpto alimento, per aliquid intervallum naturaliter vivere poteſt. 199. ſocietatis etiam in ſtatu integro appetens. 216.

I.

IMmobilia an dari & tradi poſsint 15. eorum cuſtodiam eſſe. 16.
Imperator Monarcha non eſt 37. 40. Monarcha tamen

tamen ab exteris ſalutatur, 38. Electorum ſententiam ſequi tenetur. 41. 42. absq; his in cauſis majoribus nihil poteſt. 42. & ſeqq. ditiones imperii alienare nequit 221. & ſeqq. totius mundi dominus an & quomodo rectè dicatur 224. 227. cauſam à Camera avocare non poteſt. 725. an is, vel aula ejus, deſ Reichs Hofrath/ concurrat cum Camera in cauſis Imperii. 733. an abdicativè vel cumulativè Cameræ juriſdictionem conceſſetit 734. & ſeqq. an cum Camera in cauſis religionis concurrat 951. an Papa ſit vaſallus 775. quomodo ei fidelitatem debeat 777. an ſubditos Imperii Rom. ad Pontificiam religionem cogere poſſit 459 an in incidentibus circa Electoratus, Marchion. Principat. Comit. controverſiis, ſolus agnoſcat 738. & an tum, ſi de parte quadam feudi regalis controverſia extra auſtregas. 740. an in omni judicio, tam poſſeſſorio quàm petitorio, ſi lis de Ducatibus. 741.

Imperatoris an ſint omnia 227. an etiam quo ad dominium. 229.

Imperii noſtri ſtatus an Monarchicus. 37.

Imperiũ hominis ſuper hominẽ an naturale. 119.

Imperium merum non eſt poteſtas magiſtratuum 691. nec ſpecies juriſdictionis 698. rectè definitur poteſtas gladii &c. 729. & ſeq.

Imperii mixti an ſit bonorum poſſeſſio 732. ejus per exemplum declaratio. 731.

Imperio Romano immediatè ſubjecto, quis curatorem dare teneatur. 371.

Impetu & caſu qui facit, dolo non facit. 3.

Impuberes an adulterii accuſari poſſint. 622.

Impunitatem detegenti facinus promiſſam, an Princeps ſervare debeat. 767.

Incarceratio an meri, an mixti imperii 432. jure civili non eſt pœna. 433. hodie ſecus 432. vel pœnæ eſt, vel cuſtodiæ, vel pœnitentiæ. Ibid.
Inceſtas nuptias contrahentium pœna. 255.
Inebrians ſe in culpa, inebriatus non item. 6. 7.
Injuria exheredationis cauſa 254. & ſeq. absque animo injuriandi non committitur 533. & ſeq. verbalem alia verbali repellere non licet 536. eâ remiſsâ, an & damni perſecutio remiſſa cenſeatur. 537.
Injuriarum actione an indiſtinctè teneatur, dicens tu mentiris, ſalvo honere 531. ejus requiſitum ſubſtantiale. 533.
Inquiſitione de Hiſpanica quid ſentiendum. 947.
Inſcriptionem Studioſorum ll. fundatam eſſe. 891. & ſeq.
Intellectus §. fin. Inſt. de patr. poteſt. 246. §. minima. Inſtit. de cap. diminut. 238. §. finitur 4. Inſt. de uſufr. 778. & ſeq. §. præterea. Inſtit. quib. mod. toll. oblig. 926. §. duarum autem. §. Inſt. de nupt. 608. Nov. 52. c. 1. & l. un. C. ut null. ex vicar. 659. & ſeq. c. un. 2. FF. 52. 265. 266.
c. un. 1. FF. 22. & c. imperialem. 2. FF. 55. 527. & ſeq.
c. un. §. naturales ſi de feud. def. controv. 641.
c. veniens. extr. de Sponſal. 424.
c. 1. de off. jud. ordin. & c. paſtoral. de off. deleg. 446.
c. ult. 17. q. 4. 569. c. quemadmodum de jurejur. 604. art. 7. 9. 27. Ord. Cam. p. 2. 337. art. 7. pr. 27. Ord. C. in verb. So einem Theil gäntzlich und endlich ꝛc. 741.

Invecta illata tacitè pro penſione domino domus obligari. 878.
Inveſtitura formam & legem feudis dat 260. & ſeq. quo tempore petenda 526. id tempus quando currat 529.
Inveſtitus de caſtro ſimpliciter, an etiam intelligatur inveſtitus de territorio, quod caſtro adhæret. 589.
Judæi an in benè conſtitutis rebuſpublicis tolerandi. 291. quibus conditionibus. ibid. diebus feſtis non conveniendi. ib. an pace religionis comprehenſi. 948. an cogendi, ſtatutis ut diebus verbum DEI purum in templis Auguſtanorum vel Pontificiorum audiant. ibid.
Judex an quis in ſuorum cauſa eſſe poſſit 714. Ordinarius an recuſari poſſit 718. an & in liberali cauſa. 719. eidem Ordinario ſuſpecto Epiſcopus cur adjungatur 720. & ſeq. ad injuſtum Principis mandatum quem ſuſpendens, vel plus debito caſtigans, an excuſandus 912. an in judicando conſcientiam ſuam ſequi poſſit, ſi ei confeſſione de crimine patefacta veritas, ex actis autem de veritate non conſtet 122. quando ſecundum conſcientiam vel acta & allegata judicare debeat 124. & ſeq. an ſecundum illam magis, quàm ſecundum hæc 434. verum contra acta & probata conſcientiâ ſuâ tenens, an à judicando abſtinere debeat 447. an teſtis perſonam eo caſu aſſumere. ibid. non novit aliud ut judex, aliud ut privatus 439. in dubio ab actis recedere non debet 444. quomodo ratione circumſtantiarum ſententiam moderari debeat. 701. & ſeq. in cauſis matrimonialibus competens quis ſit 624
Judex ad quem an desertâ appellatione compe-

tens ſit ad imponendam pœnã temeritatis 145.
Judicare in cauſa filii cur pater prohibeatur 714.
Judices ordinarii an ſint Cameræ Aſſeſſores 723.
A Judice incompetente citatus, an comparere debeat. 404.
Judicis dandi licentia an jurisdictionis 732. & ſeq.
Judicis pedanei eligendi forma apud veteres 722.
Judicium exactè non definitur, legitima rei controverſæ apud judicem diſceptatio 403. origo ejus an à juregent. ibid.
In Judicium vocare minus, quàm matrimonio copulare. 584.
Juramentum purgationis quibus caſibus deferendum 417. 418.
Juramentum inter conjuges ſuper donatione factum, an ſit contra bonos mores, & quomodo 575.
Jurisdictio quibus modis fundetur 134. 139. ſtricti juris eſt. 141. limitata extra limites nulla 766. ex contractu conceſſa, an privativè intelligatur conceſſa 736. generalis an in jure occurrat 690. ejus variæ definitiones 671.
Jurisdictionem in ditionibus imperii Imperatorem exercere 668 mandatam habens, an nihil habeat proprium 707. habens in via publica, an & in territorio, propè illam habeat, 369. & habens eam in territorio, an & in locis religioſis, quæ intra id ſunt, habere intelligatur 515.
Jurisdictio ſimplex, & imperium mixtum an ſint unum & idem 704. 708. illius quod eſt, eſſe & hujus. 731.
Jurisdictione mandatâ mixtum tranſire imperium 696. omnimodâ conceſsâ, an privativè cõceſſa videatur 518. 590. 565. privativè conceſſę effect⁹ 666. diſtinctio titulo patrimonii vel oſ-

ficii conceſſę jurisdictionis rejicitur. 670. & ſeq.
Jurisconſultus an perfectus eſſe poſſit absq; aliarum artium, & inprimis præceptarum cognitione 55. an absq; vera religione eſſe poſſit 60. eorum encomium. 848.
Jurisprudentiæ fines an tranſcendant illi, qui oblatâ occaſione non paucula de articulis fidei apponunt 58.
Jus an in artem redigi poſſit 45. qualia in eo præcepta dentur 46. & ſeq. naturâ etiam, non opinione tantùm conſtare 50. in criminalibus an dicatur 700. naturale & gentium unde æſtimandum 611. publicum an collectum ex præceptis juris naturalis, gent. & civilis 60. poſitivum Elector vel Dux in ſuo territorio temperare & mutare poteſt. 478.
In jure civili an detur ἀπόδειξις 51. propoſitiones neceſſariæ & indubitatæ quales dentur. 52.
Juris accreſcendi ſedes ordinaria 780. difficultas 781. notatio. ibid. origo 783. & ſeqq. definitiones variæ 786. & ſeqq. diviſiones 791. qualitates 793. materia 801. contraria 815. effectus 821. diviſio in jus accreſcendi, & jus non decreſcendi rejicitur. 814.
Jus accreſcendi an in legis conjunctione prohiberi poſſit 796. an in Feudo etiam locum habeat 801. & ſeq. an in re conjunctis ſit 807. an in mixtim conjunctis 815. an in verbis conjunctis. 816.
Jus retractus . 550.
Juvenes an Princeps rectè in conſilium adhibeat 371. duplicis ſunt generis ibid. quando incipiant eſſe 372. ſenili prudentia nonnunquam præditi 373. ſenioribus adjungendi 374.

L.

Lac in mammis an certum ſit indicium corruptæ virginis 36.679.680. & viros quandoque habere 680.
Lædens quem in quadam corporis parte, an ultra ſummam dimidii Weregeldi puniri poſſit 393.
Legalis ſcientiæ encomium. 849.
Lata culpa quomodo dicatur dolus. 4.5.11.12.
Legati an licitè etiam ultra mandata tractent 106. ex commodo Principis vel reipubl. omnia peragere debent 106.107. an ſimpliciter ſancti & inviolabiles 108. turpia ſuſcipere non debent ibid. munera accipere poſſunt 110. an verò dona accepta Principi mittenti reſtituere debeant. ibid.
Legationis munus etiam inviti ſuſcipere coguntur 109.
Legatos mittens, an redemptionis precium ſolvere teneatur. 109.
Legatus Proconſulis mandatam habet jurisdictionem 707. propriam item ibid. & 724. tutores dare poteſt. 708. magiſtrarus fuit 709. an apud eum manumittere poſſimus 710. ingreſſu in provinciam accipit juriſdictionem 711. legis actiones habet. ibid.
Legatum incertum quando valeat 885.
Leges corrigere etiam ex majoritate rationis, interpretis non eſt 8.33. humanæ, juſtæ ſive politicæ an obligent ſubditos in conſcientiam 78. ſcriptura an de ejus eſſentia 75. forenſes Moſaicæ abolitæ 301.
Legimati jus retractus habent 551. an ſuccedant in Feudis 640. à legitimis nil differunt. 641.643.
Inter Legitimum & nullum dare tertium. 276.

L. 31. Depoſiti enodatio. 8.
L. 24. 25. 26. §. 1. Depoſiti &
L. 9. §. fin. de R. C. conciliatio. 18.
L. 9. §. 7. de pecul. 31.
L. 1. §. fin. de lib. exhibend. 272.
L. 1. §. fin. de minorib. & §. 4. Inſt. de curator. conciliatio. 215.
L. fin. de rer. diviſ. 323.
L. 46. §. 8. de furt. cum
L. 48. §. 2. eod. conciliatio 318.
L. 19. §. 1. pro ſocio 363.
L. 23. §. 3. de R. V. cum
L. 9. §. 2. de R. D. conciliatio. 385.
L. 1. de aleator. } L. 39. de injur. } 433.
L. 13. §. ult. de arbitr. } L. 36. de re judic. } 447.
L. ſi unquam 8. C. de revoc. donat. an ad patronum, an Libertum reſtringenda 565.
L. 11. §. 1. de contrah. empt. 602.
L. f. de off. ejus cui mand. jurisd. 695.
L. 4. verba, generali jurisdictione de off. ejus cui mand. jurisd. 693. & ſeq.
L. 2. §. 23. de O. J. 703.
L. 1. §. 1. de off. ejus. } L. 17. de jurisdict. } 709. & ſeq.
L. 2. in f. de off. Proconſ. &
L. 17. de manum. vind. conciliatio. 710.
L. 77. de judic. cum
L. 16. de jurisd. conciliatio. 715. & ſeqq.
L. apertiſſimi 16. C. de judic. 719.
L. cœcus de judic. cum

L. 2. C. de ſent. ex pericul. recit. conciliatio.721.
L. 3. de juriſd. an non tantum de imperio mixto, ſed & ſimplici juriſdictione tractet 727. an veræ meri & mixti imperii definitiones ibid. habeantnr. 729.
L. 1. C. ſi ex plurib. tut. & curat. 751.
L. fin. de his qui dejecer. 774.
L. Stichus 95. §. à Titio 2. de ſolut. 917.
L. cùm illud 25. §. 1. quando dies legat. ced. 918.
L. diffamari C. de ingen. manumiſſ. 918.
Libelli in civili actione injuriarum forma 393.
Liberi duorum fratrum an conjungi poſſint 607. etiam jure Saxon. & Canon. 609.
Liberos homines vendi & alienari non poſſe 193. eos lædentis pœna 773.
Liberos quibus ex cauſis parentes poſſint vendere 193. an ex aliis etiam cauſis præter nimiam egeſtatem & paupertatē. 198. ejus diſtractionis cauſa. 196. ſine parentum conſenſu in nuptias conſentire non poſſe 244. inceſtuoſos & nefarios an etiam parentes alere teneantur 365. ante ratihabitionem nati, an legitimi & juſti 350. an rectè à nutricibus alantur & lactentur. 346.
A Liberto ad vaſallum valet argumentum 377. 378.
Libri Studioſorum an propenſione poſſint hypothecari 878. eos donatos Doctor vel Licentiatus non confert. 549.
Ludere an liceat 100. quomodo 101. an & ſacerdotibus. ibid.
Ludus duplex 102. eo amiſſa, an poſſint repeti, ibid. eo perdita, de conſvetudine non condici. 103. quid ſi in eo pecunia promiſſa, nec appoſita. 104.
Lupanaria in benè conſtituta republ. an toleranda 319.

da. 319. pugnant cum verbo Dei & fine rei-
publ. 320.

M.

Magiſtratus factum, pro omnium civium facto reputari. 649.

Magiſtratus anniverſarius an perpetuo præſtet. 118. an habens jurisdictionem ſuperiorem in cœmiteriis, numellos erigere vel muris Eccleſiæ ferrum, ſine Conſiſtorii conſenſu, affigere poſſit. 513.

In magiſtratu eligendo formæ ac corporis dignitas an ſpectanda. 240.

Majeſtatis læſæ crimen an in populum Rom. committatur 313. an in Electores 314. an in alios Principes, Comites, Barones. ibid.

Mandans eâdem pœna cum mandatario, qui delictum mandatum perficit, feriendus 169. an & quando ſtatutum pro delicto mortis pœnam imponit 171. an & ubi fines mandati exceſſerit mandatarius 172. vulnerari mandans in dolo eſt 174.

Manumittere jurisdictionis eſt voluntariæ 711.

Marchæ jus ſpecies eſt belli juſti 654. quis concedere poſſit. 655.

Maſculi cur fœminis olim in ſucceſſionibus prælati 586.

Maſculinum quando contineat fœmininum 197.

Maritalis poteſtas reſpondet imperio civili in cives 288.

Maritus modicè uxorem caſtigare poteſt 290. curator eſt ſuæ uxoris 520. an dominus ſit dotis 483.

Mater an liberos ſuos tempore neceſſitatis & famis poſſit diſtrahere 193. liberos in poteſtate non habet 195. infantulum in lecto opprimens

quando teneatur. 207, conſenſus ejus in nuptiis liberorum an neceſſarius 280. 281.
Matrimoniales cauſæ in terris Pontificum coram Eccleſiaſtico judice tractandæ 625. & coram quo 626. an verò & coram ſeculari 625. 627. 631. in his ad Cameram appellari poſſe 632. in iis decidendis an Doctores juris ſufficiant, excluſis Theologis 632.
Matrimonium ſubſequens omnem maculam & turpitudinem tollit 202. ſine conſenſu parentum legitimum non eſt 247. 248 & nullum 252. an & jure divino 275. ſine conſenſu contractū, quando ſit matrimonium 273. bonæ fidei eſt negorium 280. an rectè ita contrahatur, ut non intercedat copula carnalis 255. an de facto invitis & nolentibus patentibus contractum, jure patriæ poteſtatis reſolvi poſſit 267. etiam cum copula acceſſit 270. an ſubſiſtat inter Chriſtianos & infideles, vel diſparis religionis homines 282. temerè non reſcindendum 599. an verò reſcindi poſſit, ſi quis corruptam pro virgine ducat 598. Sacramentum eſt Pontificiis 627. an verè 628. quatenus ſit res ſpiritualis 631.
Contra Matrimonium probationem non admitti 419.
Mercium ejectio involuntaria 169.
Meretrix quid ſit 206. datum ob fornicationem turpiter non accipit 100. indigna privilegiis Studioſorum 872. an ex lucro quod comparavit ex actu meretricio eleemoſynam facere poſſit 99. an actionem habeat ad mercedem conſequendam 98. eidem pecuniam ſolvens, ut ſui copiam faciat, an illam repetere poſſit. 96. eam ſciens in matrimonium ducens, an deprehenſam adulterii accuſare poſſit 543.

Miles quando gaudere incipiat privilegiis militaribus 891. extra expeditionem non gaudet 864. Chriſti, an miles ſeculi eſſe poſſit 500. & ſeq.
Milites in Imperio cogere quibus conditionibus exteris permitti debeat 180. & ſeq.
Minor ſi diverſorum magiſtratuum jurisdictioni ſubſit, alium judicem ratione domicilii, alium ratione bonorum habens: uter præferendus 397. abſq; curatore ſuo contrahens an obligetur 769. quatenus prodigo comparetur 771.
Ad Molendinum ſeu furnum alicujus ſi quis per longiſſimum tempus ivit, an cogi poſſit ut inpoſterum ſemper ad id eat, & ibi molet 354. de jure ſervitutis tum conſtitutæ quomodo conſtare poſſit 355. in dubio ſervitutem illam non præſumi 357.
Monarchia quid 3[illegible]
Morte debitoris omnem ſolvi obligationem 306.
Mulier an verberibus quandoq; excipi poſſit 288. quando petere poſſit Morgengab vel Muſteil 358. eâ per aliquot annos ceſſante petere, ſi poſt ſeparationem vel mortem filii petat, an ab heredibus ſit audienda 359. dotis domina dicitur 483. legitimam perſonam ſtandi in judicio non habet 523.
Ad Munera civilia vocati, ſtatim à vocatione appellare debent 515.
Muri civitatum ſancti 324. eos tranſcendentes capite plectuntur, ibid.
Mutationis monetæ in intrinſecam & extrinſecam diſtinctio rejicitur 487.
Mutui natura quæ 21. 488.

N.

NAtalem ſuum an privatis celebrare liceat 581. pari reverentiâ qua diem feriatum habem-

bendum ibid. à veteribus cultum 581.
Naturâ obligamur ad ἀντίδωρα 242.
Naturales liberi an jus retractus habeant 550.
Neceſſitate quædam permittuntur, quæ aliàs non permitterentur 346. 524.
Negantis non eſt probatio 694.
Negotii nomen quid ſignificet 904.
Nobiles & alii viri in Germania, an rectè adſint in bello regibus & populis imperio Rom. non ſubjectis 176.
Nobilitandi jus Imp. competere 847.
Nobilitas quibus modis conferatur 848. an & per inveſtituram de feudo nobili ibid. ei an deroget gradus Doctoralis 851. 853.
Noctambulo ſi alicui noceat, an teneatur 209. furioſo ſimilis 210. à lictoribus vel vigilibus an impunè vulnerari & occidi poſſit 342.
Nuptiæ quomodo juris civilis dici poſſint 190. cum infidelibus jure Div. & Canon. prohibitæ 283. eas quomodo ante annum 14. mares, & ante 12. fœminæ contrahant 610.
Nuncio judicis juſſu ſe citare dicenti, an credendum 405. an & eo dicente Titium ſe citaſſe, Titio negante ibid. an & ſi dicat ſe à citato verberatum ib. an & ſi dicat, citatum ſe nolle venire reſpondiſſe. ibid.

O.

Obligatio naturalis an etiam præſcriptione perimatur 406.
Obligationes ad jus rerũ an rectè referantur 821.
Obſtetricis infantem culpâ in lecto opprimentis pœna 207.
In Odioſis etiam extenſionem licitam eſſe 195. 325. 511. 834.
Officiarii Principis an punire poſſint ruſticos alicujus

cujus nobilis, omnem jurisdictionem à Principe illo habentis, refractarios ſubjectos 517.
Ordinarium ubi ſuppetit, ad extraordinarium non deveniendum 932. fallit ut ibid.
Oſculum an quid ad probationem adulterii faciat 623.

P.

PApa unde dictus 292
Parentum in liberos beneficia 243. liberis ſuis de nuptiis proſpicere jubentur 244.
Partus ille an adulterinus ſit, qui naſcitur juſto tempore poſt inflictum vulnus in genitalibus. 27. undecimo menſe natus an illegitimus 492.
Pars variè vacare dicitur 790. & ſeq. alia naturalis, alia civilis 804. quid ſit 805.
Paſtores militare non poſſunt 682. an piè adſint bello, quod reſpublica contra ſuum gerit hoſtem 681.
Pater ſpiritualis 583. ſine venia in jus vocari non poteſt ibid.
Patrem in cauſa filii jus dicere & judicare poſſe 717. fallit, ut 718.
Pater quatenus coërcere poſſit filium 69.
Patria poteſtas cujusnam juris 185. ejus origo 185. 186. Romanis an cum aliis gentibus communis 187. 189. ejus quis effectus ibid. quomodo ſit juris civilis vel jurisgent. 191.
Patria colenda 592. eam quilibet præſumitur diligere 593. bono civi num parentibus vel ſeipſo plus ſit diligenda 592. armis non oppugnanda 178.
Patronatus jus territorio plerunq; cohærere 481. quomodo tranſeat 482. an per ſucceſſionem ib.
Patrueles jure civili quarto, Canonico ſecundo gradu à ſe invicem diſtare 614. 617.

Pax

Pax religionis 943. an per concilium Tridentinũ ſublata 949. an ab Imp. poſſit abrogari 951.
Pecuniæ creditæ valore mutato, cujus temporis ratio ſit habenda 487.
Pecuniæ non numeratæ exceptio poſt biennium expirat 413. quando poſt illud tempus admittenda ſit ibid.
Perſonæ quomodo obligentur 826. & ſeq.
Pignorationes 886.
Pignus vel hypotheca in libero homine vel ejus corpore non cadit 308.
Pilæ exercitium an jure civili probetur 104. damno gravi alium in exercendo afficiens, non tenetur 105. pecunia in eo perdita retinetur ib.
Pœna l. fin. de R. D. in murorum & portarum violatores, an ad muros urbis Romæ tantùm, an verò aliorum etiam municipiorum ſpectet 323 arbitraria ad mortem uſq; extendi nequit 335. in arbitrio judicis non eſt 395. ejus finis multiplex 453. ejus gratiam quis poſsit facere 478. & ſeqq. nõ omnes hodie eſſe arbitrarias 702. 703.
Pœnitentia quæ delicta tollat 897.
Politica an ſit ars 88. an præceptis poſsit includi 87. incertitudo ejus unde 89.
Polygamia an concedenda 257. in Patribus non approbata 258. jure civili quomodo vindicetur. 259.
Pontifex unde dictus 292. à nemine judicatur. 293. nec Deus nec homo ibid. an feuda poſsit concedere 292. etiam aliarum Eccleſiarũ bona, quæ eum recognoſcunt, in feudum dare poteſt 294. cui poſsit concedere feuda ibid. quomodo ſuperior Imperatore 776. & ſeq. ejus poteſtas 294. arrogantia 775.
Pontificii an rectè Auguſtanæ confeſsioni addictos, vel hi contra illos, ad ſuam religionem

amplectendam cogant, vel ſi nolint amplecti, expellant 451.

Poſthumus olim exheredari potuit 838. an & jure noviſsimo poſsit ibid. ingratus dici nequit 839. eidem exheredato quomodo ſuccurratur 840.

Poteſtatis diviſio in ordinariam & extraordinariam, ſeu plenitudinem poteſtatis & arbitrii, rejicitur 232.

Præcepti quarti interpretatio 276. 277.

Præjudiciis Practicorum quando judex ſtare poſſit, ſi allegentur 155. & ſeqq. quid in iis judici attendendum 157

Præſcriptio an cum ratione & æquitate naturali pughet 407

Prætura fungi, & Prætorem eſſe, differre 161.

Princeps an ſubditis bona ſua poſsit auferre, vel jus quæſitum tollere, non refuſo precio 79. an verò in caſu neceſsitatis vel utilitatis publicæ poſsit 81. an tum ſubditis pro tali re precium perſolvere debeat [illegible]. in dubio an præſumatur cuipiam prædicare velle 117. an contra jus ſtatuere ibid. an & regna & ditiones ſuas pro libitu oppignorare, alienare, permutare poſsit. 219. ſubeſt juri divino & naturæ 231. & paſsim. quo ætatis anno adminiſtrare poſsit. 318. quomodo dicatur totius mundi dominus 179. 227. legibus an ſolutus 70. 914. quotupliciter conſideretur 72. contractus cum ſubdito vel alio initos an ſervare debeat 73. an & civiles? 74. & ſeq. lex animata eſt 913. tantum poteſt in ducatu quantum Imp. in imperio ibid. contra jus divinum, naturale ac gent. nihil poteſt ſtatuere 914. & ſeqq. ei quidvis mandanti, an indiſtinctè obtemperandum 912. & ſeq.

Pri-

Privilegia Principis ad aliorum injuriam porrigi nequeunt 81.117.
Privilegia Studioſorum quoad perſonas 873. quoad res 883. quoad forum 886.
Probatio qd 440. qualis eſſe debeat 441. in criminalibus luce meridiana clarior reqritur 35.465,
Procuratorib. pluribus datis, q poſsint agere 752.
Profeſſor in Academia ex publico ſalarium habens, an per ſubſtitutum legere poſsit 7.5.
Pronepotem ab avo ſuo quatuor diſtare gradibus 614. (15.
Proprium communicari non poſſe 708.
Protectorem clientes ſuos contra vim aliorum armatâ manu defendere debere 530.
Proteſtatio impedimenti non eſt neceſſaria, tutior tamen 143. & ſeq. contraria actui nil operatur 175. 531. fallit, ut 175.
Pudicitiæ expugnator qualiter puniendus 6~.
Puella ex amore ſingnlari cum quodam luxurioſè vivens, an ſit turpis & peccet 200. an ob cicatrices in facie illatas contra lædentē adæſtimationem poſsit agere 772. matrem & vitricum habens Adoleſcenti promiſit matrimonium, ſi parentes conſentire vellent: qui vidēs eos non conſenſuros, clam puellæ conſenſum datis aureis aliquot impetrare voluit; quæ accipiens aureos, & eidem vicisſim quid dans, ſi parentes conſerint, ſe velle eum in maritum habere dixit: matre proteſtante coram Conſiſtorio & conſentire nolente, quæritur an ſit matrimonium 178.
Pugiles an inter Studioſos numerandi 866. & ſeq.
Pupillus an naturaliter obligetur 923. conſenſum non habet, & qualem 924. 925. quibus caſibus

caſibus obligetur 924. debitum civiliter ſolutum cur repetat 926.

Q.

Quæſtio ad quid adhibeatur 546.

R.

Rabulæ forenſes Scholarium privilegiis indigni 872.

Ratihabitio quando mandato comparetur, & ad id quod actum eſt retrotrahatur 251. 252. non Entis eſſe nequit. ibid. parentum an reddat matrimonium ab initio juſtum & legitimum 250.

Ratio mens legis 921.

Rectores Academiarum an merum poſſint habere imperium 123. 899. & ſeqq.

Regalia unde dicta & quid ſint 553. an Princeps alii intelligatur conceſſiſſe 141. ea habenti tribui jurisdictionem in via regia 141.

Regulæ juris prohibitivæ ceſſant, quando periculum eſt in mora 578. huic ſtandum, niſi exceptio probetur. 463.

Rei ad reſpondendum vocati, ſi in termino non compareat pœna 672. eam an evitet, ſi literis ad judicem miſſis, iis legitimum impedimentum alleget. ibid.

Relativorum in uno quod ſtatutum, ſtatutum & in altero 604. fallit, ut 605.

Religionis liberum exercitium conceſſum Auguſtanæ confeſſioni addictis 454. ita ut exire aliò ad audiendam puram doctrinam poſſint 456.

Repreſſaliæ unde dictæ 644. variè appellantur. ibid. origo earum quæ 646. congruunt cum jure Divino & Canonico, 647. jure item naturæ & gentium 650, ſunt ſpecies belli juſti 656. an

jure poſſint defendi 644. eas quis poſſit concedere 655. quas ob cauſas concedendæ ſint 663. contra quos 658. an contra exteros 659. an contra conterraneos & concives. ibid. iis cauſam dans, pignorato omne damnum reſarcire cogitur 644. eas exercens cum alterius damno non locupletatur 657. in earum conceſſione an requiſiti magiſtratus ſuperior adeundus ſit 661. & ſeq. 664.
Res in mare lapſæ, vel navis alleviandæ cauſa ejectæ, cujus ſint 165. in commiſſum non cadere 166.
Rerum bello captarum dominos nos fieri 220.
Rei unius in ſolidum duo domini quomodo non poſſint eſſe 230.
Rerum liberam habens adminiſtrationem, in feudum aliis dare eas poſſe. 684.
Reſcripta Principis, quæ videntur præjudicare tertio, ita interpretanda eſſe, ne præjudicent 81.
Reſtitutionem ex edicto de capite minutis, hodie ſublatam non eſſe 241.
Retorſio an ſit licita 535.
Ruſtici & plebei an ſua bona aliis in feudum dare poſſint. 683.

S.

Sabbathi dies ſanctificandus. 577. quæ opera eodem die permiſſa. ibid.
Sacerdos an confeſſionem ſibi in pœnitentiali confeſſione factam, vocatus in jus rectè revelet. 92. in teſtem productus quando veritatem revelare teneatur 93. & ſeq. ejus depoſitio quid probet 95. ei ut Deo, non ut homini confeſſionem fieri 127.
Sævitia nimia mariti in conjugem quibus mediis coërceatur 289.
Sal-

Salvum conductum quis præſtet 757. qualis à ſolo Imper. concedatur 758. eum dare an ſit meri imperii 759. ſub eo an & facultas redeundi ſeu abeundi contineatur 762. an & tum quando ſimpliciter ſalvus conductus petitur, non petitâ nominatim facultate abeundi 763. ejusdem præſtatio an ubivis, & ſic etiam in locis intermediis obtineat 764. eo à quæſtore facinoroſo conceſſo, an Princeps eum ohn alle Auffkündigung capere poſſit 765.

Sara quo reſpectu Abrahæ ſoror dicatur 611. an filia fuerit Haran, fratris Abrahæ 612.

Saxonicum jus an iniquum & absq; ratione 120. magis ex uſu forenſi, quàm literis addiſcitur ibid. ejus juris ſtatuta circa injurias omninò abrogata 396.

Saxoniæ Duces auſtregas, ſi controverſia & alia circa Ducatus incidant, habere 739.

Scientia una & ſimplex 439.

Sepultura quibus concedenda, & quare 297. ejus honos apud veteres 296. 305.

Sequeſtrum 14.

Servitiorum præſtatio an de ſubſtantia feudi 232. ea ne præſtentur pacto effici poſſe 234.

Servitus nulla in re propria 352.

Similitudo non infert itenditatem 311.

Sociorum altero pecuniam, altero operam conferente, an amiſſæ pecuniæ damnum ad utrumque ſpectet 361. & an tum finitâ ſocietate & ſorte ſalvâ, illa cum lucro ex æquo inter ſocios dividenda ſit 388.

Sponſalia quo anno ætatis rectè contrahantur 621.

Sponſa ſi ſit corrupta, matrimonium reſcindi poſſe 677.

Spónſus Sponſam ſuam lac in mammis habere animadvertens, an vitiatam dicere, & ob id ad matrimonii reſciſſionem agere poſſit 677.
Spurii an infamiâ laborent 113. an eò, quòd infames rectè à civitate arceantur 111. Decuriones, Doctores fieri poſſe eos & ad dignitates admitti 111.
Statuta quomodo ſint ſtricti juris 171.172.
Statuta opificum quam vim habeant. 162. ea an facere poſſint illi 163. an ſine Principis confirmatione. ibid. an in præjudicium tertii 163.164.
Studia noſtra quo tempore incluſa 897.
Studiorum ſumptus an filius conferre teneatur 547.
Studioſorum privilegia. 873. 883. 886. quare eis indulta 857. 867. & ſeq. iis qui indigni 871.
Studioſorum inſcriptio an probanda 891. absque hac eos privilegiis non gaudere. ibid. & ſeq.
Studioſi à cenſu & vectigalibus immunes ſunt 883. teſtari poſſunt 885. adverſus uſucapionem reſtitui, redhibitoriam habent adverſus Bibliopolas, non poſſunt pro repreſſaliis capi. ibid. quomodo appellent. 888. coram Rectore conveniendi ſunt, ſive in loco Academiæ, ſive alibi contraxerint 889. mitius puniendi 890. deſides infamia facti notantur 865. meretriculam in domum conductam inducentes licitè expelluntur 876. coram ſuo judice conventi, an ſæpius poſſint variare 894. eos ad competentem judicem trahens, cauſâ cadit 896.
Stuprator ſtupratam libidinosè & ante vixiſſe probare volens, audiendus. 421. & in quantum liberetur 422.
Stuprum ſi commiſſum, nec de fide matrimonii data conſtat, an reo imponendum juramentum

tum purgationis propter confeſſionem copulæ, ceſſantibus aliis conjecturis 417.
Surrogatum ſapit naturam ſurrogati 633.

T.

Tabula an picturæ cedat, vel hæc illi 381.
Tacens an neget 754.
Tacita non prævalere expreſſis 606. fallit, ut ibid. & ſeq.
Taxativarum particularum natura 200.
Teſtamentum an ſit jurisgentium 911. ante ingreſſum in monaſterium factum, per eundem revocari 564.
Teſtandi facultas ingreſſu in monaſterium adimitur 564.
Regula: Teſtandi facultas quo adimitur, id non concedendum, falſa eſt 564.
Teſticulos habere vim σπερματοποιητικὴν 28.
Teſticulos ambos alicujus ita lædens in certamine, ut omni generationi ſit inutilis, an ut homicida puniendus ſit 26.
Ad Torturam indicia quæ requirantur 37. 466.
Tridentinum concilium non eſſe legitimum 950.
Tutela Electoris impuberis proximo agnato ex aurea bulla tribuitur 505. an ei hoc jus per teſtamentum poſſit aufferri. ibid. an d. aurea bulla loquatur tantum de cauſa inteſtati 506. 507.
Tutelam ſuſcipere recuſans, cauſam allegare neceſſe habet 512.
Tutor ſine tutorio non auditur 749.
Tutore idoneo non invento, quid magiſtratui faciendum 370.
Tutor ob latam culpam remotus, an fiat infamis 510.

Tutoribus pluribus datis, an unus ex iis agere vel conveniri poſſit 749.
Tutoris à datione an ſtatim, an verò à ſententia rejectæ excuſationis demum appellandum ſit 512.

V.

VAſallus an dominum ſuum ſine venia in jus vocare poſſit 375. dominum, qui tamen ſalvus evaſit, in prælio malitioſè deſerens, an feudum amittat 381. ſi plures eorum ſint, an omnes fidelitatem domino jurare debeant 551.
Venandi jus an inter regalia 552.
Venationum prohibitiones an juris rationibus ſuffultæ 327. eæ quibus ex cauſis interdictæ 328. jure Divino an omnibus conceſſæ 329.
Vendendi verbum quid ſignificet 309. 310.
Venditionem reſcindi, ſi corrupta pro virgine ſcienter vendatur 601.
Venditiones figuratæ hodiè antiquatæ 236. 240.
Veniæ impetratio ſpecialis an hodiè obtineat. 743. quare olim obſervata fuerit 744. hodiè citationi ineſt 745.
Veritas rerum eſt, non opinionum 442. opinioni præferenda 629.
Veterum fragmenta ad quid faciant 270.
Via publica ſeu regia an ſit Principis 159.
Victoria à Deo 359.
Virgo ſemper ſeducta præſumitur 410.
Vim injuſtam omni jure & tempore propulſare licet 526.
Vita hominis an in dubio præſumatur centum annorum 917.
Undecimo menſe an quis naſci poſſit 492. 493. ejus quæ ratio 494. eo menſe natum non eſſe legitimum 496. fallit ut ibid.

Unius

Unius teſtimonium quando plurium teſtimonio præferatur 448. & ſeqq.
Uſucapio publico bono introducta 407. juri & æquitati naturali repugnat: ibid. cum alterius damno reddit nos locupletiores 408.
Uſurę depoſiti actione an petantur 20. ultra quincunces prohibitæ 431.
Uſurarii contractus omnes ſublati ibid.
Uſusfructus formalis quid 350. quid cauſalis 351. an hic uterq; in jure occurrat 350.
Uſusfructus an indefinitè cedat patri. 956.
Uſumfructum cedendo extraneo, an nihil agatur 778.
Vulnera omnia penè lethalia 173 174.
Uxor in bonis ſuis abſq; mariti vel alterius curatoris conſenſu nihil poteſt 521. ſi cum marito præſens in judicio litigans, poſtmodum tranſigat & lædatur, an ad reſcindendam transactionem agere poſſit, propter non petitum curatorem ad litem 523. indiſtinctè, ſive cum uxorato ſive cum ſoluto concumbens, jure civil. adulterium committit, vir non item 605. ob labes animi jure Can. repudiari poteſt 606.

F I N I S.

FINE

Digitized by Google

Errata ſic corrigi poterunt.

Fol.11.lin.3 pro altis, alii. fol.19.lin.21. pro diſtiſtinguitur, diſtinguitur fol.31. lin. 20. pro incandati. incantatio fol.32. lin. 22. pro ad, at. fol.36. lin.3. p ſagerum ſagarum fol. 44. lin. fin. pro Noniti, Moniti. fol. 59 lin. antepenult. pro hu, hic fol.129. lin 15. & 16. pro dei mola, de Imola. fol. 132. lin.11. pr. facinus, facimus. fol. 133. lin. 4. pro convenire, conveniri. fol.137. lin. 7. pro Gelenus, Galenus. fol.163 lin.14. pro ejecto, ejectio. fol.188. lin.16. pro de, te. fo 343. lin. 21. pro easq, eosq fol.374. lin. antepenul pro omniò, omnino. fol. 420. lin. 17. pro mitrimoni matrimonii fol.422. lin.24 pro propte, propter. fo 528. lin. 6. pro conbiliationem, conciliationem. fo 570. lin. 6. pro erure, eruere. fol.608. lin.7. pro teſtibus textibus. fol. 622. lin. 3. pro cohtrahentis, contrahendis. fol.643. lin 5. pro maſcula, macula. fol.15 lin. 10. pro diffædationes, diffidationes. fol. 665. li 6. pro poſſum, poſſunt. fol. eod. lin.19. pro eum, eã fol. 668. lin. ult. pro ciiet, citet. fol. 670. lin.1. p dico ar, in, lege dico, at in &c. fol. 673. lin. 21. p demoſtrato, demonſtrato. fol. 678. lin. 3. pro noſtri noſtræ. fol. 684. lin. 14 pro dari, dare. fol. 685. li 17. pro nequit, inquit. fol. 697 lin. 18 pro ſc. sransfertur, SC. transfertur. fol 727. lin. 19. pro tatum tantum. fol.818. lin. 6 pro verbi, verbis. fol 849. li 1. pro legatis, legalis. fol. 923. lin.4. pro hoc, hos. fo 932. lin. 23. pro Procur. brocardicum. fol. 940. li 3. pro permittere, permittente. fol. 940. lin. penu. pro refutatione, refuſione fol. 945. lin. 13. pro 4. c. ci, & dici: 4. fol. 949. lin. 24. & 25 pro concilimi concilii.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

R. SALVA[illegible] 1971
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.223

Google

Digitized by Google